EPHEMERIS EPIGRAPHICA

CORPORIS INSCRIPTIONVM LATINARVM SVPPLEMENTVM

EDITA IVSSV

INSTITVTI ARCHAEOLOGICI ROMANI

VOL. VI

GLANDES PLVMBEAE

EDITAE AB

CAROLO ZANGEMEISTER

ACCEDVNT TABVLAE HELIOTYPICAE TREDECIM

VENIT

ROMAE APVD INSTITVTVM

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

1885

GLANDES PLVMBEAE

LATINE INSCRIPTAE

EDIDIT

CAROLVS ZANGEMEISTER

ACCEDVNT
TABVLAE HELIOTYPICAE TREDECIM

VENIT
ROMAE APVD INSTITVTVM
BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM
1885

CONSPECTVS.

PRAEFATIO.

Primo Corporis volumine cum priscae inscriptiones Latinae comprehendendae essent, Mommsenus eius prodromi instituto sane utilissimo coactus glandes quoque plumbeas edidit. Sicut autem in universo hoc prodromo usu venire praefatus est, ut non in omnibus titulis, maximis minimis, res perfici posset, quantum per se deberet atque etiam, scilicet si id volumen non primum sed postremum prodiret, posset, ita minime propter glandes in tot museis conquirendas totius operis editionem differri debere consentaneum erat. Itaque Mommsenus, satius esse ratus quadam tenus prodire quam hanc partem omnino omittere, rem ita administravit, ut glandes, quaecumque tunc ab aliis editae fuerant, colligeret (ipse enim tres tantum glandes Monacenses descripserat), ad auctores suos revocaret, ad artis leges exigeret. Et recte quidem Mommsenus, quatenus omnino potuit qui fere solis apographis alienis uteretur, et de legentium erroribus et de falsariorum fraudibus[1]) iudicavit, certe non iudicavit nimis severe, nam utraque etiam latius patere nunc comprobavisse mihi videor. Eadem fere materia usus est Ritschelius, cui 'Priscae Latinitatis Monumentis Epigraphicis' volumini primo adiunctis imagines glandium exhibendae essent; nam plerasque repetiit ex editis libris, paucas ad exempla delineata, quae Brunnius et Marchius cum eo communicaverant. Sed hanc monumentorum speciem accuratiorem et propriam sibi operam poscere, uterque haud ignoravit et Mommsenus diserte professus est vol. I p. 188 (cf. p. 189, ubi de Asculanis loquitur). Multo etiam magis eiusmodi laboris necessitas apparuit, postquam inde ab anno 1874 immensus glandium scriptarum numerus provenit et fides earum tanto studio tantaque ira disceptari coepta est. Itaque qui inscriptionibus Latinis colligendis ab academia Berolinensi delegati sunt decreverunt, ut glandium Latine inscriptarum editio in hac Ephemeride publicanda pararetur, eiusque curam mihi demandaverunt.

---

1) Adde quae Mommsenus eodem tempore de hac re in *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 10 dixit.

Iam prodit materia, quam per hos fere novem annos undecumque collegi, subsicivis, ut consentaneum est, operis et itinerum ad alia studia factorum opportunitate usus. Musea et publica et privata quae maximi sunt momenti ipse adii omnia, ceterorum magnam partem: examinavi glandes, quae exstant Asculi, Perusiae, Romae (in museo Kircheriano), Neapoli, Monachii, Berolini, Londinii (in museo Britannico, quod tamen longe plures possidet Graecas quam Latinas), Mediolani, Bononiae, Florentiae, Mugnani, Basileae, Sigmaringae, Erbachii ad Muemlingam, Mannhemii, Francofurti, Mogontiaci, Wiesbadis, Kessenichii prope Bonnam. Transmissae quoque mihi sunt glandes a Feuardentio Parisino, Bourguignonio Neapolitano, Vittorio Mugnanensi, Zahnio Graeziensi, museis Sigmaringensi, Ansbachensi, Monachensi, Berolinensi. Denique glandium, quae asservantur Panormi, Cefalù, Catanzari, Tergeste, Vtini, Vindobonae, Parisiis (in publicis museis), apud S. Germanum, Luguduni, Tolosae, Trivultii, Basileae, Leidae (ubi nullae exstant Latinae), Havniae, Liverpoolii vel ectypa vel apographa mecum communicaverunt museorum directores et amici, quibus viris pro beneficiis in hanc operam conlatis gratias maximas libens ago. Operae igitur non peperci, ut glandium quod ubique inveniri posset colligerem. Quodsi tamen aliquid, quod bonae sit frugis, me latuerit, rogo eos, qui noverint, ut mecum communicent — quod bonae sit frugis, dixi, nam spuriarum nuper ab Asculano illo incusarum minime dubito quin etiam multo plures in museis maxime privatis reconditae sint vel a negotiatoribus circumferantur. Ipse cum ad duo milia earum examinaverim, satis superque fecisse mihi videor, quo fraudes evincerentur et alii eas agnoscere discerent. Plures glandes adulteratas conquirere et edere nullius plane usus foret, etiamsi exspectari posset novas inscriptiones multas acquiri posse, id quod secus est, nam officinam Asculanam constat infinitum fere numerum glandium excudisse sed formis longe paucioribus (fortasse circiter ducentis) usam esse. — Eas falsas, quae in museis publicis et publicorum fere loco habendis privatis adservantur, quotquot mihi notae sunt, exhibui, reliquarum eas tantum admisi, quae ab aliis iam editae erant, nisi quod in quibusdam sed paucis res ipsa poposcit, ut universa series proponeretur. — Praeterea tam in genuinis quam in spuriis edendis operam dedi, ut singula cuiusque musei exemplaria accurate significarentur adscriptis, quoad eius fieri poterat, catalogi numeris, ne ambiguum esset, ad quod exemplar meum de indole et lectione iudicium referendum est. Nam hoc solo modo (quem Garruccii sane evitare solent, ut latebram commentorum suorum habeant) errores, qui tanto opere homines doctos vexaverunt et ad iurgia quoque sollicitaverunt, glandibus genuinis spuriis, lectionibus veris falsis temere aut dolose confusis, deprehendi et confutari potuerunt.

Lectio inscriptionum saepe difficilis est, quippe quarum litterae non raro detritae sint et facile confundantur cum fortuitis plumbi particulis eminentibus. Idcirco in his quam maxime opus est et oculis peritis

et mente non tenaci opinionis ante conceptae sed ubique ad eam corrigendam prona. Priorum in legendis glandibus genuinis et spuriarum antiquioribus[1]) errores etiam ubi res nunc explorata est afferre necessarium fuit in aliis quarum a veritate ita discedit lectio, ut eandem inscriptionem esse agnosci vix queat, in aliis pluribus, quarum falsam lectionem vulgatam repetiverunt falsarii, inde facile fraudis coarguendi.

Tabulis exhibui glandium genuinarum multas, spuriarum aliquot[2]) imagines ad archetypa vel ectypa[3]) a phototypo ita effictas, ut nihil omnino retractaretur. Nam ut haec res tanto opere in controversiam adducta et tot adhuc disceptationibus agitata diiudicaretur, haec editio non poterat carere imaginibus arte mere mechanica factis. Non enim mirum est, si nunc quidem in hoc inscriptionum genere ad tantam dubitationem revocato nemo quicquam nisi quod suismet oculis viderit, credere audet. Ad hanc igitur rem ii, quibus archetypa ipsa examinare non licet, utantur tabulis his ab omni legentis et edentis additamento prorsus liberis. Imagines glandium ipsarum magnitudinem exhibent. — Praeterea inserui textui nonnullas imagines delineatas, quas lectionis meae[4]) tamquam interpretes esse volui. Earum aliae sunt glandium tam detritarum, ut arte photographi pauca vestigia exhiberi possint, aliae quaedam secundum apographa mea sunt factae[5]). — Denique p. 37. 48. 49. 81 septem glandes, quarum neque archetypum neque ectypum videre potui, ex aliorum exemplis repraesentavi.

Haec de editionis meae ratione praefanda erant. Quodsi cui ea videbitur uberiore quam pro harum rerum pretio apparatu instructa esse, id factum est necessitate sane dira nec mea culpa sed priorum vel erroribus vel fraudibus. A quibus invecta perturbatio cum tandem aliquando expedienda tollendaque esset, non suffecit, nisi operam perdere vellem, summas res quae repperissem significare et ea brevitate haec monumenta edere, qua recte sane utentur ii, qui meo labore subnixi posthac glandium inscriptiones tractabunt, sed utique a me tam

---

1) De Vincenzinianis glandibus vide quae adnotavi p. 100.

2) De his cf. p. 100.

3) Exceptae sunt solae t. IX, *1a* et *1b*, quibus litterae in ectyporum sulcis secundum meam lectionem delineatae repraesentantur propterea, quod scariphatae illae litterae tenuissimae in imagine glandis (t. IX, 1) paene non apparent.

4) Eiusmodi inscriptionum imagines qui editurus est, ab eo praeferenda est methodus mechanica, ut phototypia. Quae tamen ubi adhiberi nequit, editori opera danda est, ut lithographus vel quo alio operario utitur ipsam editoris lectionem repraesentet; atque hoc quidem maxime tenendum est in dubiis: quid enim attinet lectori exhibere ea, quae legendi talia minus peritus sibi videre visus est? De hac re monui in comment. minoribus acad. Berol. 1875 p. 474 not. 1. — Bergkius igitur in glandibus edendis erravit quod (sicut praefatus est ann. Rhen. 55 p. 8 = *Schl.* p. 50) delineantis arbitrio permisit in dubiis id exhibere, quod ille videre sibi visus esset. A quo tamen suo praecepto si hic illic ipse recessit (cf. infra p. 142), bene fecit.

5) Vide quae dixi p. 8. 53. 73 extr.

materia collecta digesta diiudicata quam iustus commentarius proponenda erant.

2. De fundae glandiumque usu satis iam enarratum est ab aliis, praesertim a Iusto Lipsio Poliorceticon libro IV, Delfico, Minicio, Vischero[1]), eaque, quae ad Romanos pertinent, ab Mommseno exposita reperies in Corporis vol. I p. 188 et ab Marquardtio *Staatsverwaltung* ed. 2 II p. 343 sq. Hoc loco monuisse satis est, primam glandium in exercitu Romano adhibitarum mentionem esse anni u. c. 538 aut certe anni 565[2]), ultimam anni u. c. 811 = p. Chr. 58[3]), videlicet glandium plumbearum, nam funditores postea quoque in Romanorum auxiliis militasse satis constat; ex. gr. in columna Traiani[4]) repraesentati sunt, sed eos lapidibus usos esse imagines ipsae docent, itemque ab Hadriano (Corp. I. Lat. VIII n. 2532) equites cohortis sextae Commagenorum lapides fundis mittere memorantur[5]). — Sicut glandium ipsarum ita etiam inscribendarum glandium usum Romani a Graecis adsumpserunt; antiquissima earum est Pisoniana anni 621 (n. 1), recentissimae eae, quae adhibitae sunt bello Perusino a. 713—714 (n. 52 sqq.), aut fortasse Sicula Sex. Pompeii (n. 2) quae cuius anni sit nescimus, nisi quod proelio apud Naulochum anno 718 commisso posterior esse nequit. Exstant sane inscriptiones non paucae, quae longe recentiorem ex. gr. Traiani, M. Aurelii, quin etiam, si Dis placet, Constantini aetatem profitentur, at eas a falsariis confictas esse infra demonstrabitur.

3. De glandium fusione, forma, magnitudine memoranda sunt haec. Glandes fusae sunt omnes. Formae binis ex partibus constabant, quas

1) Praeterea Hawkins (Archaeologia 1847) et Pfister (*Jahresbericht* 1864) multa de fundae usu collegerunt. Hawkinsius quae propria habet, eorum sublesta est fides (cf. quae dixi in Indice auctorum).

2) Liv. 22. 37 § 8 (a. 538): Hiero rex Romanis misit *mille sagittariorum ac funditorum, aptam manum adversus Baleares ac Mauros* exercitus Hannibalici, quibuscum confer Livium 21, 21 § 12, ubi Hannibalem (a. 536) *funditores Baleares octingentos septuaginta* in Africam misisse refert. — Idem 38, 29 Achaeos funditores a Romanis in obsidenda Same Cephalleniae oppido (a. 565) prospero successu adhibitos esse narrans inter cetera *centum funditores*, inquit, *ab Aegio et Patris et Dymis acciti sunt* ... (qui) *longius certiore et validiore ictu quam Balearis funditor eo telo usi sunt.*


3) Tacitus ann. 13, 39: a Domitio Corbulone Armeniorum castellum expugnaturo *libratoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus glandes torquerent.* Tempore etiam posteriore a. 823 (70) glandes in Civilis exercitu commemorantur ab Tacito hist. 5, 17: *saxis glandibusque et ceteris missilibus proelium incipitur.*

4) De Minicis tab. I, 3; Froehner, col. Trai. (1872—74) tab. 91. 115 sq. et p. 16. 21. A Minicio praeterea fig. 5 exhibetur cippus sepulchralis urbanus Epitynchani cum funditoris imagine (cf. Matz et v. Duhn, *Bildwerke* 1881 n. 3877 et Corp. VI n. 17243). In eius marsupio lapides, ut videtur, certe non glandes cernuntur. Item Vegetius III 14: *funditores . . . dirigunt saxa*; cf. IIII 8. — Funditores in columna M. Aurelii repraesentati (ed. 1704 tab. 11 = De Minicis tab. I 4) non Romanorum sunt sed barbarorum; utuntur lapidibus non glandibus.


5) In pugna a. p. Chr. 197 contra Albinum prope Lugudunum commissa Septimius Severus (Vita cap. 11) *mortuus ictu plumbeae* credebatur. Vbi tamen non glans sed aliud telum plumbatum videtur intellegendum esse.

aliquotiens manifestum est minus accurate inter se aptatas fuisse. Foramen plumbo infundendo plerumque in altero utro aculeo formae fuisse inde patet, quod nonnullis glandibus nunc quoque ibi plumbi quasi tubulus adhaeret (ex. gr. Graecae musei Basileensis in Vischerianis n. 65), cum in plerisque desectus sit. Formas fuisse argillaceas per se erat veri simillimum et coniecerat Mommsenus Corp. I p. 188, nunc autem comprobare possum exemplo formae antiquae, cuius notitiam debeo Gangolfo Kieseritzky cuiusque imaginem archetypo mensura parem (I) adiecta altera a latere excepta (II) infra exhibui.


I.



III.



II.



Haec forma (fig. I et II) anno 1870 Phanagoriae reperta est, nunc Petroburgi in museo imperiali, quod ab eremo vocant, adservatur. Constat argilla coctili; infra *b* mutila est; item deest altera formae pars huic gemina, quae supra hanc infrave collocabatur et clavis quattuor, per foramina duo *a* et reliqua nunc deficientia sex traiectis, cum hac coaptabatur. In superiore huius fragmenti parte, quae bene conservata est, canalis *c* infundendo plumbo exstat; cava *b*, *d*, *d* usque ad

0,0075 m. alta sunt, glandium igitur crassitudo maxima erat 0,015 m. Inscriptione haec quidem particula caret. Similis est Sicula glans, quam exhibet Salinas *Annali d. Inst.* 1878 tab. F 2, p. 32. — Cum multae glandium a me examinatarum tam Graecae quam Latinae ostendant formae suae foramen, quo plumbum infundebatur, non in latere (ut in I) sed in aculeo glandis fuisse (cf. p. XI princ.), adieci eiusmodi formae, qualis fere fuisse videatur, imaginem a me effictam (fig. III). Vix est quod moneam, tam in illius quam in huius ima parte, in qua duo foramina *e* exempli gratia exhibui, singulare sufficere in media parte inserendum. — Asculi ad portam geminam Romanam et fornacem et instrumenta glandium fabricandarum inventa esse ferunt. Quod si tamen verum est, hoc constat ea instrumenta neque a quoquam descripta esse neque ubi nunc exstent, explorari potuisse, ligulas autem aheneas, quae dicuntur inde provenire, fraudi noviciae deberi. Vide quae de his dixi p. 6 sq.

Forma sua Asculanae glandes differunt a Graecis, minoribus plerumque et elegantioribus et bene acuminatis[1]), a quibus proxime absunt Pisonis glandes Siculae, paulo longius Perusinarum quaedam, CAESAR·IMP (n. 63) et RVFVS·IMP (n. 68) inscriptae. Hae amygdalae nucleo aut oleae, Asculanae prunis fere similes sunt, quamobrem vulgo *prugna* appellari solent (Gabrielli *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 191). Reliquas formarum varietates, quas multas sicut Graecae ita Latinae glandes exhibent, singulas h. l. describere nihil attinet, praesertim cum multarum figurae tabulis nostris repraesentatae sint. Plerisque binae sunt margines, quae respondent binis formarum partibus; margines fere desunt iis, quae, ut oleae, orbiculatae sunt in parte media. Nonnullae quaternis marginibus in quaternas areas inter se fere aequales divisae sunt (n. 10. 53. 55. 58. 59. 60? 66. 75. 80. 82. 92. 94. 96. 97. 113. 118); trium arearum est n. 62 ac fortasse sunt 67 et 69, octo arearum n. 91. Singularis formae sunt tam n. 22. 23. 39, quae sena acumina habent, quam n. 5. 18. 42. 83. 127 (Add.), quarum alterum latus planum est, sicut in Sicula Graece inscripta, quam Antoninus Salinas edidit in *Annali dell' Inst.* 1878 tab. F 8 et p. 33, aut adeo (n. 127) latus utrumque. — Formas glandium aptissime a veteribus confictas esse ex ipsa rerum natura demonstravit Godofredus Semper a. 1859 subtili acumine; de eadem re nuper exposuit Renatus Kerviler Semperianum tamen libellum ignorans (cf. in Indice auctorum).

Pondus vel mensuras permultarum suis locis adnotata reperies. Pisonianae (n. 1) sicut Graecarum pleraeque ceteris minores sunt inter 34 et 46 gr. pendentes. — Asculanae CCXXXV, quae a nobis anno 1877 erutae sunt, pendent 11077 gr. (unde pondus medium efficitur 47,13 gr.); iis accesserunt duae moduli rarum in modum magni una 195 gr., altera 175 gr. pendentes, et tertia minima 25 gr. pendens (cf. *Bull. dell' Inst.* 1877 p. 176). — Perusinae glandes mediae fere sunt inter Siculas et

1) Plerisque Graecarum forma est talis, ut sectio, quae fit per axem minorem, exhibeat orbem vel ovi figuram; in paucis rhombi aut quadrati orthogonii figura efficitur.

Asculanas, sed etiam in illis unum exemplar maximi repertum est moduli n. 89. — Glandis Pompeianorum Hispanae n. 49 pondus ignoratur, ex effigie autem (0,045 longa) apparet modulo eam propius afuisse ab Asculanis quam a Perusinarum plerisque. Alterius glandis Hispanae n. 50 pondus est 93,83 gr. — Denique glandis Salvidieni n. 51 exempla tria 52,50 gr. (7), 76 gr. (8), 78,40 gr. (6) pendent longaque sunt inter 40 et 50 mm.

Robiginem, qua glandes obductae esse solent, examinare non nullius est momenti ad discernendas genuinas a spuriis. In qua re licet plus proficiatur oculis usu exercitatis quam descriptione, genera tamen quaedam breviter significanda sunt. Multae glandes robiginem exhibent gilvam duram, modo levem (sicut Graecarum permultae) modo scabram (cf. tab. VII 7), paucae ferruginosam levem. Asculanae in aqua reperiri solent, quo tamen ex agris vicinis fere sunt devolutae; unde explicatur, quod robiginis, quae in terra iis excreverat, nonnullae habent reliquias, pleraeque nudae sunt; sed superficies quibusdam est tam indurata, ut si glandem candefeceris, nucleus liquefactus emanet, crusta autem externa quasi cortex relinquatur. Id quod in uno exemplari factum vidi, quod Feuardentius transmisit, glandi antiquitatem mihi probaturus hoc argumento, subministrato illi a venditoribus, sicut mihi a Venturinio aurifice Asculano (cf. p. 99 extr.). Quibusdam Asculanis glandibus nunc color niger aut ruber est, inde natus, quod iuxta lignum putrescens aut ferrum positae fuerunt. — Nonnullae aerugine viridi obductae sunt, utrum casu an fraude nescio, ex. gr. tres glandes, quae Woodhousii legato inde ab 10 Ian. 1868 in museo Britannico adservantur (n. 56. 57. 61); quae res induxit Vischerum, ut harum ultimam aheneam esse putaret (*Schriften* II p. 8). Item per errorem aheneae esse dictae sunt glandes musei Florentini; vide p. XXV. Duo exemplaria anepigrapha ahenea memoravit Alessi, *lettera* 1815 p. 19, unum musei baronis Astuto in oppido Noto (repertum in Italia), alterum ex A. M. Lupi *dissert., lett.* [Faenza 1785] vol. I p. 265, qui tamen flagelli partem (non telum) fuisse ait. — Coloris caerulei, qui in glande n. 68,5 exstat, originem ibi indicavi. — Glandes aculeis ferreis munitas memoravi ad n. 22.

In nonnullis glandibus anepigraphis prope unum aculeum foramen exstat, ex. gr. in una musei Syracusani reperta apud Syracusas inter Neapolin et Tychen (ubi n. *a* et *b* pag. 4), in alia Perusiae reperta et nunc ab comite Rossi-Scotti servata, in tertia musei Vindobonensis formae Graecae. Guilelmus Vischer, *Schriften* II p. 9 (cf. p. 240), qui idem in glandibus Graecis observavit (duae ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ nomen exhibent), Woodhousii coniecturam affert, foramini a funditoribus insertas esse schedulas inscriptas, cum hostibus per proditionem communicandas. Quod quamquam factum esse posse non negaverim[1]), potest tamen alia quoque

1) Sagittas ad hanc rem adhibitas esse memorant Herodot. VIII, 128 (inde Aeneas poliorc. 31 § 26), Plutarch. Cimone 12; ὀξυβελῶν βέλη Polyaen. strat. II 29;

foraminum origo esse. Nam Vittorius archipresbyter Mugnanensis, qui Nisseno mihique a. 1864 eiusmodi glandes monstravit, rusticos eius regionis narravit glandes pro amuletis portare et ad hoc perforare solere. Adde quae attuli p. XXI et p. XXII.

4. Longe plerasque glandes a veteribus non fuisse inscriptas de Picenis quidem certo compertum est effossionibus nostris (cf. p. 5 extr.). Idem de reliquis fortasse recte statuitur, sed res incerta est propterea quod fere non memorantur colligunturve nisi eae, quae inscriptionem vel imaginem exhibent. Inde enim factum esse potest, quod in museis anepigrapha exempla non pauca quidem ex aliis territoriis (ex. gr. e Perusino, maximeque ex Graecis) provenientia asservantur, sed minore fere[1]) numero quam inscripta. — Inscriptarum glandium (paucissimis de quibus infra dicetur exceptis) omnium litterae exstantes sunt, ita factae, ut in formae argilla umida graphio aliave cuspide inciderentur, fundendae deinde simul cum glande ipsa. Exceptis quattuor vel quinque quae sinistrorsum legenda sunt, exemplaribus his: n. 7. 32? 50. 113. 114, litterae in forma inversae inscriptae fuerunt, ita ut in glandibus ipsis dextrorsus procedat scriptura. Sed hic illic per errorem funditor litteras singulas contrario modo exaravit: v n. 17, z n. 84 v. 3, fortasse w n. 51. 1. — In nonnullis (n. 10? 53. 55—60. 69. 80. 82. 85. 92) versus terni quaternive ita exarati sunt, ut βουστροφηδὸν legendi sint. Bina latera inscripta sunt harum: n. 1. 2. 2*a*. 2*b*. 3. 3*a*. 9. 14. 16. 25. 29. 49—52. 56. 57. 59. 61. 63. 66—68. 70—80. 91. 93. 95. 108. 112. 113. 117. 120; idem factum est in his, quarum tamen latera in ternas pluresve areas sunt divisae: n. 10. 22. 23. 53. 56. 58. 60. 62. 69. 82. 92. 94. 97. 99. 118. — Paucissimarum inscriptionum excavatae sunt litterae, quas in fusa iam glande scariphatas esse apparet: n. 20 (si antiqua est), 64. 109. 110. 128 (Add.), eiusdemque generis 65 videtur fuisse[2]); glandis unicae n. 88 inscriptio aut incisa aut caelo fortasse tenui incusa est. Scariphatarum scriptura cursiva, ceterarum quadrata est; quaedam medium inter utramque formam locum tenent litteris gracilioribus exaratae, quae prope accedunt ad pictas vel calamo scriptas vel tabulis aheneis incisas (ex. gr. n. 15. 18 et quadam tenus 10. 11).

Numquam autem inscriptiones, quatenus litterarum eminentium[3]) sunt, incudendo[4]) sunt factae; nam omnia id genus exemplaria, quae

---

lapidem Heliodorus Aeth. IX, 5; indicia quae ex oppido Attegua a proditoribus ad Caesarem mittebantur, inscripta erant glandibus ipsis; cf. p. 48 ante n. 49.

1) In museo Panormitano multae inscriptione carentes adservantur; cf. Salinas, *museo di Pal.* 1873 p. 47.

2) Spuria est n. 62*a**. Suspectae sunt n. 26 not. et 87* 5; de his itemque de n. 6, 49 not. differendum est iudicium, donec denuo examinatae fuerint. In unius n. 127 (Add.) latere altero litterae sunt excavatae, sed simul cum glandis fusione factae.

3) Vnica inscriptio n. 88, cuius litterae excavatae sunt, incudendo fortasse facta est, sed non in forma ut adulteratae.

4) Rubbius *dizionario* VIII (1796) p. 170 litteras Siculae cuiusdam glandis (νίκη Ἀθηνίωνος) '*scolpite*' et De Minicis (qui omnino de glandibus fabricandis mira protulit;

immenso fere numero circumferuntur, falsario Asculano deberi iam constat (vide p. 90 sqq.). Praeterea ex illo, quem demonstravi, glandes fabricandi inscribendique modo haec sequuntur, quae et ipsa magni sunt momenti ad fraudes novicias deprehendendas. Siqua enim inscriptio pari prorsus litterarum mensura in duabus glandibus exstat, plumbi quoque forma et magnitudo utrique exemplari non possunt non esse eaedem. Falsarius autem Asculanus plures cuiuslibet magnitudinis glandes in eadem forma lignea cum excuderit, factum est, ut eiusdem plane mensurae inscriptio in glandibus diversae formae magnitudinisque recurrat. — Deinde siqua glans offertur, quam non esse vel fusionis defectu vel laesione mutilatam ex plumbi symmetria manifestum est, in qua tamen inscriptio non exstat integra, ea falsa est iudicanda. Ita falsarius antiquior fecit exemplaria huiusmodi n. 3* ЧΛⱵ (pro HΛⱵ), n. 14* ITƧIЯƎ (pro *peristis*), cf. n. 5* et p. 88; Asculanus autem cum, ut dixi, eandem formam ligneam ad glandes diversae magnitudinis incudendas adhibuerit, eius inscriptiones saepe mancae exhibentur; cf. p. 94.

Inscriptiones, quatenus interpretatio earum non prorsus incerta relinquitur sed aut manifesta est aut coniectura magis minusve probabili proponi potest, ad haec fere genera revocari possunt. Inscripti igitur sunt:

1) populus sive respublica bellum gerens:

Itali 3—5. 125. 126. 127 (Add.)[1].

2) qui glandes fieri iusserunt:

L. Piso L. f. cos. 1
T. Lafr(enius) pr(aetor sociorum Italicorum) 3
Mag(nus) imp(erator) 2
Cn. Mag(nus) imp(erator) 49
{*Q. Sal(vidienus) im(perator)* 51
{*Rufus imp.* 68
Caesar imp. 68
M. Fer[i]d[iu]s tr(ibunus) mil(itum) l(egionis) XI 76
T. Etri pr(imi) pil(i) leg(ionis) IIII 69
{*Apidi pr. pil. l. VI* 72. 73
{*Apidi ... pr. pil.* 74
{*Ap. pr. pi[l.]* 71
l. XII Scaeva pr. pil. 79

---

vide infra p. 6) p. 206 not. 4 (vide apud nos ad n. 6 princ.) glandium quasdam inscriptiones ***di diversa stampa*** esse dixerant, imperite uterque, quorum Rubbius iam ab Alessio ***lettera*** 1845 p. 24 refutatus erat; sed hoc fortasse errore inductus est falsarius Asculanus ad inscriptiones incudendas. — Non melius Rubbius l. l. inscriptiones n. 9, 28 et n. 18 'incisas' esse testatur, cui parem Garruccii errorem ad n. 47 notavi. Quid quod Pfisterus p. 29 Minicium ait tabula III [voluit 'II'; tertia est nulla] viginti glandes delineatas exhibere, in quibus litterae non eminentes sint sed incisae (***eingeschnitten***).

[1]) De inscriptione scariphata *Italie(n)ses* vide p. 148 n. 128.

L. Maenius pr. l. XII X *X millia* 112 lect. susp.
M. Ruf(us?) l. XV 22
D. M. Oc. l. IIII 70
L. Rusti Optati a m.. 82
D. Tad. Po. 83
C. Cad(ius) C... 14
P. Carpin. vel *P. Carp. N.* 114

3) legiones[1]:
   a) in Asculanis: *leg. XI* 21, *l. XV* vel *leg. XV* 22—26, *l(egio?) Gal(lorum?)* 17, *legio quar(ta?)* 19; *l[eg.] IX* 20 (suspecta).
   b) in Perusinis: *l. XI, divom Iulium* 77 et *l. XI, div. Iul.* 78 (de quibus cf. p. 53); *l. XII* 81, *l. XII victrix* 80.
   c) locorum incertorum: *leg. XI* 111, *l. XIII* 113

4) fortasse funditores, in glandibus Asculanis: *Fir(mani)* 6. 7, *Gal(li)* 16 et in his, quarum interpretatio etiam magis dubia est: *Fer.* 8, *Mar.* 15. Nusquam tamen funditorum cohors[2]) inscripta est.

5) qui fecit glandem:
   C. Fabricius fecit 116 (si ei fides est habenda)

6) acclamationes, a) in Asculanis:
   feri Pomp(eium Strabonem) 9
   fer sal(utem) Pom(peio), fer (?) 10
   Asc(u)lanis [d]on(um?) 11
   feri Pic.... 12
   fugitivi peristis 13
   em tibi malum malo 27
   [t?]aurum vo[re?]s malo (?) X *tamen evomes omnem* 29
   tamen evomes omnem 28
   op terga i. e. adversus terga (?) 30. 31
   ventri (?) 34
   b) in Hispana: *ac(c)ipe?* 50
   c) in Perusinis: *Fulviae [la]ndicam peto* (fulmen) 56
   pet[o] Octavia(ni aut *-norum) culum* 58
   Octavi lax. (phallus) 61
   Octavi laxe, sede (phallus) 62
   L. Antoni calve, peristi C. Caesarus victoria 64

1) Ex Mommseni sententia has inscriptiones ad ipsarum legionum non ad auxiliorum funditores referri praestat, cum non dubitandum sit, quin legionarii quoque saepe fundis usi sint, cumque glandes non memorent nisi legiones ducesve legionarios.

2) Caesar b. civ. III, 4: (Pompeius anno 705) *funditorum cohortes sescenarias duas* (habebat). — Valerius Max. II, 7, 9: *L. Calpurnius Piso consul* [a. 621; cf. n. 1] *cum in Sicilia bellum adversus fugitivos gereret et C. Titius equitum praefectus* [cf. Frontin. strat. IV, 1, 26] *multitudine hostium circumventus arma iis tradidisset, his praefectum ignominiae generibus affecit: ......turmasque equitum, quibus praefuerat, ademptis equis in funditorum alas transscripsit.* Vbi significantur ii milites alarii i. e. non legionarii, inter quos funditores militabant.

L. A(ntoni) calve (et) Fulvia, culum pan(dite) 65
Caesar.. felix (fulmen) 66, cf. 67
esureis et me celas 84
pathice (?) 89

Incertae sunt interpretationis, sed huc videntur pertinere: 52—55. 57. 59. 60. 85

d) in Liburnica: *pertinacia vos radicitus tol(l)et* 109

7) insignia[1]), a) in Asculanis:

pugio (vel gladius) 38. (39?), adiuncta inscriptione *Itali* 3*a*, *Gal.* 16, *leg. XV* 25, alia quadam figura 41
palma (?) 42
incertae significationis 40. 41. 113
[fulmen 44 } earum fides dubia est]
[delphinus 45 }

b) in Hispana: fulmen alatum 50

c) in Regina: fulmen alatum 51

d) in Perusinis: fulmen (in nonnullis alatum ut vid., ex. gr. 68) 103, adiuncta inscriptione *Fulviae* [*la*]*ndicam peto* 56, *Caesar imp.* 63, *Caesar felix* 66, *Caesar* ...... 67, *Rufus imp.* 68, *Apidi pr. pil. l. VI* 72. 73, *M. Fer*[*i*]*d*[*iu*]*s tr. mil. l. XI* 76, *l. XI, divom Iulium* 77, *L. Rusti Optati a m..* 82 (fulmine incerto), ... 93? 95

e) in Cumana (siquidem de origine recte traditum est): fulmen 108 cum inscriptione evanida.

Non alienum a re fuerit breviter comparare Graecas, quandoquidem a Graecis Romani inscribendarum quoque glandium usum acceperunt[2]). Etiam in illis nomina propria reperiuntur, quae quatenus explicari possunt (non pauca enim una vel paucis litteris notata sunt), populorum sunt vel hominum i. e. reipublicae, regis, ducis, quorum auctoritate aut ductu bellum gerebatur. Numqua insint ad funditores spectantia, discerni nequit. Corpora militaria omnino non memorantur. Praeterea ut in Romanis ita in his quoque acclamationes reperiuntur ex. gr. δέξαι, λάβε[3]), ad quod genus videntur referendae esse etiam eae inscriptiones Siculae, quae ad bellum servile (a. 650—654) spectare recte putantur: νίκη Ἀθηνίωνος, νίκη Διὸς κεραυνίου (vide p. 80), νίκη Ἡρακλέος[4]), νίκη Ματέρος, νίκη Ματέρων (Μητέρων); quibus fortasse ad-

1) Earum glandium, in qua insigne solum exhibetur, consentaneum est me recepisse tantum illas, quae ad idem bellum atque Latine inscriptae pertinent vel certe videntur pertinere; exclusi igitur Siculas quasdam, quippe quae haud dubie Graecorum sint; unam n. 108, quae Cumis provenire fertur, admisi propterea quod in altera parte Latinas litteras fortasse exhibet.

2) Ipse Graecas quoque glandes collegi. Apud Vischerum *Schleudergeschosse* 1866 p. 16 earum, quae tum notae erant, inscriptionum elenchum reperies auctioremque in eiusdem *Schriften* II p. 282.

3) τρωγάλιον incertae vel potius, ut mihi videtur, falsae lectionis est.

4) cf. Salinas, *Annali dell' Inst.* 1878 p. 38.

denda est Ἀρτέμιδος, quam mancam fuisse coniecerim. In his igitur Deorum nomina inscripta sunt, cum in Latinis glandibus numinis mentio inventa sit nulla (cf. ad n. 13*). — Denique insignia in Graecis quoque glandibus repraesentata sunt tam adiuncta inscriptione quam sola posita, sed maiore varietate; inveniuntur enim equus, bucranion, scorpio, serpens, stella, fulmen, tridens, clava, pugio, bipennium trias, hastae cuspis (folio similis), agricolarum furca (sicut in nummo Metaponti)[1].

ELENCHVS LOCORVM.

Locum, ubi glandes repertae sint, definire maximi esse momenti manifestum est, itaque de hac re accurate inquisivi et quae sciri possint adnotavi. Saepe autem testimonium plane deficit, ex. gr. musei Kircheriani olim curatores plerumque ne hoc quidem adnotaverunt, unde accepissent glandem. In iis coniectura facienda est ex inscriptione, ex plumbi aut litterarum forma, denique ex reliquarum eiusdem musei glandium origine; ex gr. musei Santangeliani omnes Asculanas, musei Perusini una excepta omnes Perusinas esse veri est simillimum. — Verum etiam ubi testimonia exstant, cautione opus est et videndum, ne is locus, ubi empta est glans, ipsa eius origo esse putetur, nam eiusmodi reculae facile huc illuc portantur (cf. ex. gr. 6 $_{40}$, 51 $_{6.\ 7}$, 66 $_{5}$), neve fraudibus decipiamur, quandoquidem non solum falsarii sed etiam genuinarum venditores, ut merci pretium augeant, originem fingere solent.

Subieci elenchum locorum, quibus glandes Latine inscriptas accepimus repertas esse, adiunctis iis Italiae partibus, unde glandes vel inscriptione carentes vel non Latine inscriptae provenerunt.

1. De A s c u l o, *C o r r o p o l i*, *T o r t o r e t o* vide ad glandes Asculanas p. 5 sqq. Quod ad *Tortoreto* attinet, h. l. addere libet, quae Nemesius Ricci, *le antichità dell' agro Palmense* p. 17 memorat: *Intorno al pomerio della Città* (Palmae Picenae, quam in dorso montis, valles Vibratae et Salinelli separantis, a Tortoreto occidentem versus sitam esse censet), *principalmente sul colle verso Levante, e nelle pianure di Ripoli e Gammarone, si trovarono molte ghiande missili di piombo, ed alcune hanno l' epigrafe di* ITAL, FIR [vide n. 4, $_{4}$ et n. 6, $_{4}$].
2. *C a s t e l l o d i O c r i o.* Eam originem notatam legi in duabus glandibus anepigraphis musei Kircheriani n. 326 et 337. Intellegendus videtur esse cum Fiorellio locus quidam provinciae Aquilanae, ubi exstat vicus *Ocre* et mons *Ocrio*. Cf. Corp. IX p. 843.
3. E t r u s c a s glandes Asculi repertas memoravi n. 45. Praeter eas aliunde innotuerunt hae, quas e re visum est h. l. componere.

---

1) Glandis Atheniensis duas ululas exhibentis (Vischer, *Schriften* II p. 250) fides mihi videtur suspecta esse, nam imagines incusae sunt.

I. rep. Faesulis extra muros Etruscos [nunc apud Carolum Gargiolli] GAM.

ƎAꓘ X ЕΓ

Gamurrini *appendice al Corpus I. Ital. di Fabretti* 1880 p. 7 n. 28 et tab. II 28.

II. rep. a. 1867 prope lacum Trasimenum [nunc dicitur esse Cortonae apud Mancinium musei directorem].

⊙AD X ƎIИTVИƧVT

G. F. Gamurrini *Bull. dell' Inst.* 1868 p. 188 sqq. cum imagine: *rath* — *tusnutnie*. — Ectypum nancisci frustra conatus sum.

III. *a*) [Montepulciani apud Iulium Bartoli-Avveduti FABR.]

b) prope Bomarzo rep. [deinde Mugnani apud archipresbyterum Vittori. Is postea Pio IX pont. max. donavit. In museo Vaticano frustra quaesiverunt amici]. Longa est 0,029, crassa 0,015, olivae similis ut Graecarum multae.

c) Clusii repertam esse mihi dixit STROZZI, *di incerta provenienza* POGGI; [Florentiae apud Carolum Strozzium a. 1877 vidi EGO; nunc est Mediolani apud Hamilcarem Ancona POGGI].

‹ · DESMIE

a) Fabretti Corp. I. Ital. 937 *bis* et tab. XXXIII; cf. Add. Glossar. p. 2082: *c. resmie*.

b) Descripsi cursim inspectam a. 1864 Mugnani sic: C·DESΛΛIE; in ectypo (eiusdem ut videtur exempli) a. 1881 ab Vittorio misso non apparent nisi haec: ‹ · D: SM IE.

c) Descripsi cursim inspectam sic: ‹ DESMIE. — Ed. Victor Poggi, *giornale Ligustico* X (1883) p. 200: ƎIMƧƎꓤϽ (*cresmiu*).

Propter litterarum *e* et *m* formam probabilius est dextrorsus quam sinistrorsus legendam esse; cf. Latinas inverse exaratas, ex. gr. n. 7 ꓤIƎ.

IV. rep. Campiglia marittima [Florentiae apud marchionem Carolum Strozzi a. 1881 vidit, nunc Mediolani apud Hamilcarem Ancona exstare testatur POGGI].

ϽꓤAB

Poggi *giornale Ligustico* X (1883) p. 197 legens *harc*.

V. Camposcala in sepulchro glandem plumbeam missilem *con iscrizione etrusca* repertam esse memorat Melchiade Fossati *Annali dell' Inst.* 1829 p. 128 (inde Gozzadini, *Marzabotto* 1865 p. 63). Helbigius a me rogatus, ubi nunc exstet, frustra quaesivit.


VI. VII. VI Clusii, VII *nelle Maremme* rep., vere a. 1885 in mus. archaeol. Florentinum (*Pal. della Crocetta*) venerunt; utriusque inscriptio Etrusca lectionis incertae est. Inspexit Mommsenus.

Falsam Etruscis litteris inscriptam exhibui n. 18*. — Praeterea cf., quod infra p. XXXI de museo Ravestein memoravi.

4. **Marzabotto**. Ibi tres glandes repertae sunt (cf. Gozz. p. 62), quarum una pendens 40 gr. exhibet

tre X *alternate in due righe*

appunto come s'incontrano ancora graffite tanto in un vaso fittile quanto in un ciottolo della necropoli di Marzabotto. Haec memorat Gozzadini, *di una necrop. a Marzabotto nel Bolognese* 1865 p. 63 addita imagine tab. 19, 9, qua tamen duae tantum X expressae sunt, hac:



altera pendens 28 gr. habet:

V̄

che pur si vede non di rado in figuline ed in bronzi etruschi teste eodem Gozzadinio l. l. — Cf. Koerte *Annali dell' Inst.* 1877 p. 170. Has glandes cum Romana aetate priores esse probabile sit, h. l. extra ordinem memoravi.

5. **Faesulae**: vide p. XIX n. 3, I.

5a. [**Florentia**: vide Hawkins infra p. XXXV].

6. ***Poggio del Castellare*** supra Pisam in ripa dextra Arni, ubi influit rivus Ferezza. *Nella pendice di questo Poggio che guarda Levante, si trovano spesso certe ghiande di piombo, di peso di danari 21* [= 24, 78 gr.] *ed anche d' un' oncia* [= 28, 26 gr.] *l' una, in forma di due conoidi iperbolici congiunti colla base, e simili in certa maniera alle 'Pietre Giudaiche'. ... Un pecoraio che nell' inverno stava in questo Poggio, ne faceva ricerca, e ne vendeva gran quantità a' pentolaj, per la composizione della vetrina. Io ne cercai e ne feci anche cercare da altri, ma non ne potei trovare, che sole due. Ne ho bensì vedute parecchie in Firenze, nel Museo del sig. canonico Gio. Vincenzo de' Marchesi Capponi, nelle quali si vede un incavo quadro, in cui sembra fossero delle lettere. . .* Targioni Tozzetti *relazioni d' alcuni viaggi* I (1768) p. 352.

7. ***Montalcino*** (prope *Siena*). Ibi repertae sunt tres glandes inscriptione carentes, nunc servatae Leidae in museo publico V 848—850. Ectypa insigni benivolentia mihi misit Carolus Leemans a. 1880. Cf. Ianssen, *de Grieksche, Romeinsche en Etrurische Monumenten van het Museum van oudheden te Leyden* (Leyden 1848) p. 318.

8. **Clusium** et loca lacui Trasimeno vicina: vide p. XIX, III et VI; n. 72, 2. Hoc loco addenda est glans 'reperta in loco qui dicitur *l' Ossaia* prope Cortonam. Asservatur Firmi in museo Caietani Deminicis'. FABR.

IИ1II1

MSI

Fabretti Corp. I. It. n. 1061 *bis*, tab. XXXV ad delineationem

Minicii (INAIIZ | MSI in textu). Omnino lectionis incertae est, et ne de lingua quidem, qua scripta sit, quicquam certius conici licet. — In museo Ravestein (nunc Bruxellis) glandes exstant (v. *Musée de Rav.* I, 1871, p. 117), quae repertae in fundis A. Buattini in ripis lacus Trasimeni dicuntur. Ex eodem, ut videtur, museo glandem Etrusce inscriptam memoravit Bergk p. 6 [ed. II p. 18]. — Gustavus Klemm, *Werkzeuge und Waffen* 1854 p. 283 haec protulit: *Am Trasimenischen See bei Perugia findet man noch jetzt nicht selten Wurfbleie von lanzenförmiger* [?] *Gestalt mit zugespitztem Ende von* $1^1/_2$—*2 Zoll Länge, die aus der blutigen Schlacht vom Jahre 217 v. Chr. stammen, wo Hannibal die Römer durch Hilfe seiner balearischen Schleuderer schlug.* Quorum fides penes auctorem esto. Vltima non dubium est quin mera coniectura nitantur, nam inscriptionem Klemmius non memorat.

9. Perusia. Vide n. 52 sqq.

10. *Orvieto*. Glandem plumbeam inscriptione carentem in necropoleos sepulchro quodam inventam, longam 0,031 m., se possidere Koerte mecum communicavit. Cf. ipsum in *Annali dell' Inst.* 1877 p. 170; ibi praeterea memorat in eadem necropoli repertum esse magnum numerum *di ghiande missili di terra cotta di due differenti grandezze; la maggiore oltrepassa del doppio le solite ghiande missili di piombe.* Cf. infra: *Castel d'Asso.*

11. *Bomarzo*, *Mugnano*, *Laghetto* (lacus Vadimonis). *Molte (ghiande) si trovano ne' Campi di Bomarzo, e cose sante il volgo le reputa. Di là ne avea una arrecata il signor priore Vincenzo Petroso.* ALESSI *lettera* 1815 p. 24.

Il signor Stefano Camilli di Viterbo ci fece conoscere alquante pilae plumbeae, *che assai di frequente si rinvengono nel territorio di Bassanello e Bomarzo presso la detta città, e che hanno la figura di oliva, e quasi ellittica. Le medesime dal volgo si appellano ghiande di s. Anselmo sulla falsa tradizione che un tal Santo prodigiosamente ne facesse cadere gran quantità in una battaglia sopra l'esercito nemico* DE MINICIS p. 256.

Le così dette pilae plumbeae *rinvengonsi quotidianamente nel suolo di Pian-meoniano* [paulo minus quam mille passus a Bomarzo distantis, cf. p. 22] . . *ghiande missili di piombo in figura di elissoide . . : fu cosa del tutto singolare l'aver rinvenuto entro un teschio la detta pila plumbea. . .* Luigi VITTORI *memorie arch.-storiche sulla città di Polimarzio oggi Bomarzo.* Roma 1846 p. 74. Rustici perforant et collo suspensas pro amuletis portare solent, id quod mihi testatus est Vittorius anno 1864.

Quattuor glandium inscriptarum, quae illic repertae sunt, ectypa Vittorius mihi a. 1880 misit. Earum una est Graeca (lego ΜΕΣ i. e. Μεσσανίων, cf. Vischer *Schriften* II 261), altera ut vid.

Etrusca (v. supra p. XIX n. III *b*), Latina nulla. Omnes et modulo et forma iis, quae in Graecia et Asia Minore reperiri solent, simillimae sunt, Latinisque omnibus haud dubie multo antiquiores. — Vittorius praeterea glandem FIR inscriptam a. 1883 eximia benivolentia mihi dono misit. Eadem videtur esse, quam anno 1864 apud ipsum obiter inspexeram.

12. Castel d' Asso. *Nella controfossa del Castel d' Asso e nell' interno del castello di detta città ultimamente si sono trovate molte ghiande missili lavorate in argilla. Sono un po più grandi di quelle finora conosciute lavorate in piombo. L'argilla n' è d'una durezza sorprendente* G. Bazzichelli *Bull. dell' Inst.* 1873 p. 109 sq. — Cf. supra: *Orvieto.*

13. Prope Velitras. Bonanni, museum Kircherianum 1709 p. 207: «fragmentum plumbi in agro Velitrensi repertum, in formam glan-«dis conformatum, non quidem a natura, nec ab arte hominum, «sed a coelesti; e coelo enim cecidit sub anno 596, quando urbs «Velitrensis (relatione Bucelini in Menologio Benedict. [7 Dec., p. 831 «ed. 1655]) gravi obsidione ab hostibus premebatur, orationibus S. «Gerardi ['qui et Girardus et Giraldus'] eius episcopi liberata fuit: «cum plumbeam super eos grandinem coelo deduxisset. Tale pro-«digium refert etiam Vghellus in Italia Sacra tom. I [p. 44 ed. 1717] «in Episc. Velitr. his verbis: 'Hic', id est Gerardus, 'cum ali-«quando Velitras inimici cinxissent corona, suis precibus obsidione «solvit, cum prius plumbeam grandinem orans e coelo excussisset «in hostes.' Addit (Antonius) Mancinellus lib. 5 serm. [tit. 5, «fol. XXXIII^r ed. 1511]: 'Legistis enim eius [divi Gyraldi episcopi «Veliterni] imprecatione hostium plurimos plumbea grandine glan-«dium formam referente (quo passim in agro adhuc videtur) oppres-«sos.' Huius generis glandes plumbeae custodiuntur ab aliquibus «tanquam insignis miraculi monumenta». Haec Bonannius narrat. — Alexander Borgia *istoria di Velletri* (Nocera 1723) p. 326 eiusdem de pugna (in *Colle delli Brittoni* inter Velitrenses et Brittones commissa) et grandine plumbea famae meminit addens: *Le ghiande di piombo, che in tanta copia si trovano nel nostro territorio, particolarmente in quella parte ove è fama che seguisse la battaglia coi Brittoni, sono ben diverse da quelle che si usano a tirar coll' arco e colle balestre, perchè quelle erano comunemente tonde di creta, e queste sono in vera forma di ghiande, e non di creta, ma di piombo.* — Superstitio illa inde videtur nata esse, quod magna vi imbrium effusa glandes in agris denudari et a rusticis reperiri solent; cf. quae p. XXI relata sunt de Mugnano. — Glans (non inscripta), quam museum Kircherianum ab Alexandro Borgia 'nobili Velitrensi, modo Nuntii Pont. Auditore Coloniae Agrippinae' accepit et Bonannius t. LXVI 12 exhibet, fortasse prope Velitras reperta est.

13*a*. [De Labico v. ad n. 6, 10.]

14. Praeneste. Anno 1861 prope Praeneste rep. *non in un sepolcro del solito tipo prenestino, ma in un tumulo costrutto di tuffo* (p. 188) glandium inscriptione carentium magnus numerus, una cum scutis tribus aheneis, speculis, aliisque rebus Etruscis. Richardvs Schoene *Annali dell' Inst.* 1866 p. 189.

15. Cumae. Vide n. 107 sq.

15a. Neapolis. Vide n. 111, 4.

16. Herculaneum. In *terre in direzione della via della Marina* 17 Febr. 1873 reperta est glans anepigrapha pendens 45,5 gr., longa 0,04, cr. 0,016 et 0,02; inde ex 17 Mart. 1873 in museo Neapolitano n. 115 servatur; cf. musei *Inventario* ms. et quae notavi ad n. 6, 45.

17. Pompei. Inde, si credis, provenit glans inscriptione carens, longa 0,028, quam museum Berolinense a Ternite pictore accepit. Friederichs *Berlins antike Bildwerke* II (1871) p. 241 n. 1134. — Cf. ad n. 6, 45.

18. *Tursi* (prope Potenza). Ibi reperta est una glans nunc servata in museo Neapolitano n. 72 = 218. Vide Fiorelli *Catalogo* p. 12 (ubi lege ΕΥΗΘΙΔΑ).

19. *Ceglie (Messapico)*. Ibi a. 1877 glandes XLVII (XXX anepigraphae, XVI Graece inscriptae, I incertae lectionis) repertae sunt. Edidit Viola *giornale di Pompei* IV (1878) p. 75 sq. Partem vidi. In quattuordecim exemplis est ΕΥΗΘΙΔΑ. — Ex eadem regione provenisse videtur glans musei civici Tergestini, quo venit ex museo Ostrogovich prope Lecce testibus Ottone Benndorf et Kunz (lego in ea ΕΥΗΘΙΔΑ).

20. Inter *Cassano* et *Castrovillari* (prov. Cosenza) rep. sunt duae inscriptione carentes. Vide ad n. 89*.

21. Leucopetra. Vide ad n. 51.

21a. [*Catanzaro*. Inde provenire n. 51, 5 non recte traditur.]

22. In Sicilia praeter Latinas glandes Pisonis Hennae (*Castrogiovanni*) inventas non paucae innotuerunt Graecae. Earum aliae loco supra dicto, aliae in monte Eryce, aliae prope Panormum in monte Ercte, aliae in agro Leontino repertae sunt. Vltimae bello a. 652—655 tribuendas patet ex Athenionis nomine inscripto (cf. Mommsenus Corp. I ad 642). Editae sunt in Corp. I. Gr. 8529; 5570; 5748 et ab Antonino Salinas *Annali dell' Inst.* 1878 p. 30 sqq. — Ex libro *Delle due mazze antiche votive alla Beata Vergine di Messina* glandes non inscriptas (in Sicilia?) repertas esse memoravit Ficoroni, Labico 1745 p. 86. At vide in Indice auctorum p. XLII: Spiegazioni. — Glandes argillaceas in Sicilia repertas Graeceque inscriptas praeter alios edidit Mommsen *Zeitschr. f. Alt.* 1846 p. 783 sq. Cf. n. 45 adnot. Militaris usus eas fuisse probabile est (*Bull. dell' Inst.* 1846 p. 70, Vischer *Schriften* II 244), cuiusmodi tela adhibita esse narrat Caesar b. Gall. 5, 43, aliaque exempla licet anepi-

grapha, reperta esse *Orvieto* et *Castel d' Asso* supra memoravi. — Per errorem Siciliae tributae sunt glandes agri Regini n. 51, 6. 7 et Perusinae 66, 5, ubi vide.

22a. [Aquileiae reperta esse dicitur n. 66, 4 quae non dubito quin Perusia provenerit.]

23. Apsorus (*Ossero*) in insula Liburniae Crexi (*Cherso*). Vide n. 109 sq.

24. Hispania. Vide n. 49 et 50.

INDEX MVSEORVM.

Augusta Taurinorum, *museo di artiglieria*. Tres quattuorve accepit ab Erolio, ut is Henzeno testatus est a. 1882. Apographa eodem anno nobis benigne misit Vincentius Promis, bibliothecarius regius. — Vide n. 72, 2 et n. 90*, 1-8.

Mediolanum. *a*) Museum archaeologicum possidet Perusinas duas, donatas a Seraphino Biffi, quarum una non est inscripta, altera est n. 86, 2.

b) Museum a Poldi-Pezzóli († 1879) municipio donatum possidet glandes tres inscriptione carentes, unam nuper incusam n. 73*, 7. Catalogus anni 1881 (vide Auctorum indicem s. v. Poldi-Pezzoli) p. 68 breviter memorat.

c) Hamilcar Ancona. Vide supra p. XIX n. III c. IV. — Prodit *Catalogo descrittivo delle raccolte egizia, preromana ed etrusco-romana di Amilcare Ancona* (Milano 1880 seqq.), sed ad has res nondum pervenit.

Vdine. Vide n. 81*, 8-14.

Ferrara. Iosephus Boschini possidebat duas glandes (n. 4 adnot. et 112), ab Alessio (1829) et Minicio memoratas.

Bononia. In museo universitatis asservabantur 8 Sept. 1877, quo die vidi, glandes undecim originis non indicatae; inter eas septem sunt Latine inscriptae n. 4, 11. 6, 39. 24, 17. 30, 10. 88. 113, 1. 115, una Graece inscripta, tres inscriptione carentes. — De Aldrovandio vide n. 7,2.

Cupra Montana. Vide n. 88*.

Firmum. Caietani de Minicis († 27 Mart. 1871) supellex antiquaria post mortem eius divendita est; glandium una (n. 65) ad Guardabassium, XVI ad Rossi-Scottium Perusinos pervenerunt (v. p. XXVI).

Ripatransone. In museo falsas vidit Gabriellius. — De Francisco Sciarra Condivi cf. ad n. 35, 2.

Asculum-Picenum. *a*) In museo civico autumno anni 1877 vidi glandes genuinas inscriptas CXV, quas exhibui n. 3—9. 12. 15. 16. 18. 21—24. 26—34. 37 not. 38. 42. 43. 45; his a. 1878 et 1879 accesserunt quinque (n. 6, 17. 26-28. 36). Quattuor Corropolitanae sunt, ceterae omnes, etiam eae, quarum origo non diserte adnotata est, haud dubie Asculi, inprimis in Castellani alveo repertae sunt. Exstat catalogus ms., in quo cuique glandi adnotatum est, quo anno et, si empta est, quo pretio acquisita sit, multis praeterea, ubi repertae sint aut a quo

allatae. Omnes diligenter examinavi adiutus optime Iulii Gabriellii, musei bibliothecaeque directoris, et peritia et iudicio. Ectypa plurimarum reportavi. — Sepositae sunt octo glandes a falsario incusae n. 70*, 1–8.

b) Venturini aurifex. Apud eum 13 Sept. 1877 vidi glandes sinceras sex n. 6, 32; 9, 11. 12; 14; 23, 3; 33, 4, fortasse sinceras duas n. 6, 33 et 7, 5; octodecim, quarum inscriptiones incusae (n. 71*, 1–10) aut cusionis valde suspectae (n. 71*, 10a–k) sunt; denique ut falsae specimen exhibuit n. 97*b**; cf. p. 99.

c) Silvestri glandes possidere dicitur, sed eas videre non licuit.

Corropoli. In museo tum cum Gabriellius vidit non exstabant nisi falsae (cusae). — De glandibus a Conceptio Rosa collectis vide n. 89* et p. 143.

S. Omero. Dominicus Guidobaldi. Cf. n. 6, 4. 124.

Interamna (*Teramo*). Ioseph Desantis. Vide n. 35, 1.

Hadria (*Atri*). Apud Sorrichium glandem n. 6, 34 vidit Dressel. — Quis aut ubi fuerit Surrichi a Minicio memoratus (v. n. 9, 13) nescio.

Florentia. *a*) Museum (*Vffizi*) habet tres glandes non inscriptas, quas catalogus ms. n. 1193—1195 aheneas esse male dicit, ea re, ut opinor, seductus, quod una cum rebus aheneis asservabantur. Duae n. 1194 et 1195 (longae 0,03) in media parte orbiculares sunt ut Graecae.

b) Museum archaeol., quod est in Palatio *della Crocetta*. Vide p. XIX.

c) Marchio Carolus Strozzi. Vide n. 6, 63. 8, 3, post n. 90*; de forma ahenea falsa dixi p. 7.

d) Grazzini. Vide n. 87*, 1–4.

e) Musei Capponi glandes memorat Targioni-Tozzetti; vide supra p. XX.

Arretium. Teste Iohanne Schmidt *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 168 in museo exstat *una ventina di ghiande missili trovate, come si dice, in Piceno. Alcune di esse hanno tutta l' apparenza di essere uscite da fabbrica moderna. Scritta ve n' è una sola, in cui si legge* IECXX. Eam h. l. memorasse sufficiat; inscriptio per se est falsa (v. ad. n. 26) ac praeterea in incusis reperitur (n. 64*, 443. 610). Nonnulla sautem reliquarum inscriptione carentium novicias esse vix credo, nam falsam non inscriptam vidi nullam.

Cortona. Teste Mancinio musei directore ibi exstat una sola, quam ipse possidet et Gamurrinius edidit. Haec Mauius mihi rettulit. — Est ni fallor illa quam exhibui p. XIX n. II.

Perusia. *a*) In museo universitatis anno 1878 (quo examinavi) exstabant XVII inscriptae n. 6, 38. 53—55. 66, 3. 70. 71, 1. 72, 1. 78. 79. 86, 3. 87, 3. 6. 92. 97. 98. 103, XX non inscriptae, praeterea ab Alexandro Bonucci depositae II inscriptae (n. 69, 1 et 83)et III non inscriptae, genuinae omnes. — Acta musei, ex quibus glandium originem disci possit, non videntur exstare, vix autem dubium est, quin excepta una Asculana (FIR inscripta, n. 6, 38) cunctae sint Perusinae. — Anno 1880 museo Rossi-Scottius et Guardabassius (de quibus vide infra) glandes suas ille donavit, hic legavit; cf. Ang. Lupattelli, *indicazione degli oggetti nei musei di antichità nella Vniversità di Perugia* (Perugia 1882) p. 9 et 43.

b) Iohannes Baptista comes Rossi Scotti. Apud eum a. 1878 vidi XXXII glandes: n. 1, 19. 4, 5. 6, 35–37. 7, 1. 19. 24, 15. 16. 38, 13. 41, 1. 52. 57. 58. 63, 1. 64. 73, 1. 80. 81, 3. 4. 85. 86, 1. 87, 5. 90. 99; n. 19*. 19*a** (falsas antiquiores); n. 72*, 1. 2 (Vincenzinianas); unam lectionis incertae, fort. cusam; unam non inscriptam, sed perforatam (v. p. XIII). Duarum postea acquisitarum (84 not. et 72* not.) apographa mihi misit Rossi-Scottius. Earum XVI[1]) antea apud Minicium erant.

c) Marianus Guardabassi († 4 Sept. 1880). Anno 1878, cum vidi (14 Iun. et 15 Oct.) possidebat praeter quinque cusas (n. 73*, 1–5) XXII glandes: n. 56. 59. 60, 1. 62. 63, 2. 68, 2. 3. 76. 77, 2. 81, 1. 84, 2. 86, 4. 5. 11. 89. 91. 93. 95. 96. 100. 104. 106. Iis accesserunt postea n. 66, 2. 73, 2. 75. 101. 102. 102 not., quarum Guardabassius summa benivolentia ectypa vel apographa mihi misit. Idem epistula 21 Iun. 1872 cum Henzeno communicaverat apographa glandium n. 56. 59. 62. 65 ex Lovattii lectione; apud hunc n. 65 Romae periit. — Tam Rossi-Scottius quam Guardabassius, id quod grato animo testor, ad musea sua, quae ad Perusinas glandes cognoscendas maximi sunt momenti, summa liberalitate aditum mihi permiserunt et ectypa, quae volui, facienda curaverunt.

d) Diamante Montemelini. — Vide ad n. 79.

e) Oddi. — Vide ad n. 79.

Viterbo. Bonifatius Falcioni possidet glandes quinque; eas cusas esse ectypa ab Henzeno mihi transmissa docuerunt (vide n. 81*, 3–7). De eius museo cf. *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 250 sqq.

Roma. *a*) In museo Kircheriano, nunc publico, glandes inscriptae CXVIII asservantur. Earum

genuinae sunt hae: 1) quas Asculo tribui: n. 4, 6. 7. 6, 40–43. 9, 13. 14. 11. 12, 4. 16, 2. (20?). 23, 5. 30, 7. 8. 32, 2. 45, 3; 2) quas Perusiae tribui: n. 63, 3. 66, 1. 67. 68, 4. 5. 69, 2. 71, 2. 82. 84, 1. 86, 6–8. 87, 4; 3) originis incertae: n. 111, 1 et 113, 2; 4) Graecae Cat.[2]) 249—251. 254.

Falsae sunt LXXXI hae: 1) cusae n. 69*, 1–45; suspecta n. 103 adnot., quarum n. 69*, 17–45 a Iulio Sambon donatae sunt (Rugg. p. 82); 2) fraudes antiquiores n. 1*—62*; Graecae Cat.[2]) 271 ΛΥΣΑΝΔΡΟΣ et 272 ΠΕΡΙΚΛΗΣ; fortasse eiusdem generis est n. 223 (apud nos n. 20).

Litteris carent Cat.[2]) 317—351, sed 319 et 325 fulminis figuram exhibent, quarum 319 in aversa parte laesa, 325 suspecta est (vide n. 103 adnot.). — In 326 et 337 adnotatum est inventas esse in 'Castello di Ocrio', de quo vide p. XVIII.

1) N. 1, 19. 4, 5. (6, 35–37?). 7, 1. 19. (24, 15?). 58. 64. 73, 1.. 85. (87, 5?); 19*. 19*a**; denique glans inscriptionis incertae, fortasse cusae.

2) Numeri sunt catalogi Ruggieriani.

De origine glandium nec acta exstant neque alia indicia nisi duo, quae modo attuli, et ea, quae a Marchio accepit Minicius, ex parte tam vaga, ut potius ex inscriptionum argumento coniecta esse suspicio sit. Ne Garruccio quidem qui per multos annos in hoc museo quasi habitabat, alia innotuerunt indicia, ut patet ex eius Sylloge et ex eius censura catalogi Ruggeriani in *Civiltà catt.* XI 1 p. 453 seqq. (cf. X 12 p. 727 seqq.) edita. Bonannius (a. 1709) p. 208 glandem museum accepisse narrat ab Alexandro Borgia nobili Velitrensi, in tabula LXVI n. 12 autem duas depinxit non inscriptas. Brunatius (a. 1837) non exhibet nisi unam glandem i4scriptam FIR, itaque reliquae postea (inprimis usque ad a. 1846, quo Minicii libellus prodiit) videntur illatae esse.

Singularum indicem accuratum edidit Ruggierius catalogo suo a. 1878 edito, qui in iis digerendis plerumque Mommseni Garrucciique editiones secutus est. Sicut Garruccius in Sylloge ita Ruggierus magnam partem falsarum cum cusarum tum maxime ceterarum pro genuinis habuit; Cat. n. 273 immerito inter suspectas rettulit. Ipse bis examinavi a. 1877 et 1878; ectypa, quae desideravi, facienda curavit Helbigius amicus. Nuperrime in museo Basileensi inter Vischeriana vidi ectypa gypsea glandium Kircherianarum triginta. — De forma ahenea falsa vide p. 7.

b) Cardinalis Altieri († 1867) anno 1847, quo Garruccius eius plumbea edidit, glandes non possidebat, postea tamen praegrandes quasdam falsas, cuius generis alias acquisivit pater Marchius, comparavit ipse eas deinde damnans. Postea legavit universitati Romanae (cf. Garrucci Syll. p. 264 et *Civiltà catt.* X 4 p. 711), unde mox in museum Kircherianum illatae sunt. Haec Garruccius narravit Henzeno. — Significatur id genus, quod edidi n. 20* sqq.

c) L. Depoletti. Vide n. 6, 44. 23, 6-7.

d) Augustus Kestner († 1853). Vide p. XXX.

e) Raphael Garrucci. Vide n. 6, 63. 8, 3. 112 not. 92*.

f) Martinetti. Vide n. 86 not.

g) Merolli. Vide n. 86*.

h) Tomassetti. Vide n. 84*.

Velitrae. Museum Borgianum (vide p. XXXIII CATALOGO). Fortasse glandes quoque in museum Neapolitanum pervenerunt.

Neapolis.

a) Museum publicum a. 1877 possidebat glandes CXV. Earum n. 78—115 inscriptione vel insigni carent, XLIII cusae falsaeque sunt (vide 68*, 1-43), suspecta una 73 = (apud nos) n. 44, genuinae igitur inscriptae XXXIII vel XXXIV, excepta 72 Graeca in *Tursi* reperta (ΕΥΗΘΙΔΑ) omnes Latinae; earum Asculo tribui 1. 2 = n. 4, 9. 10; 13—15 = 9, 15-17; 24—26. 28. 31 = 24, 12. 11. 13. 23. 14; 34. 36 = 25, 1. 2; 55 = 17, 1; 58. 60—63. 65—69 = 6, 45. 47. 46. 48. 49. 50-54; 70 = 7, 6; 71 = 30, 9; 75 = 38, 17; 76 = 41, 2; 77 = 39;

Perusiae 44. 50. 51 = n. 74. 86, 9. 63, 4; originis incertae est 23 = n. 111, 2. — Origo nota est Graecae illius et n. 115 Herculanei repertae sed inscriptione carentis (vide ad n. 6, 45); ceterarum igitur concludi tantum potest ex inscriptionibus aliunde iam notis. Singulae glandes quo tempore in museum venerint, quaeque iam ante institutam falsarii Asculani officinam in eo fuerint, nescitur excepto uno exemplari; nam omnes glandes nunc digestae sunt secundum Corporis vol. I ordinem et in una sola 58 = n. 6, 45 schedula cum numero antiquiore (11437) servata est, quo ductus repperi in *Inventario generale della Collezione de' Bronzi minuti, contenente gli oggetti immessi nella Collezione medesima dopo il 17 Gennajo 1852 a tutto il dì 31 Luglio 1854* haec: 11437. 11438 (= *numeri del Verbale* 2004. 2005): *Due lunghe ghiande di piombo con lettere. Lunghe 18 centesimi.* N. 11439—11447 (= 2006—2014): *Nove altre più piciole e senza lettere. Lunga ciascuna un' oncia.* Fiorellius in Catalogo a. 1869 p. 11 testatur, museum glandes ab Isaia Salati (25 Oct. 1865) acquisivisse et ab Augusto Vecchj (26 Sept. 1868) dono accepisse, sed quae illae fuerint distinctum non est;

2) glandes XVI (Cat. 1—16 = 1719—1734) olim Santangeli, cuius museum, quod iam ab Romanellio laudatum (*Napoli antica e moderna*, III, 1815, p. 91), 5 Aug. 1865 a municipio Neapolitano emptum et in museo seorsum repositum est (Fiorelli, catal. nummorum Graec. Santangeli 1866, in praef.; Migliorri, *guida del museo nazionale*. Nap. 1876 p. 357). Omnes sunt genuinae et, quatenus aliunde concludi licet (nam acta de earum origine non exstant), Asculanae. Robigo (in 4 subnigra, in 15 cineracea et flava 16 flava et ferruginea, in reliquis flava) in terra non in aqua repertas esse arguit. Inscriptionem exhibent 1. 2. 3. 4 [= apud nos n. 37. 23, 4. 27, 3. 17, 2] insigne 5. 6 (cum litterarum vestigiis) 7. 9 [= 38, 15. 14. 16, 40, 1]; iis carent 8 (pendens 66, 5 gr.). 10 (62, 5 gr.). 11 (57, 5; cum vestigiis incertis, vide ad nostram n. 48). 12 (55, 5, fort. cum litterae vestigio), 13 (37 gr.), 14 (38 gr.), 15 (33 gr.), 16 (29 gr); 12 et 15 formam dimidiatae glandis habent. — Plerarumque ectypa gypsea liberali Iulii de Petra amici permissu facienda curavi.

De glandibus a Conceptio Rosa Corropolitano collectis, quae nuper in hoc museum venerunt, vide n. 89* et Addenda p. 143.

b) Raphael Barone antiquarius. Vide n. 95*.

c) Alfredus Bourguignon possidet quattuor glandes Latinas, quas a. 1882 ipsas Heidelbergam mihi transmisit. Vide n. 1, 23; 6, 60; 81*, 15. 16.

d) Ianuarius Riccio. Vide n. 1, 27.

e) baro de Riseis. Vide ad n. 22.

f) negotiator quidam antiquarius. Vide n. 87*, 5.

Catanzaro. Museum municipale. Vide n. 51, 5 et n. 68*, 44-58.

Regium ad fretum Siculum. Museum municipale. Vide n. 51, 1-4.

Siciliae musea Mommsenus adiit. Praeterea Antoninus Salinas a nobis rogatus non solum ectypa misit, sed etiam catalogum glandium, quas ipse in Sicilia viderat, tam Latinarum quam Graecarum in *Annali dell' Inst.* 1878 p. 30 sqq. et tab. F edidit. Syracusanarum glandium duarum (vide p. 4) imagines a Salvatore Politi delineatas de Torgia cum Mommseno communicavit.

a) Panormus. Museum regium. Cf. A. Salinas, *Del real museo di Palermo.* Pal. 1873 (de museo Astuto p. 13, Salnitriano p. 14, Hieronymi Valenza p. 17 rettulit, glandes memoravit p. 47) et Mommsen Corp. X p. 752. — Vide n. 1, 5-10; 51, 6. 7.

b) ibidem apud Romanum. Vide n. 1, 4.

c) Syracusae. Museum. Vide p. 4.

d) *Cefalù* apud baronissam Mandralisca. Vide n. 1, 11-18 et 2, 1-6.

Glandes, quas olim possederunt Alessi, Astuto, Petroso, Valenza, vide ad n. 1, 1-3. 28. — 45, 3. — 1, 29. — 1, 5; cf. Salinas l. c.

Sardinia. *Cagliari, Museo d'antichità.* Vide n. 1, 21.

Vindobonense museum Caesareum (*Münz- u. Antikencabinet*) praeter quattuor Graecas et unam non inscriptam (v. p. XIII) possidet tres glandes Latinas: n. 9, 20 (diu iam illic exstantem), 109. 110 a. 1878 Apsori in insula *Cherso* repertas. Eduardus baro de Sacken, musei praefectus, sex primarum exempla a se egregie delineata mihi misit a. 1878; de Apsoritanis idem et (qui detexit) Otto Benndorf eodem anno rettulerunt.

Tergeste. In museo civico quattuor Graecae genuinae et duae cusae (81*, 1. 2) exstant. Apographa Ottoni Benndorf, ectypa gypsea Carolo Kunz musei directori accepta refero.

In Hungariae museis nullam glandem exstare neque in eius regni territoriis ullam repertam esse Franciscus Pulszky interroganti mihi 18 Mart. 1879 rescripsit.

Basel. Glandes, quas Guilelmus Vischer collegerat, nunc asservantur in museo publico. Omnium ectypa sulphurea Achillis Burckhardt et Henrici Gelzer insigni benivolentiae debeo. Latinae inter eas sunt octo, quarum una genuina (n. 114), octo (67*, 1-8) inscriptiones cusas exhibent. Eas excepta 67*, 1 examinavi anno 1883. Praeterea in Vischerianis vidi ectypa gypsea glandis 63, 7 et glandium Kircherianarum triginta.

München. Museum antiquarium continet 1) Dodwellianas septem. Earum Graeca est una 688, ceterae Latinae: n. 1, 20 (Sicula), 51, 8 (agri Regini), 61. 77, 1. 81, 2. 87, 7 (Perusinae, quam originem Dodwellus inscripsit glandibus n. 77, 1 et 87, 7); 2) glandem Asculanam n. 6, 59 anno incerto acquisitam, 3) Graecas octo partim a rege Ludovico I partim nuper acquisitas. — Ipse descripsi a. 1877 Monachii; a. 1880 Guilelmus Christ, qui ei museo praefectus est, Heidelbergam, ut ectypa fierent, benigne transmisit. — Dodwellianae exhibentur in

catalogo a. 1837 (vide Indicem auctorum) et ab Hefnero, qui vidit sed lectiones eius Catalogi repetiit.

Ansbach. Societas historica ex dono I. G. Pfisteri, nunc Londiniensis, duas possidet glandes n. 118 et 62*a*, quas C. Schnitzleinii beneficio a. 1882 Heidelbergae examinare potui.

Sigmaringen. In museo principis Hohenzollern exstant octo glandes (376—383 signatae), a barone de Maienfisch ex Italia apportatae (non post a. 1860: vide n. 66*, 3); 377. 379. 381. 382 vacuae sunt, 380 fulmen (n. 105), 376 et 378 pugionem (38, 18. 19) exhibent, in 383 inscriptio incusa est (n. 66*, 3). Vidi in museo a. 1881, ultimam antea de Lehner Heidelbergam benigne transmiserat.

Mannheim. Museum societatis antiquariae. Vide n. 78*, 1. 2.

Erbach ad Muemlingam in Ottonis silva. Museum a comite Francisco in itineribus Italicis a. 1773/74 et 1790/91 collectum (v. L. F. Dieffenbach, *Graf Franz zu Erbach-Erbach*, Darmstadt 1879) continet quinque glandes 1) n. 63*, 2) Graecam, 3) tres, quae litteras incertas aut nullas exhibent; Graeca et duae non inscriptae in catalogo ms., a comite Francisco circ. a. 1808 confecto, depictae sunt a Kehrero tab. 24 n. 10.

Frankfurt a. M., *a*) museum municipale. Vide n. 75*, 23. 24.
b) apud Carolum Antonium Milani. Vide n. 75*, 1-22a et 93*.

Wiesbaden, museum. Vide 30, 11, 76*, 1-4. 94*.

Mainz, in museo et apud Iheringium. Vide n. 76*, 5 sqq. — De Iheringio cf. ad n. 74*, 75*. 76*, 1-4. 77*.

Kessenich (prope Bonnam) apud Ernestum aus'm Weerth. Vide n. 108 et 74*.

Gotha, museum ducale. Vide n. 78*, 3-11.

Berlin, *a*) museum regium. Huc pertinent: 1) Sicula n. 1, 24, 2) Asculanae n. 6, 58; 9, 18 (a. 1864 acquisita); 10, 3) Corropolitana n. 8, 2, 4) Perusinae n. 86, 10; 94. Pompeianam non inscriptam memoravi p. XXIII; a Iheringio emptae sunt cusae n. 77*, 1-12. Descripsi omnes; glandium 1, 24. 6, 58. 9, 18. 86, 10. 94 apographa Mommseniana in schedis exstant.
b) Carolus Guilelmus Nitzsch († 20 Iun. 1880). Vide n. 1, 22.

Hannover. Museum Kestneriarum, quod Hermannus Kestner ab Augusto Kestner († 1853) patruo collectum nuper oppido patrio donavit. In eo adservantur glandes non inscriptae quattuor, inscriptae tres hae: 1) LEG XI (n. 111, 3) longa 0,053, lata 0,022 pend. circ. 42 gr.; 2) L·XV (haud dubie referenda ad n. n. 24) longa 0,048, lata 0,017, pend. circ. 25 gr.; 3) XV I (n. 26 not.) longa 0,043, lata 0,023, pend. circ. 50 gr., corrosa est nec satis certo legitur; L ante X neque exstat neque spatio admittitur. Haec quod h. l. iam addere potui benivolentiae Ennonis Bartels acceptum refero. — A. Kestnerus glandium 1 et 3 inscriptiones in *Bull. dell' Inst.* 1847 p. 116 breviter memoraverat.

Kopenhagen, museum regium. Vide p. 115 ad n. 64*. Indicem glan-

dium, excerptum ex catalogo L. Muelleri, Io. Lud. Vssingius mihi benigne transmisit 18 Iun. 1883.

Bruxelles, museum *de la Porte de Hal*, quod non adii, continet nunc supellectilem antiquariam, quam collegit E. de Meester de Ravestein. Glandes, quas Bergkius annal. Rhen. 55/56 (1875) p. 49 = *Schleuderg.* p. 115 in museo quodam privato exstare dixit et male descriptas exhibuit, Ravesteinianas esse puto (cf. ad n. 24). Sunt autem hae: 1) ·XI F.ASIA (.X ed. II) [fort. n. 86], 2) ATRI II | LVT [fort. n. 73], 3) ·I.X· X *gladius* [vide n. 24 adnot.], 4) VI. — Bergkius p. 6 [ed. II p. 48] in museo Ravestein glandem Etrusce inscriptam exstare memoravit. — Cf. ad n. 22.

London, museum Britannicum. Anno 1875 in eo examinavi glandes CVII, benivolentia adiutus eorum virorum, qui rebus antiquis adservandis praefecti sunt. Latinae sunt novem: n. 6, 55-57 (praeter has testante Count d' Albanie 14 Mai 1863 tunc nullam museum possidebat Latine inscriptam), n. 4, 12; 9, 19; 117 (susp.): 66*, 1. 2; 67*, 9 (spuria, ut videtur). Saguntinas Graecas ad n. 50, lapillum ibi apud Robertum Ready exstantem ad n. 97* memoravi. — Ectypa a Readyo facienda mihi curaverunt A. S. Murray et Guilelmus Wright. — Glandes cum ante iter meum Italicum anni 1877, quo falsas a genuinis certius discernere didici, examinaverim, dubium mihi remanet, quid de n. 117 et n. 67*, 9 statuendum sit; reliquarum indoles vel ex ectypis certo discerni potuit.

Liverpool, Mayeri museum nunc cum museo municipali coniunctum. Vide n. 66, 4.

Stanmore Hill (*Great Stanmore*, *Middlesex*), C. D. E. Fortnum. Vide n. 26 not. 60, 2. 66, 5; 73, 3.

Vbi glans n. 50, quam I. B. Pinto possedit, nunc exstet, nescio.

Paris. *a*) *Louvre*. Anno 1852 museum possidebat, praeter exemplaria anepigrapha decem, glandes Graecas novem, Latinas duas (n. 63, 5 et 6) teste Hadriano de Longpérier, qui illarum apographa eo anno cum Friderico Ritschelio communicavit. — Anno 1859 aut 1860 glandes marchionis Campana museo illatae sunt. Earum teste Carolo Purgold (qui anno 1883 mihi delineavit vel ectypa fecit) tres n. 6, 63 et 29, 2 et tertia, fulmen [an monogramma Graecum?] exhibens, solae genuinae sunt, reliquae (complures FIR inscriptae, de quibus v. ad n. 6, 63, deinde n. 33*-61* et fortasse ea, quam ad n. 38 memoravi) spuriae sunt omnes.

b) *Cabinet de médailles*. Vide n. 6, 63; 9, 31. 32. Cf. n. 38 not.

c) apud Iulianum Gréau. Vide n. 90*, 9. 10.

d) apud Feuardent. Vide n. 64*. 65*. 97*a**.

St.-Germain. Vide n. 63, 7 et 96*, 3. Praeter has et Graecas (de quibus cf. Vischer, *Schriften* II p. 272) in eo museo ectypa glandium musei Perusini exstare comperi.

Lyon. Vide n. 80*, 1-17.

Toulouse. Vide n. 96*, 1.

Trévoux. Vide n. 96*, 2.

INDEX AVCTORVM.

Ioseph Brunatius musei Kircheriani inscriptiones. Mediolani 1837. 4. pp. 130.

Phil. Bruti-Liberati *memoria XVI sulla via Cuprense.* Ripatransone 1850. — Vide n. 35, 2.

Bulletin *des commissions d'art et d'archéologie*, VIII. Bruxelles 1869. Vide p. 142.

Bullettino *dell' Instituto di corrispondenza archeologica.* Roma 1829—1884.

Bullettino *Sardo.* Vide Spano.

Campana. Vide Cataloghi.

Clemens Cardinali *iscrizioni antiche inedite* [sunt quingentae] *raccolte e pubblicate.* Bologna 1819. 4. pp. V, 102. — *Impressione di cinquanta esemplari* (p. V); exstat in bibll. Heidelbergensi et Monacensi. — Exhibet Perusinam n. 78 ex Vermigliolii schedis, Asculanam n. 9, 22 ex *Descrizione del museo (Borgiano in Velletri), fatta dai Signori Akerblad e Filippo Aurelio Visconti, copia ms. della quale posseggo per gentilezza del secondo* (p. 71, cf. p. 79 et 100); est ni fallor Catalogus anni 1814, de quo vide infra Catalogo.

Ioh. Bapt. Carducci *su le memorie e i monumenti di Ascoli nel Piceno.* Fermo 1853. — Cf. p. 6. Ad inscriptiones ipsas nullius est usus.

Cataloghi del museo Campana, part. 1—12 [Romae 1858/59]. 4. — Cf. ad n. 6, 63; 29, 2; 33* sqq.

Catalogo *del museo Borgiano* anni 1814, editus in: *Documenti inediti per servire alla storia dei musei d' Italia* (cura Iosephi Fiorelli) I (1878) p. 305. — Vide n. 6, 61. 62; 9, 22; 23 adnot.; cf. Cardinali.

(de Caylus) *Recueil d' antiquités* I—VII. Paris 1752—67. 4. Vide n. 9, 28.

Cherubini. Vide n. 85*.

Civiltà *cattolica.* Vide Garrucci.

Corpus inscriptionum Latinarum. Glandes continentur vol. I (1863) n. 642—716, n. 1507—1536 a Mommseno collectae; vol. II (1869) n. 4965 Hispanae ab Huebnero, vol. V (1872) n. 1079* (= apud nos n. 66, 4, vide p. 142) a Mommseno, vol. IX (1883) n. 6086, I-XLVIII Asculanae et n. 664*—759* spuriae a me editae.

Count d' Albanie. Vide Proceedings.

Melchior Delfico (1744—1835) *delle antiche ghiande missili di piombo. Lettera a S. E. il signor conte D. Giuseppe Zurlo*, pp. 11, tab. I. — Edita est in eiusdem libro: *Della antica numismatica della città di Atri nel Piceno con alcuni opuscoli su le origini italiche.* Napoli 1826, fol., quae opuscula a priore editione *Della ant. num. di Atri* (Fermo 1824) absunt. Epistula illa anno proximo a priore editione (vide ed. II p. 3) i. e. a. 1825 scripta est. — In ea de fundae glandiumque apud veteres usu disputavit et nonnullas glandes prope Asculum repertas (p. 9), quas ab amico (Antonio Orsini? cf. apud nos p. 7) acceperat, in tabula aeri accurate incisas exhibuit. Vide n. 3*b*, 2; 6, 1; 9, 23; 26, 2. 3; 38, 1.

Ernestus Desjardins *Desiderata du* Corpus inscriptionum Latinarum *de l' académie de Berlin,* fasc. 1 (1874): *Le musée épigraphique de Pest*

(cf. Ephem. ep. II p. 354 sqq.); fasc. 2—5 (1874—1876): *Les balles de fronde* et q. s. Paris. fol. — Glandium inscriptiones non edidit nisi spurias. Vide n. 64* et 65* et p. 91 sqq.

Ernestus DESJARDINS, *Comptes rendus de l' Académie des inscriptions*. Paris 1876 p. 168 sqq. — Vide p. 91.

DIARIO *di Roma* 7 Dec. 1839 n. 97. Vide ad n. 79. Excerpendum curavit Henzenus.

DISSERTAZIONI (sive ATTI) *della pontificia Accademia romana di archeologia*. Roma, tom. VII (1836): vide BORGHESI; tom. XI (1852): vide MINICIS.

DOCVMENTI. Vide CATALOGO.

DODWELL] *Notice sur le musée Dodwell, et catalogue raisonné des objets qu'il contient. Publiée par la direction de l' Institut de correspondance archéologique.* Rome 1837, pp. VIII, 71; praefationi subscripsit Iosias Bunsen. Insunt p. 27 n. 95—100 sex glandes Latinae (Sicula n. 1, 20, Regina n. 51, 8, Perusinae n. 61; 77, 1; 81, 2; 87, 7), nunc in museo Monacensi servatae. Ad n. 77, 1 adiecta est adnotatio Borghesii, cui debetur praeterea glandis n. 87, 7 lectio, fortasse etiam reliquarum. Glandes Dodwellianas quattuor secum communicasse Aemilium Braun m. Iul. 1835 Borghesius (opp. VII p. 103 sq.) scripsit Olao Kellermann 31 Iul. 1835, simul memorans, quot praeterea glandes nosset. Eae erant hae: Ficoroniana n. 6, 40, editae ab Alessio *Bull. dell' Inst.* 1833 p. 176 n. 1, 1-3; ab Delfico (undecim); ab Vermigliolio ed. II p. 612 et 616 (n. 78 et 68, 1).

Iohannes EROLI. Vide n. 72, 2. 90*, 2. 3.

Iohannes FABER vide VRSINVS.

Ariodantes FABRETTI, Corpus inscriptionum Italicarum et Glossarium Italicum. Aug. Taurinorum 1867. 4. Octodecim exhibet glandes 1) sex ex libello Miniciano: 6, 35; 7, 1; 119 (bis ed.); 3*; 11*; ad 45, 3, 2) decem ex Minicii delineatis exemplis 32, 2; 45, 3; 53; 55 (bis ed. ut diversas); 92; 18*; 62*; cf. ad 45, 3 et locorum elenchum p. XX, 8; 3) unam ex suo apographo: vide p. XIX, IIIa; Latinae et genuinae insunt solae hae: 6, 35; 7, 1; 32, 2 (Lat. ?); 53; 55; 92.

Franciscus FICORONI *le memorie ritrovate nel territorio di Labico*. Roma 1745, 4; ed. II Roma 1748, 4. Vtramque adhibui. — Vide n. 6, 40.

Ioseph FIORELLI, *Catalogo del Museo nazionale di Napoli. Armi antiche* Napoli 1869, fol. pp. 23. — 4, 9. 10. 6, 45-54. 7, 6. 9, 15-17. 17, 1. 24, 11-14. 23. 25, 1. 2. 30, 9. 38, 17. 41, 2. 44, n. 68*, 1-43.

—— Cf. NOTIZIE.

FORTVNVM cf. n. 26 not. 60, 2. 66, 5. 73, 3.

Carolus FRIEDERICHS *Berlins antike Bildwerke* vol. II: *kleinere Kunst und Industrie*. Düsseldorf 1871. Vide n. 1, 24. 6, 58. 9, 18. 86, 10; p. XXIII, 17.

Iulius GABRIELLI] *Il palazzo comunale di Ascoli-Piceno e le sue raccolte. Indicazione di G. G.* Ascoli-Piceno 1874, pp. 36. — Edidit musei

Asculani, cui praeest, glandes sex ligno incisas: n. 4, 8. 9, 9. 12, 1. 21, 5. 23, 2. 70*, 4 [p. 117 ad n. 70* lin. paenult. pro 'et' scribe 'aut'].

Iulius Gabrielli in eph. Asculana *L'eco del Tronto* 27 Aug. 1876 et 26 Aug. 1877 rettulit de ingenti glandium numero reperto 1) a. 1876 inter pontem *di Cecco* et pontem quem vocant maiorem, 2) 10—18 Aug. 1877 ab Eugenio et Iacobo Mattei fratribus prope eundem locum supra 1900 glandes litterarum vestigiis fere carentes omnes.

—— ibid. 23 Dec. 1877 musei Asculani glandes contra Garruccium (*Civiltà cattolica* X, 4 p. 710) fidem earum infirmare temere conatum rectissime defendit. — Cf. p. 93.

—— et C. Zangemeister, *scavi per ghiande missili eseguiti in Ascoli-Piceno* (10—12 Sept. 1877), in *Bull. dell' Inst.* 1877 p. 172 sqq. — Vide p. 5 sq.

—— *scavi per ghiande missili in Ascoli-Piceno* (9—20 Sept. 1879), in *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 190 sqq. — Vide p. 6.

G. F. Gamurrini, *appendice al* Corpus Inscr. Ital. *di Fabretti*. 1880. 4. — Vide p. XIX.

—— in *Bullettino dell' Inst.* 1868 p. 188 sqq. — Vide p. XIX.

Raphael Garrucci, *i piombi antichi raccolti dal card. Lodovico Altieri*. Roma 1847. 4. — Vide n. 68, 4.

——, *i segni delle lapidi latine volgarmente detti accenti*. Roma 1857. Vide n. 84, 1. Attuli ex Ritschelii opp. IV p. 389.

——, *Bullettino dell' Inst.* 1866 p. 28 sqq. — Vide 87*, 5; 20 (susp.); 26 not.; 112 (susp.).

——, *Civiltà cattolica* X 4 (1877) p. 710 sqq., X 5 (1878) p. 727 sqq., XI (1880) 1 p. 462. Vide p. XXVII; p. 93; n. 59; 82*—84*. 91*. 92*.

——, Sylloge inscriptionum Latinarum aevi Romanae rei publicae. Aug. Taurinorum 1877, sed fasc. 2 (p. 257 sqq. = n. 925 sqq.) anno demum 1878 prodiit. Sylloges n. 900—902 ab Garruccio exhibentur glandes Siculae. 935—978 Picenae, 1081—1105 Perusinae. Transcripsit fere materiam ab Mommseno collectam librorum testimonia afferens, quos ipse non consuluit; videlicet si, ut exemplum afferam, Lipsii Poliocreticon editionem anni 1596 inspexisset, in ea glandem n. 13 (Garr. n. 944) memorari non foret denuo testatus. In iis, quae de suo Garruccius addidit, insunt neclegentiae exempla, quae cum ad alia spectant tum ad originem vel museum falso indicata (ex. gr. 6, 45; 13; 29, 2; 35, 1). Glandes non paucas ipse examinavit, sed quod efficere voluit, ut 'ne diutius corruptae ferantur' (p. 315 extr.), id ei parum contigit. Nam multas lectiones falsas vel ex prioribus repetiit vel ipse induxit, neque ullam glandium inscriptionem lectu difficiliorem plane expediit. Itaque falso lectas edidit has (quarum duodecim ipse vidit): Syll. 904 (apud nos n. 1, 20); 939 (9, 14); 941 (12, 4); 942 (9, 23); 946 (11); 957 (111, 2): 959 (24, 13); 967 (26, 2); 970 (32, 2); 971 (30, 7. 8. 9); 976 (82); 1081

(70); 1082 (69*, 38 cf. n. 85 not.); 1088 (66, 1); 1090 (59); 1100 (61); 1101 (84); 1104 (87, 7; hanc etiam interpolavit). Suspectas non in suspicionem vocavit has: 955 (47); 969 (48); 972 (46); 960 (124); 1105 (112). — Quod ad spurias attinet, non solum glandes musei Kircheriani Minicii aetate confictas n. 1*—16* (cf. quae dixi p. 88 sqq.) denuo ut genuinas edidit[1], sed etiam inter primos est, qui glandibus Asculi incusis decepti sunt (edidit enim iam a. 1866 ut genuinam n. 87*, 5); ipse quadraginta incusas possidere se ait, quas ut genuinas se acquisivisse certe non negavit (*Civiltà catt.* X 4 p. 711 et X 5 p. 728). Cf. quae dixi p. 92 sq. — Quae cum ita essent, Garrucciana editio tot glandibus spuriis totque lectionibus falsis deturpata, mihi nullius fere usus fuit. Etiam anno 1883 errores eius deceperunt Victorem Poggi, qui in *Giornale Ligustico* X p. 198 sq. ad inscriptionum in glandibus repertarum genera demonstranda cum Garrucciana Sylloge usus esset sola, inter XXIIII quae attulit exempla spurias octo, suspectas vel male lectas IIII admisit.

GAZZETTA *Vffiziale del Regno d' Italia 11 Maggio* 1870. — Vide ad n. 86, 2.

Achilles GENNARELLI. — Vide ad n. 58.

GIORNALE *Ligustico di archeologia, storia e letteratura dir. da L. T. Belgrano ed A. Neri.* Genova. — Vide p. XIX et supra in hac pag.

GIORNALE *scientifico ... di Perugia* 1835 n. 24—26 (Vermiglioli): v. n. 68; 71, 1; 77, 1; 78; 87, 7. — 1859 disp. 1 (Rossi-Scotti): v. n. 52. — 1860 (de Minicis): v. n. 31*. — 1861 disp. 2: v. n. 86, 1.

Ianus GRVTER, Inscriptiones (1603) p. 1158, 4—6 tres glandes n. 4, 1. 13. 16, 1 exhibuit. Eas accepisse eum puto ab Lipsio, qui a. 1605 ipse edidit. Litteris expressit ut Lipsius vulgaribus, omissis autem glandium imaginibus.

Georgius GVALTHER, Siciliae antiquae tabulae. Cf. Mommsen Corp. X p. 714 sqq. Editionis principis Panormi, anno ut vid. 1624, impressae sed imperfecte relictae duo novimus exemplaria, quorum unum Romae in bibl. Alexandrina Dresselius, alterum apud sacerdotem Castronuovo in Monte S. Giuliano Mommsenus vidit: utrumque titulo caret; posterius, nunc Panormi in bibliotheca musei adservatum, continet Tabularum p. 1—83 et Animadv. p. 1—154, prius eadem, nisi quod in An. p. 146 desinit. — Ed. 2 in titulo exhibet: 'Messanae CIↃ. IↃↃ. XXiV', sed prodiit a. 1625, qui annus et Dedicationi et Censorum approbationi subscriptus est. Continet Tabularum pp. 108, Anim. pp. 184. Ea denuo excusa est in Graevii Thesauro antiqq. Siciliae vol. VI, Lugd. Bat. 1723. — Latinas glandes in ed. 1 praeter Lipsianas n. 13. 14, 1. 16, 1 protulit has auctore non indicato: n. 9, 27 et 24 (cf. infra p. 142). In ed. 2 An. p. 26 = Thes. VI 381 addidit Seb. Antonelli (i. e. Andreantonelli) de Castel-

1) Glandem n. 5* *l. II. Ital.* Garruccium numero suo 949 comprehendisse puto ut solet diversa eiusdem inscriptionis exemplaria non distinguere. Certe ne hanc quidem usquam damnavit.

lano testimonium (v. nos p. 5) et praeter glandes supra scriptas memoravit duas inscriptas n. 24, 18 et 27, 4 et 'alias literis fugientibus', quas sicut illas n. 9, 27 et 24 Romae apud Lancellottum de Lancellottis patricium Asculanum se vidisse testatur.

Walter Hawkins in Archaeologia Londiniensi vol. XXXII, 1847, p. 96 sqq. de glandium usu disseruit sed Latinam inscriptionem non exhibuit. Quaedam narrat mira aliundeque plane inaudita, ut mero memoriae errore illata esse putes. Eius generis sunt duo quae p. 105 testatur, prius Florentiae maximum glandium numerum repertum esse ibique fortasse armamentarium (*'Arsenal'*) fuisse; alterumque hoc, in Erycis ruinis, a Drepano orientem versus sitis, glandes repertas esse nonnullas imprecationibus inscriptas, ex. gr. *'your heart for Cerberus'*, librum citans Smythii *Sicily* p. 242, quo tamen hanc inscriptionem non exhiberi inspecto libro mihi testatus est Augustus Wilmanns.

Ioseph v. Hefner, *Catalog der Vereinigten Sammlungen*. N. 1. München 1845. Inspexit in usum meum Guilelmus Christ.

——, *Oberbayerisches Archiv* VII (1846).

——, *Das Römische Bayern*, 3. *Auflage*, München 1852. — In his libellis exhibuit glandes musei olim Dodwelliani, sed lectiones tantum modo ex eius catalogo (vide Noticb) exscripsit.

Guilelmus Henzen in Orellii Inscriptionum vol. III n. 6836 nonnullas glandes ex Minicio exhibet.

Aemilius Hvebner. Vide Corpvs.

Iahresbericht *des hist. Vereins in Mittelfranken*. Vide Pfister.

Im neuen Reich. Leipzig 1875 vol. II. Vide Mommsen.

Otto Keller. Vide n. 81*, 10.

Olaus Kellermann. Vide ad n. 77, 1.

Renatus Kerviler, *des projectiles cylindro-coniques. ou en olive depuis l' antiquité jusqu'à nos jours*, in: *Revue archéol.* ser. 3 tom. II (1883) p. 281—287 et tab. XXIV. Edidit lapides missiles, quos Gallorum fuisse statuit, et de forma telorum missilium tam antiquorum quam recentiorum olivis vel glandibus similium disputavit, Semperi tamen libellum non afferens. Glandes Romanae imaginem non ad unum ex archetypis, quae permulta exstant, exhibuit, sed ex A. Richii lexico archaeologico in tabula repetiit (inscripta est FIR), nec recte putavit a Richio archetypi magnitudinem repraesentatam esse, cum id fuisse debeat moduli haud paullo maioris.

Augustus Kestner. Vide n. 26 not. et 111, 3.

Rudolfus Lanciani. Vide n. 77, 1.

Liberati. Vide Brvti.

Ludovicus Lindenschmit. Vide n. 66*, 3.

Iustus Lipsivs, Poliorcetica, Antverpiae 1605. Libro IV c. 3 extr. quinque glandes exhibet, 'quae nuper repertae sunt prope Asculum, in flumine Triunto', 1) n. 13, 2) n. 4, 1, 3) n. 16, 1, 4) n. 39, 5) non inscriptam. Formam faciemque glandium ad veram magnitudinem

expressit, inscriptiones autem vulgaribus litteris figuris earum inseruit. Quo pervenerint glandes nescitur; unam (n. 13) fortasse vidit I. F. Gronovius.

La LOMBARDIA 1870. — Vide n. 86, 2.

Hadrianus DE LONGPÉRIER. Vide RITSCHL.

Ios. LOVATTI. Vide ad n. 56. 59. 62. 65.

Angelus LVPATTELLI. Vide p. XXV.

MARCHI, musei Kircheriani, cui praefectus erat, glandes delineavit Minicio (cf. Min. p. 201 not. 3), idemque postea sedecim earum Ritschelio, qui edidit Pr. L. Mon. t. VIII 2. 7. 9. 10. 20. 21. 22 (adversam partem). 23. 24, t. IX 37. 41. 42a. 48. 54. 58. 59. — In academia Romana de Minicii commentatione 3 Nov. 1839 lecta breviter disseruit 28 Nov. e. a.; vide *Diario di Roma* 7 Dec. 1839 n. 97.

Iohannes de MARIANA, *Historia general de España*. Tomo IX. Valencia 1796. 4. Continet p. CLIII sqq. epistulam Francisci Perezii Bayér. Vide n. 49. — Suppeditavit bibliotheca Monacensis.

Ioseph MICALI, *storia degli antichi popoli Italiani* vol. I—III. Firenze 1832. 8. et tabularum vol. inscriptum: *Monumenti per servire alla storia* et q. s., fol. — Duas n. 4, 3 et 6, 2 bene delineatas edidit.

Carolus Antonius MILANI] *Catalog der Sammlung des* † C. A. M., *welche in Frankfurt a. M. den 4. Juni 1883 u. ff. Tage von F. A. C. Prestel versteigert wird.* Frankfurt a. M. 1883 (Praefationi subscriptum est: F. G.). Pag. 106 n. 341 glandes XXV breviter commemorantur. — Vide n. 75* et 93*.

Caietanus DE MINICIS, *sulle antiche ghiande missili e sulle loro iscrizioni. Dissertazione letta alla pontif. accademia rom. di archeol. 3 nov. 1839.* — Edita est cum additamentis (cf. ed. 2 p. 239 not. 3 et p. 228 not. 1): 1) seorsum: Roma 1844, pp. 71, tabb. II, 2) in *Dissertazioni della pontificia accad. rom. di arch.* t. XI. Roma 1852 p. 187—256 [= p. 1—70 ed. sep.], tabb. II. — Vtriusque editionis plane idem typus est, nisi quod errorum emendationes, quae p. 71 ed. sep. exhibentur, desunt in editione altera nec in eius textum sunt relatae. Earum memorabilis est sola haec, qua p. 16 = 202 n. 25 IH corrigi iubetur in TAH. — In tab. II, quae sola inscriptiones exhibet, infra n. 25 et n. 32 quaedam libelli exemplaria paullo ante editionem insertas exhibent duarum glandium [falsarum] imagines n. I et II signatas (v. n. 32* et 19*a**). — Opusculum non est iam a. 1844 editum, nam p. 67 = 253 *Bullettino Napol.* anni 1846 memoratur et ipse auctor p. 53 = 239 not. 3 libellum non talem edi monet, qualem legerit anno 1839, nam per septem annos glandium numerum duplo maiorem factum esse. Itaque impressio finita est anno 1846 aut certe non ante annum 1846. — Attuli ex editione altera.

Minicio primam glandium Latinarum syllogen debemus; Graecarum, quas et ipse collegit, Iohannes Petrus Secchi quasi appendice huius libelli editurus erat (p. 244 et 254 not. 3), ipse earum

nonnullas, ex libris exscriptas fere omnes, p. 240—252 exhibuit. Glandes edidit hoc ordine distributas: p. 201—218 (tab. II n. 1—33) glandes belli socialis, p. 219 sq. (n. 34—36) belli Spartaci (cf. quae dixi ad n. 13), p. 220—231 (n. 37—53) belli Perusini, p. 232—239 (n. 54—68 et n. 84) bellorum incertorum a legionibus inscriptas, p. 240—244 (n. 80—83) Siculas Graecas et Latinas, p. 245—250 Graecas alias (inter has quoque Siculas), p. 250—253 varias.

Materiam collegit sane copiosam primusque quam late hoc inscriptionum genus pateret, docuit. Cum vero plerasque glandes non ipse examinavisset, sed in aliorum apographis acquiesceret et de his rebus iudicare non satis didicisset, non solum complures minus emendata lectione edidit verum etiam parum cavit a spuriis, quae tunc emergere coeperunt, decipiendi prurigine eo ipso, quod glandes a Minicio undecumque conquirerentur, nebulonibus excitata. Et tamen rectissime, ut caveret, monitus erat a Borghesio; quem tantum aberat ut audiret, ut ne argumenta quidem, quibus viri summi suspicio nitebatur, palam evulgaret eoque impediret, quominus iis alii melius uti possent; cf. quae dixi p. 89 sq. Quamquam adest ei nonnihil excusationis, quandoquidem plerasque earum nuperrimi quoque editores, licet eas diu examinare et cum genuinis conferre possent, ex. gr. Garruccius, genuinas esse censuerunt. — Quod glandium originem saepe non indicavit, eius rei culpa magis eius auctoribus quam editori tribuenda est, sed ipse praeterea etiam nonnumquam ubi exstarent glandes adnotare neglexit, ut quodnam exemplar significet, coniectura investigandum sit (cf. 17, 1), in quibusdam discerni plane nequeat. Praeterea, sicut suis locis adnotavi, nonnullarum glandium originem potius coniecisse ex inscriptione videtur quam traditam habuisse. — Imagines litterarum formam parum fide repraesentant, etiam illae, quae ad exempla delineata repetitae sunt; sed eas, quas subieci, ex apographis tantum litteris vulgaribus in tabula exhibuit: tab. II 2. 6. 12. 16. 18. 28. 35. 38—41. 50. 55. 57. 60. 74—77. 80. 81. 83, additis ad has et 51 formis quoque glandium plane arbitrariis. Ad characterum antiquorum formam cognoscendam omnia eius exempla nullius fere usus sunt. — Vt lectoris commodo consulerem, elenchum subieci, quo Minicianos numeros cum nostris composui, hac nota † significans Minicianam inscriptionem meo iudicio esse lectionis falsae, ‡ glandem suspectam, * spuriam.

Minicii	ed. nostrae	Minicii	ed. nostrae	Minicii	ed. nostrae
1	1*	[7]	11*	13	13*
2	82 not. †	8	8*	14	9 29†
3	9 13†	9	9*	15	4 5
4	19*	10	20‡	16	16 1
5	6 35	11	12*	17	17 1†
6	7 1	12	9 30†	18	ad 4‡

Minicii	ed. nostrae	Minicii	ed. nostrae	Minicii	ed. nostrae
19	ad 17	45	65	70	12 4†
20	5*	46	87 3	71	9 26†
21	4*	47	87 4†	72	30 8
22	ad 6†	48	87 5†	73	116†
23	11†	49	84	74	61*a**
24	3*	50	87 7†	75	107
25	119‡	51	64	76	121†
26	48‡	52	54	77	122†
27	16 2	53	66 3†	78	123†
28	9 24†	54	70†	79	7 2†
29	15*	55	85	80	1 28†
30	27 5†	56	6*	81	1 27†
31	16*	57	120†	82	1 19
32	35 1‡	58	111 1‡	83	1 20†
33	47‡	59	ad 81	84	19
34	14*	60	81 2†	I	32*
35	13	61	115†	II	19*a**
36	46‡	62	79	p. 239	66 1
37	78	63	112	p. 251	ad 45 3
38	77 1†	64	10*	p. 251	18*
39	61†	65	113 2†	p. 251	55
40	51 8	66	113 1	p. 252	23*
41	68 1†	67	{23 5 {24 15. 17	p. 252	20*
42	71 2			p. 252	21*
43	71 1	68	26 3†	p. 253	27*
44	58	69	12 4†	p. 253	28*

(Caietanus DE MINICIS), *le iscrizione Fermane.* Fermo 1857. — Vide ad n. 6, 35 et 7, 1.

——. Vide GIORNALE *di Perugia* 1860.

——, *le monete gravi e le ghiande missili di Fermo.* Fermo 1868. — Vide ad n. 6, 35.

Archaeologisch-epigraphische MITTHEILVNGEN, vol. III. Wien 1879. — Vide n. 109 sq.

MNEMOSINE *Sarda.* — Vide SPANO.

Theodorus MOMMSEN. Vide CORPVS Inscr. Lat.

——, *Archaeologische Zeitung* XXXIII (1875) p. 61, ubi ex litteris meis de glandibus Feuardentianis (n. 64*) rettulit, quas ipseobiter inspexerat.

——, *Monatsberichte der Akademie der Wiss. zu Berlin* 1875 p. 479.

——, *Im neuen Reich.* 1876. II p. 417 sqq. Cf. p. 90 et 92.

MONATSBERICHTE. Vide MOMMSEN et ZANGEMEISTER.

NAPOLEON imperator, *histoire de Iules César.* t. II 1866. Vide n. 96*, 3.

Henricus NISSEN. Vide n. 1, 21.

Carolus Guilelmus NITZSCH, *die Gracchen,* Berlin 1847. Vide n. 1, 22.

NOTIZIE *sul museo patrio archeologico in Milano.* Milano 1881. pp. 48. Vide p. XXIV.

—— *degli scavi di antichità* ed. ab Fiorellio, Romae 1876 p. 145 [= *Atti dell' Accad. d. Lincei* ser. 2 vol. III 3 p. 322]. Vide n. 85*.

I. C. ORELLI, Inscriptionum collectio. Vol. II, Turici 1828. Vide n. 9, 22. — Cf. HENZEN.

P. M. PACIAVDI (1710—1785), diatribe qua Graeci anaglyphi interpretatio traditur. Romae 1752. 4. (Excerpsit Henzenus). — Vide n. 79.

Paschalis PANVINI, *il forestiere a Pozzuoli.* Napoli 1818. (Excerpsit Mommsenus). — Vide n. 107.

PERIODICO *di numismatica e sfragistica, diretto dal march. Carlo Strozzi*, vol. III, Firenze 1871. — Vide ROSSI-SCOTTI.

I. G. PFISTER, *uiber römische Schleudergeschosse*, in: *32. Jahresbericht des historischen Vereins in Mittelfranken*, Ansbach 1864, 4. p. 20—30. Vide n. 118 et 62*a**. Alias glandes tam Graecas quam Latinas ex libris memoravit et de fundae glandisque usu disseruit.

Victor POGGI. — Vide p. XIX.

POLDI-PEZZÓLI] *Fondazione artistica Poldi-Pezzoli. Catalogo generale.* Milano 1881. pp. 126. — Vide p. XXIV.

PROCEEDINGS *of the society of the antiquaries of London.* vol. III (London 1853) p. 54 F. Bööke exhibet glandem n. 66, 4; Ser. II vol. II (21 Nov. 1861 — 16 Iun. 1864), London, pag. 266 sq. Count d'Albanie glandes n. 50. 6, 55–57 et p. 269 sq. Fortnum n. 60, 2. 73, 3. 66, 5 ediderunt 14 Maio 1863 cum societate communicatas.

RAVESTEIN] *Musée de Ravestein; Catalogue descriptif par E. de Meester de Ravestein.* Tom. I. II. III. Liége 1871. 1872. 1882. Vide p. XXI et XXXI.

REVUE *archéologique.* Vide KERVILER.

Nemesius RICCI, *le antichità dell' agro Palmense.* Teramo 1844. p. 48 (in bibl. reg. Monac.) — Vide n. 4, 4 et 6, 4; cf. p. XVIII.

——, *sulle epigrafi di alcune ghiande missili di piombo. Osservazioni.* Ripatransone 1852. pp. 14 (in bibl. Heidelb.). Inscriptiones quasdam ex Minicio repetiit. Ex iis, quae observavit, dignum fort. memoratu hoc est, quod n. 35 AR male lectam esse pro FIR coniecit.

Ianuarius RICCIO, *notizie degli scavamenti del suolo dell' antica Capua.* Napoli 1855. 4. — Ad n. 1, 27 memoravi ex Mommseno, Corp. vol. X.

Fridericus RITSCHL, Priscae Latinitatis monumenta epigraphica, Berolini 1862. fol. — Tabulis VIII et IX glandes aliquot musei Kircheriani ad exempla a Marchio delineata (vide MARCHI), Perusinas tres (tab. IX 42*b*. 46. 49) ad exempla stannea Brunnii, ceteras ex Minicio repraesentavit, recte tamen omissis iis, quas Minicius vulgaribus litteris expressit.

Fridericus RITSCHL, *Rheinisches Museum für Philol.* XIV (1858) p. 385 = opuscula IV (1878) p. 391. — Vide n. 84, 1.

——. Ex eius schedis Curtius Wachsmuth mihi benigne concessit ea, quae A. de Longpérier cum eo communicaverat: 1) epistulam Parisiis d. 17 Sept. 1852, qua musei Parisini glandes novem Graecas et duas Latinas (n. 63, 5. 6) a se descriptas exhibet, 2) 14 Sept. 1863 glandis eiusdem musei (n. 29, 2) ectypa chartacea duo, in quibus inscriptionis vestigia atramento ipse delineavit.

Balthasar Romano, *antichità inedite di vario genere trovate in Sicilia.* fasc. 1. Panhormi 1854. fol. — Ad n. 1, 4 memoravi ex Mommseno, Corp. vol. X.

Ioannes Bapt. Rossi-Scotti comes, *di una ghianda missile inedita* in: *Giornale scientifico-letterario-agrario di Perugia* 1859 disp. 1. Vide n. 52.

——, *lettera al dott. Felice Romualdi.* Perugia 1861, in: *Giornale di Perugia* n. ser. 1861 disp. 2 (excerpsit Mommsenus) et Perugia 1869 (cf. *Periodico di num.* III p. 121). Vide n. 86, 1.

——, *di una ghianda missile perugina. Lettera al marchese Mario Antinori* (scr. Iun. 1870), in: *Periodico di numism.* III (1871) p. 36 sq. Vide n. 63, 1 et 19a*.

——, *lettera sopra alcune ghiande missili perugine al cav. avv. Gaetano de Minicis* (scr. 1 Aug. 1870), ibid. p. 119—124. Vide n. 6, 36. 66, 3. 72, 1. 81, 4. 86, 2; p. 87.

Andreas Rvbbi, *dizionario di antichità* vol. VIII (Venezia 1796) p. 169 sq. s. v. 'glans plumbea'. Inscriptionem n. 9, 30 (interpolatam) a Lanzio visam et nescio ubi commemoratam exhibet, ceteras Latinas quinque ex notis libris repetiit (n. 4, 1; 7, 2; 9, 28; 13; 16, 1), duas earum (7, 2 et 13) corrumpens. — (In bibl. Heidelbergensi).

Hector de Rvggiero, *Catalogo del museo Kircheriano.* Part. 1. Roma 1878. 8. — Vide p. XXVII et ad n. 69*.

Eduardus de Sacken. Vide n. 9, 20. 109. 110.

Antoninus Salinas, *Del r. museo di Palermo* 1873 et in *Annali dell' Inst.* 1878. Vide supra p. XXIX.

H. Schvermans. Vide Bvlletin *des commissions d'art.*

Godofredus Semper, *ueber die bleiernen Schleudergeschosse der Alten und über zweckmässige Gestaltung der Wurfkörper im Allgemeinen. Ein Versuch die dynamische Entstehung gewisser Formen in der Natur und in der Kunst nachzuweisen.* Frankfurt a. M. 1859. pp. 105, t. I. — Inscriptionem non memorat. Cf. p. XII.

Iohannes Spano, *Bullettino archeologico Sardo.* Cagliari 8. III (1857). VI (1860).

——, *Catalogo della raccolta archeologica Sarda del canonico Spano da lui donata al Museo d' antichità di Cagliari.* Pars I. Cagliari 1860. 8. Pars II (*monete e medaglie*) 1865. 8.

——, *Mnemosine Sarda.* Cagliari 1846. 4.

Spani libros ad n. 1, 21 adtuli ex Mommseno, Corp. X p. 782.

Spiegazioni *di due antiche mazze di ferro ritrovate in Messina nell' anno 1733.* Venezia 1740. fol. — Pag. 235 seq. *Giovanni Natoli Ruffo ed Alifia, duca d' Archirafi* glandes ex Lipsio et Gualthero memoravit et (p. 236) aere incisas exhibet. Librum a Ficoronio minus accurate adlatum (cf. supra p. XXIII) ex bibliotheca publica Neapolitana benigne mihi suppeditavit Emidius Martini. Cf. de eo libro C. Dom. Gallo, *Annali della città di Messina* I, 2 (Messina 1756) p. 197.

Iohannes Targioni-Tozzetti, *relazioni d' alcuni viaggi fatti in diverse parti della Toscana,* vol. I. Firenze 1768. Vide p. XX. Inscriptionem exhibet nullam.

Il TIBERINO. Atturi ex Minicio p. 223 et 226 ad n. 58 et p. 73.
TOMASSETTI. — Vide n. 84*.
Fulvius VRSINVS, Illustrium imagines, quae exstant Romae major pars apud Fulvium Vrsinum; ed. altera Ioannis Fabri commentario auctior. Antverpiae 1606. 4. — Non inspexi interpretationem eius libri: *Portraits d' hommes* etc. *trad. par. C. C. B. [Baudelot de Dairval]*. Paris 1710. 4, qua usus est Caylus. — Vide ad n. 9, 25.
Iohann. Bapt. VERMIGLIOLI, *le antiche iscrizioni perugine*. T. I. II. Perugia 1804. 1805. 4. — Ed. 2 vol. I. II ibid. 1833. 1834. 4. — Vide n. 68, 1. 78. 79. 84, 3.
—— cf. GIORNALE *di Perugia* 1835.
——. Eius schedas memorat Cardinali a. 1819; vide n. 78.
Guilelmus VISCHER, *antike Schleudergeschosse*, Basel 1866. 4. (= *Schriften* II p. 240—258 et tab. XIII). Vide n. 67*, 1.
——, *epigraphische und arch. Kleinigkeiten*, Basel 1871. 4. (= *Schriften* II p. 259—290, tab. XIV. XV, ubi accesserunt additamenta ex Vischeri collectaneis inserta). — Vide n. 114 et n. 67*, 2-3.
——, *kleine Schriften herausgegeben von Achilles Burckhardt*, vol. II. Leipzig 1878. — Vide ad praecedd.
Gustavus WILMANNS, Exempla inscriptionum Latinarum. I. II. Berolini 1873. — Vol. II p. 238 sq. n. 2821 *a-e* quinque glandes n. 1. 9. 4*. 64. 58 secundum Mommsenum (Corp. I) et Ritschelium (Mon. epigr.) exhibuit.
Philippi WINGHII codex Bruxellensis 17872 (cf. Corp. VI p. LVII). In eo Mommsenus repperit glandem n. 111, 4 delineatam.
Iacob YATES, *on the use of bronze celts in military operations*, in: *Archaeological journal* VI (1849) p. 363 sqq. — Ea commentatione quicquam contineri quod huc pertineat (id quod ex Gerhardii *Arch. Anzeiger* 1850 p. *219 conici poterat) negavit qui inspexit Huebnerus.
Carolus ZANGEMEISTER, in: *Monatsberichte der Akademie zu Berlin*. 1875 p. 465 sqq. et 1876 p. 63 sqq. — Cf. p. 91 sqq.
——. Cf. CORPVS et GABRIELLI.
Antonii ZANNOTTI, schedae. Vide n. 88* et Corp. Inscr. Lat. IX p. 544.

ELENCHVS TABVLARVM.

tab.	inscr.	tab.	inscr.	tab.	inscr.	tab.	inscr.
4	24 1	11	8 1	3	69 2	14	12*
5	24 2	12	8 2	4	71 2	15	15*
6	24 6	13	30 7	5	79	16	16*
7	24 5	14	30 8	6	74	17	17*
8	17 1	15	30 6	7	77 1	18	18*
9	18	16	30 9	8	81 2	19	19*
10	17 2	17	30 4	9	77 2	XII. 1	27*
11	18 (superne spectata)	18	30 6	10	80	2	9*
12	26 not. c	VII. 1	34	11	72 1	3	97 *b*
13	12 4	2	32 1	12	69 2	4	64* 57
14	12 1	3	32 2	X. 1	82	5	64* 84
15	12 2	4	33 1	2	86 9	6	64* 90
16	9 6	5	21 not.	3	86 4	7	64* 99
IV. 1	9 13	6	38 5	4	86 1	8	64* 127
2	9 15	7	38 17	5	86 7	9	64* 162
3	9 16	8	38 2	6	86 8	10	64* 212
4	9 12	9	38 3	7	87 7	11	64* 226
5	9 4	10	39	8	95	12	64* 290
6	9 14	11	41 2	9	87 4	13	64* 223
7	9 3	12	113 2	10	88	14	64* 240
8	9 1	13	40 1	11	88	15	64* 437
9	9 19	14	43	12	89	16	64* 254
V. 1	9 18	15	42	13	84 1	17	64* 237
2	9 10	16	45 1	14	73 2	18	64* 444y
3	11	17	45 3	15	75	19	64* 445l
4	10	18	114	16	101	20	64* 545
5	27 1	19	113 2	17	96	21	64* 327
6	27 2	VIII. 1	61	18	100	22	64* 339
7	27 3	2	62	19	62*	XIII. 1	64* 296
8	28	3	66 2	20	20	2	64* 369
9	29 1	4	66 1	21	4 7	3	61* 386
10	6 35	5	63 1	22	66* 3	4	64* 623
11	6 40	6	63 2	23	86 10	5	64* 427
12	6 49	7	67	24	94	6	64* 627
13	6 48	8	63 3	XI. 1	1*	7	64* 497
14	6 18	9	68 4	2	2*	8	64* 599
15	6 59	10	68 4	3	3*	9	64* 580
VI. 1	6 46	11	68 5	4	4*	10	64* 349
2	6 19	12	68 3	5	5*	11	64* 461
3	6 43	13	68 2	6}	6*	12	64* 583
4	6 55	14	59	7}		13	64* 428
5	6 36	15	51 6	8	11*	14	64* 416
6	6 54	16	51 8	9	8*	15	64* 384
7	6 15	IX. 1	64	10	10*	16	64* 382
8	6 58	1*a*	64	11	14*	17}	64* 197
9	7 6	1*b*	64	12	7*	18}	
10	7 3	2	56	13	13*		

INDEX IN INSCRIPTIONES GLANDIVM.

1) n. 56 scribe: Γ.

GLANDES PLVMBEAE.

I.

GLANDES SICVLAE.

1 [= Corp. X n. 8063] apud Hennam, quae nunc Castrogiovanni est, glandes hae saepe repertae sunt, *massimamente dopo il diluvio del 1808.* Loci, in quibus praecipue reperiuntur, sunt hi: *là dove è più declive il Monte nelle falde, ed è men difficile la salita alla roccia colà si trovano le ghiande iscritte, e non iscritte. Dalla parte di Tramontana si rinvengono nelle falde del Monte, che si distendono sotto la Rocca, e nella Collina, che giace tra Enna, e Calascibetta: dalla parte di Mezzo giorno sotto la Roccia di Montesalvo: da Levante, nel pendìo, che vi è tra la Roccia di Cerere, ed il Castello, laddove sdrucciolano le ruine de' destrutti Tempii di Cerere, e Proserpina; sebbene se n' è trovat' alcuna dispersa a qualche distanza maggiore ne' campi.* ALESSI Lettera. — *là dove (Enna) mira il mezzo giorno e nelle sue falde ghiande di piombo* (cum hac inscriptione) *si rinvennero* ALESSI Bull. — *Noch heute findet man auf dem 'gozzo di Pisone' unter der Nordseite des Stadtplateaus eine Menge von Schleuderbolzen, viele mit dem Namen des Consuls Piso. Hier scheint denn bei einem Gesammtsturm (denn der Hauptaufgang liegt südlich) das Gefecht besonders heftig gewesen zu sein* NITZSCH p. 293 sq.

1—3 rep. ubi supra [apud Alessium]; haec tria exemplaria *conservano nitidamente la cennata iscrizione, ma con qualche varietà ne' caratteri* ALESSI *lettera* p. 34.

4 Castrogiovanni [Panormi apud Romanum].

5—10 Castrogiovanni [Panormi in museo publico. Earum quattuor donavit Antonius Salinas (qui habuit a patre), quinta (n. 570) olim fuit musei Salnitriani, sexta (n. 597) apud Valenzam]. Pendent inter 45,20 et 35,70 gr. SALINAS.

11—18 [Cefalù apud baronissam Mandralisca].

19 [Firmi apud Minicium, nunc Perusiae apud comitem Rossi Scotti, ubi vidi.] Acuminata est utrobique duarumque marginum, longa 0,037, crassa 0,018 et 0,014; robiginem habet flavam, litteras tenues.

1 20 rep. in Italia DODWELL. [Romae apud Dodwellum, nunc in museo Monacensi n. 687].

21 ex Sicilia [venit Cagliari in museum].

22 ubi viderit glandem (quam longam fuisse circiter $1^1/_2''$ testatur), non indicat NITZSCH.

23 [Neapoli apud Bourguignon, qui a. 1882 Duhnio intercedente Heidelbergam benigne misit.] Longa 0,033, crassa 0,015—0,014; ad utrumque acumen cultro praecisa est.

24 [in Italia anno 1847 empta ab Iulio Friedlaender, nunc in museo Berolinensi n. 1132 = 2939.] Robiginem habet flavam, litteras tenues.

25. 26 Castrogiovanni cum quattuor non inscriptis rep. in territorio ab oppido in ortum aestivum versus sito, quod A. Savarese possidet [is Ernesto Calberla Dresdensi donavit, hic mihi]. — 25 longa est 0,032 (ab sinistra deest particula), crassa 0,016 et [0,014 pendens 34 gr.; aculeusdexterior cultro acutior factus est; 26 longa 0,036, crassa 0,016 et 0,017; antiquitus cultro hic illic accisa.

27 rep. in provincia Agrigentina [Neapoli apud Ianuarium Riocio].

28. 29 ibidem rep. [una Castrogiovanni apud Alessium, altera (ibidem?, apud Petrosum. *Una è iscritta col solo nome* PISO *con caratteri più piccoli degli altri. Consimile alla quale un' altra ne possiede il Sig. Petroso*] ALESSI.

L · PISO · L · F) (COS a. u. c. 621

Mommsen Corp. I n. 642 (unde Garrucci Syll. n. 900) et X n. 8063 2.

1—3 Alessi *lettera* 1815 tab. I n. II et p. 33 et *Bull. dell' Inst.* 1833 p. 176 (Mommsen Corp. X n. 8063 2 *a*) sic: PISO L F) (COS· in tab. litteris vulgaribus, neclegentiusque L·PISO·L·F·COS· *Bull.*

4 Romano *antichità trovate in Sicilia* 1854 tab. 4 n. 12 p. 16. Deficit prima littera (Mommsen l. l. *d*, unde ego).

5—10 Tab. I 1—3 dedi adversam unius, aversam duarum descripsique ex ectypo ab Antonio Salinas misso: L·PISO L ///) (COS. — Edidit (ut supra nisi quod F·) A. Salinas *Annali dell' Inst.* 1878 p. 33 n. 12, unam (n. 570 teste Mommseno) repraesentavit tab. F n. 15, eandem ed. Romano l. l. (n. 5—10: Mommsen X n. 8063 2 *e*, *k*, *l*).

11—18 Descripsit Mommsen ediditque Corp. X n. 8063 2 *f*.

19 Descripsi: L PISO·L·F) (COS (secundae L angulus paene rectus est). — Ed. De Minicis tab. II n. 82 (inde Ritschl VIII 1, Mommsen Corp. X n. 8063 2 *h*) et p. 241, 9 et p. 243 male L PISO L F) (COS.

20 Tab. I 4. Descripsi: L·PISO L·F) (COS. — *Notice sur le musée Dodwell* 1837 p. 27 n. 97: L·Y·L·E) (COS lacuna quoque male dissimulata (inde peius de Minicis tab. II n. 83: L † L Γ) (COS, idem p. 241, 10 et p. 242: L.†.L.F.) (COS; a Minicio Garruccius Syll. n. 901 repetiit sic: L·P·L·F·) (COS). Hefner *röm. Baiern* ed. 3 1852 p. 272 n. 399, qui vidit sed catalogi illius Dodwelliani lectionem male secutus est: LYVF COS.

1 21 Vidit Nissen. — Ed. Spano *Bull. Sardo* 1857 p. 13 (cf. 1860 p. 76), Catal. I p. 43, Mnemos. Sarda (Cagliari 1864) tab. 16, 2. Inde Mommsen Corp. X n. 8063 2 *m*.

22 Nitzsch *Gracchen* (Berolini 1847) p. 294, qui legit ΠISO COS.

23 Descripsimus Mommsenus et ego. Restant haec: //ISC// X COS; prioris O lunulae posterioris pars inferior sola superstes est sed sive mala fusione sive laesione hastae similis facta (G); Mommseno //ISOL// esse visum erat.

24 Tab. I 6. Descripsi: PISOI/// (in aversa parte nil legitur). — Friederichs *antike Bildwerke* II p. 241 n. 1132.

25 Tab. I 7. 8. Descripsi: //ISOL I X COS.

26 Tab. I 5. Descripsi: //IS; aversa pars laesa est.

27 Riccius apud Minicium tab. II n. 81 (litteris vulgaribus) et p. 241, 8 idemque *Notizie degli scavamenti del suolo dell' antica Capua* in tabula n. 50 inter figulorum Campanorum nominum in suo museo adservata. PISON Riccius apud Minicium, L·PISO idem in tabula (Mommsen l. l. *g*).

28. 29 Alessi *lettera* 1815 tab. I n. I (litteris vulgaribus) et p. 34 (inde De Minicis t. II n. 80 cf. p. 241, 7; Mommsen Corp. I n. 643 [ex quo Garrucci Syll. n. 902] et Corp. X n. 8063 2 *b*): PISO litteris minoribus quam in reliquis glandibus.

Glandium 23. 24. 26 mutilas vel certe imperfectas esse inscriptiones constat et quin fuerint etiam n. 22 et 27 dubitari vix potest. Ex n. 28 et 29 Mommsenus Corp. I n. 643 et X n. 8063 2 *b* admisit alteram inscriptionem hanc:

PISO

Sed videndum est, ne haec quoque mutila sit Alessiumque (id quod fieri facillime potest) fugerit defectus. Quare potius exspectandum esse opinor, donec exemplar aliquod a fusionis imperfectae et laesionis suspicione liberum ab idoneo teste examinatum fuerit. — In n. 22 non dubium est quin ΓISO fuerit, Π autem typographi inopiae debeatur. Litterae Γ enim forma in his glandibus proxime ab hac Γ abest.

'L. Piso l. f., idem ille L. Calpurnius L. f. quem in lege repetundarum [Corp. I n. 198] v. 74 = 81 offendimus, consul a. u. c. 621 adversus fugitivos in Sicilia bellum gessit Mamertiumque oppidum expugnavit (Orosius 5, 9; Val. Max. 4, 3, 10). Hennam, quod firmissimum fugitivorum refugium appellat Orosius, cepit demum, qui Pisoni successit cos. u. c. 622 P. Rupilius (Cic. Verr. 4, 50, 112; Oros. l. c.; Diodor. p. 529; Flor. 2, 7); idem ante iam Pisonem temptavisse auctores non tradiderunt, sed testantur glandes. Funditoribus Pisonem in hoc bello usum esse praeterea confirmat Valerius Maximus (2, 7, 9; cf. Frontin. strat. 4, 1, 26) Pisonem referens turmas equitum quasdam ignominiae causa ademptis equis in funditorum alas transcripsisse'. Mommsenus Corp. I p. 189 ad n. 642 sq.

2 [= Corp. X n. 8063] 1—6 glandes sex [Cefalù apud baronissam Mandralisca].




MG
IM

Descripsi anticam duarum et posticam unius ad ectypa ab Salina missa et supra quae agnosci potuerunt, delineata exhibui (in antica alterius exemplaris G manca est). Mommsenus, qui vidit, edidit Corp. X n. 8063 3.

Mag(nus) imp(erator). — 'Fusae sunt glandes hae sine dubio belli causa quod gessit in Sicilia Sex. Pompeius Magnus imperator.' Mommsenus l. c., conferens similem fratris fusam per bellum Hispanicum, quam exhibemus infra n. 49.


Sequentes Sicularum glandium inscriptiones, mutilae vel minus recte descriptae, num Latinae sint, discerni nequit:

a reperta *con altre molibdi e numerosissime cuspidi di freccie di rame tra Neapoli e Ticca* [in museo Syracusano] DI TORGIA.



Ex delineatione Salvatoris Politi communicata cum Mommseno ab Di Torgia 24 Oct. 1877.

b ex eodem loco allata 1 Nov. 1877 [in museo Syracusano] DI TORGIA.



Ex delineatione. Politi communicata cum Mommseno ab Di Torgia 3 Nov. 1877.

c *un' altra (ghianda) gliene (al sig. Petroso) fù arrecata, che ha rilevato vicino una punta il numero Romano II* ALESSI.

II

Alessi *lettera* 1815 p. 33 (inde Mommsen Corp. I ad n. 643 et Corp. X n. 8063 2 *c*, ubi in parte superiore quae adnotavit, ad glandis n. 8063 2 *b* alterum exemplar pertinent pro iisque substituenda sunt ea, quae ego supra posui).

Alessii verba ita interpretatus est Mommsenus, ut in altera glandis parte cuspidem, in altera II exstitisse statueret, addens Corp. X l. c.: 'si fuerunt litterae, videtur significari *L. P(iso)*'. Fieri tamen potest, ut Alessius hoc potius significaverit, prope (*vicino una* pro *vicino ad una*) unum ex duobus glandis ipsius aculeis fuisse lineas duas II.

Siciliae non recte tributa est a primo eius editore n. 51.

II.

GLANDES ASCVLANAE

ET RELIQVAE PICENAE.

Glandes Asculanas primus edidit anno 1603 Ianus Gruterus, Lipsianis, ut opinor, apographis usus; melius Lipsius ipse publicavit anno 1605 Poliorceticon tertia editione libro IV c. 3, ubi 'aliquot, inquit, nuper repertae sunt prope Asculum in flumine Triunto' [corr. Truento]. Paullo post Georgius Gualtherus in 'Siciliae antiquae Tabula' iterum edita Messanae 1624 vel 1625 comm. p. 26 (editio prima, cuius nota exemplaria titulo carent, ad haec non inspecta est), teste Sebastiano Andreantonelli Asculano in amne Castellani erutas esse tradidit, ipse nonnullas vidit Romae apud Lancellottum de Lancellottis patricium Asculanum. Idem Andreantonellius (1594—1643) Historiae Asculanae ed. 1673 p. 43 'Glandium, inquit, quae e fundis vibrantur, quotidie infinitus pene numerus Asculi reperitur', inscriptionem tamen memoravit nullam. Minicius, qui plus minus tredecim edidit glandes Asculanas genuinas (*sulle antiche ghiande missili,* 1839—1846), eas quarum originem indicavit *lungo* (aut *presso*) *le ripe del Tronto* repertas esse dixit (p. 203. 208. 213. 216); sed ea verba, fere repetita ex Lipsio (cf. ad n. 16, 1) vix aliter accipienda erunt nisi prope Asculum inventas esse; nam, ut infra videbimus, in Truento vel eius ripa rarissimae omnino glandes reperiuntur, de inscripta autem constat plane nulla.

Annis 1874 et 1875 cum ingens glandium inscriptarum Asculo provenisset numerus (nam Minicio vix amplius XXX innotuerant, quarum tamen, ut s. l. docebo, fere dimidia pars falsa est), ipse Mommseno auctore ab Instituto archaeologico a. 1877 Asculum missus una cum Iulio Gabrielli Asculano, museo praefecto et harum rerum in primis gnaro, quid rei esset inquisivi. Inveniuntur igitur glandes maxime in Castellani, qui Asculum meridiem versus ripis praeruptis et usque ad XL metra altis praeterfluit et in oppidi angulo orientali Truento miscetur, alveo imo, qui ex tofo vivo constat. Glandes ex declivibus agris vicinis imbrium vi deportatae in flumen in eiusque fundum paullatim devolutae in tofi sinubus plicisque siderunt. Ibi nos a. 1877 trium dierum (10. 11. 12 Sept.) investigatione eruimus glandes CCXXXVIII, quarum solae duae (n. 10 et 18) inscriptiones, quattuor fere incerta litterarum vestigia

exhibebant (*Bull. dell' Inst.* 1877 p. 174 sqq.); deinde anno 1879 a 10 ad 20 Septembrem Gabriellius repperit CCCCXXIII inscriptione carentes et duas (n. 6, 17 et 36) inscriptas (*Bull.* 1879 p. 190 sq.). Maximam earum partem repperimus inter pontem Romanum (q. nunc v. *ponte di Cecco*) et pontem novicium q. d. Maiorem (vide Carducci, *su le memorie e i monumenti di Ascoli nel Piceno.* Fermo 1855, in tabula), quo eodem loco paullo antea (annis 1876 et 1877) iam circiter quinque milia glandium eruta fuisse comperimus.

Contra ex Truenti alveo glandes provenisse non innotuit. Id quod inde explicandum est, quod eius fundus item tofaceus longe altiore sabulo glareaque obtectus est, investiganti non sine summo labore penetrandis, et quod Truentus aquosior est Castellani fluvio aestivis mensibus interdum paene sicco.

In terrae solo, ubi locis certis investigari nequeunt sed mero casu deteguntur, longe rarius quam in aqua reperiuntur, velut, id quod a Gabriellio comperi, in descensu culminis, cui castellum papae Pii IV impositum est, ad viam Salariam versus; ipse inter hanc viam et Truentum, circiter mille passus ante portam Geminam, a colono quodam glandem inscriptione carentem ibi in agro repertam emi.

Intra muros Asculi ante hos fere triginta annos pone episcopi aedes ad portam Tornasacco, ubi coriarii officina extruebatur, immensus glandium acervus inventus est; eae ab mercium chemicarum venditore Giacomini emptae et in globos missiles conflatae sunt. — Ad copiam autem glandium tam intra muros quam extra repertarum pretiumque earum vile pertinet, quod Georgius Paci, artis statuariae professor Institutique nostri archaeologici socius, mihi rettulit, patrem suum Ludovicum ad figlinas operis Maioricensis suas solitum esse glandes pondere coemere, quibus vitrum metallicum conficeret. — Quin etiam funditorum officina eorumque, si dis placet, instrumenta detecta esse dicuntur; de qua re haec afferre possum: Delfico in epistula a. 1825 scripta p. 9: *si è potuto riconoscere ancora nelle vicinanze della città di Ascoli qualche fornello destinato alla fusione del piombo e formazione di tali missili.* Eodem videntur spectare sequentia: De Minicis p. 214 not. 1: *Di fatto alcuni anni sono nel demolire le vecchie mura di Porta Romana* [est porta gemina antiqua] *in Ascoli si rinvenne un' intero fornello contenente grandissima quantità di ghiande plumbee di forma però irregolare, e di maggior peso delle ordinarie ma la più parte anepigrafi. Forse era quello il luogo di una fonderia di esse; e le rinvenute mostrano nella loro rozzezza che non fossero ancora pronte per esser consegnate ai frombolieri.* Quae ultima imperite dicta sunt, quasi vero plumbum frustis informibus fusum esset, deinde in glandium formam velut artis opus effingendum. — Carducci *memorie* 1853 p. 181: *Una fonderia di ghiande missili fu non lungi di quà* [prope portam Romanam] *rinvenuta con tutti gli apparecchi necessarj, ed una grande quantità di tali projettili già fusa. Una statua mutilata consolare, un' ara, frammento di bassorilievo* et q. s. Garruccius *Civiltà catt.* X 4 (1877) p. 711 et Sylloge p. 264 fornacem quandam ad glandes flandas paratam sibi ostensam esse memorat. Locum mihi anno 1877 Gabriellius significavit (est ad portam Romanam oppidum intranti ad dextram), sed rudera fornacis nulla restabant. Praeterea mihi de ea re scisci-

tanti haec relata sunt a Castellio professore Ripatransonensi et Gabriellio Asculano. Ille Bassottium Ripatransonensem architectum, ante hos aliquot annos mortuum, dicentem audivit se operi illi ad portam Romanam faciendo interfuisse et glandium ibi copiam invenisse modio metiendam. Gabriellio teste Vincentius Loreti inventarum ante hos fere LX annos glandium memoriam tenet atque Antonius Orsini, historiae naturalis professor et senator Asculanus, amicus Delfici, narravit glandes musei Asculani quinque numero 90 insignitas (v. n. 6, 20. 9, 1. 29, 1. 33, 1. 34) tum ad portam Romanam in demoliendo muro repertas esse; eaedem, ut hoc addam, diu ante quam museum publico usui aperiretur (anno 1866) et quam officina Vincenziniana inscriptiones excudere coepisset, iam in curia municipali ab Orsinio una cum ipsius museo historiae naturalis sed scrinio separato asservabantur, ad easque nulli praeter ipsum patebat aditus; ac certe vel ob hoc maior eis fides habenda est. — Sed accuratior de iis, quae ibi inventa sint, notitia omnino desideratur, in primis autem instrumenta illa glandium fundendarum qualia fuerint et quo pervenerint, frustra inquisivi. Vidi quidem Romae et Florentiae duo quae eius usus fuisse dicuntur, at ea novicia esse manifestum est, ut falsarios ea narratione abusos esse pateat; nisi forte tota illa de inventis Asculi id genus instrumentis narratio mera est fabula, a falsariis in vulgus sparsa. Unum exstat in museo Kircheriano, forceps ahenea patellis duabus quales ligularum nostrarum sunt praefixa; sed robigo male facta est, magisque etiam ineptam fraudem arguit, quod patellae foramine carent, quo plumbum infundi possit. Alterum exemplum, quod vidi apud marchionem Carolum Strozzi Florentinum, est formae similis aheneae dimidia pars, robigine quidem antiquitatem bene simulans sed non minus inepte foraminibus instructa tribus, quorum duo in patellae acuminibus, tertium in media marginis parte exstat.

Extra territorium Asculanum paucae glandes repertae sunt: 1) prope Firmum (6. 19, 1) prope Vibratae vallem Truentinae proximam in oppido Corropoli, ad sin. Vibratae sito et circ. XVII m. p. Asculo distanti (v. n. 3. 5. 6, 3. 8, 1. 9. 14), et prope oppidum Tortoreto e regione huius situm (4, 4. 6, 4). De aliis non traditur nisi origo Picentina (4, 2. 6, 1. 9, 23. [20 suspecta]. 38, 1. 40, 2) aut Aprutina (6, 2). Earum exceptis 3. 14. 19. [20] omnium alia exempla Asculi reperta esse constat. — Denique haud paucae exstant in museis maxime publicis, quarum origo non adnotata est; sed eae aliorum exemplorum ope Asculo tribui potuerunt. — Una 6, 40 Labicis reperta esse fertur; quod si verum est, illuc mero casu sive antiqua sive recentiore aetate delatam esse puto.

Litterarum forma satis prisca est, sed non tam elegans quam in Graecis et Pisonianis, immo rudior et modulo maiore; ʟ in 3*a*. 3*b*. 17. 24, 4 reperitur, ʀ ubique apertam habet lunulam, ᴍ ex more antiquo duabus ʌ coniunctis similis est. De ceteris nihil notandum nisi quod praeter ᴀ habetur in n. 16, 4 ᴀ, in n. 16, 2 ac fortasse 3 ᴀ exstat talis ᴀ̄ et praeter ᴇ in n. 8 haec ɪɪ forma.

Difficillimum atque molestissimum munus, quo perfungi debui, erat hoc, ut caverem a falsariorum fraudibus, quibus haec rei epigraphicae pars supra

fere quam credi potest infestata et ita intricata est, ut iis omnes deciperemur et omnino eo iam res deducta esset, ut paene melius esset ab his inscriptionibus adhibendis plane abstinere. Examinatis autem longe maxima glandium parte in museis qua publicis qua privatis servatarum effecisse mihi videor, ut nunc primum series earum sicut ab erroribus editorum priorum ita a falsariorum fraudibus purgata prodiret. Spuriarum ingentem numerum in fine subieci collectum digestumque opera aeque taediosa ac necessaria.

Glandium Asculanarum haec editio mea nuper in Corpore Inscr. Lat. vol. IX n. 6086 I—XLVIII seorsum excusa est. Ibi glandes iisdem numeris signavi nisi quod I. II. III iam mutati sunt in 3. 3*a*. 3*b*. Praeterea in Corpore omissae sunt tabulae phototypae, cum illic quidem satis esse visum esset inscriptiones quasdam delineatis imaginibus repraesentare. Rursus hoc loco imagines delineatas glandium 4, 12. 6, 46. 49. 55. 9, 6. 15. 16. 18. 24, 11. 25, 1. 33, 1. 38, 5. 39. 40, 1. 41, 1 omisi, quia ad earum ductus cognoscendos exempla phototypa sufficiunt; reliquas nonnullas hic repetii partim propterea, quod exempla heliotypa evanidas illas inscriptiones, ut consentaneum est, minus clare exhibent et curandum fuit, ut lectionis a me propositae huiusmodi interpretatio recognoscenti praeberetur; accedunt pauculae aliae, quarum cum lectio reperta nondum sit ac fortasse reperiri omnino nequeat, vestigia, quae mihi exstare videntur, typographus repraesentare non possit.

L. Marcio Philippo Sex. Iulio Caesare consulibus (a. u. 663) populi Italici a Romanis defecerunt[1]) initio moto a Picentibus, qui sub finem eius anni Asculi Servilium procónsulem ex praetura missum Fonteiumque legatum cum omnibus, qui in eo oppido tum aderant, civibus Romanis trucidarunt[2]). Socii Italiam in duas partes diviserunt consulibusque duobus cum duodecim praetoribus creatis alterum illorum C. Papium Mutilum parti meridionali, alterum Q. Poppaedium[3]) Silonem septentrionali praefecerunt[4]). In exercitu sociorum centum milia peditum equitumque fuisse traduntur, totidemque in Romano (App. 1, 39). Geri autem coeptum est bellum anno insequenti (u. c. 664)[5]) cum alibi ab aliis tum in Picentibus a Cn. Pompeio Strabone P. Rutili Lupi consulis legato[6]). Is primo victus est (Oros. § 10) ab C. Vidacilio[7]), T. La-

1) Diodorus 37 ap. Phot., Strabo 5 p. 241, Livius per. 72 = Oros. 5, 18 § 8, Florus 2, 6, Appian. b. civ. 1, 39.

2) Liv. per. et Oros., App. 1, 38. — De Servilio cf. Mommsen *Staatsrecht* ed. 2 II p. 629 not. 2.

3) *Poppaedius* est in Periochae codice Nazariano, eaque forma confirmatur inscriptionibus; *Popaedius* Orosius et Velleius, Πομπαίδιος Diodor. et App.

4) Diodor. exc. Phot. p. 589 Wess.

5) Quare huic anno principium belli adscribunt fasti Capitolini (cf. Ephem. IV p. 254), Vell. 2, 15, Plinius n. h. 2 § 199.

6) Oros. 5, 18 § 10; App. 1, 40.

7) Sic (non *Iudacilius*) Orosii codices; οὐαδ. Appiani 1, 40 codices optimi. In titulo Corp. vol. IX n. 5426 habetur cognomen Quidacilius.

frenio[1]), P. Ventidio[2]) ad Falerionem montem ab iisque compulsus in Firmum coloniam (Latinam) Romanis fidam se recepit (App. 1, 47), ubi a Lafrenio obsessus est. Mox postquam alter exercitus in auxilium advenit, ipse et Sulpicius tam a fronte quam ab tergo adorti Picentes gravi proelio fuderunt castrisque eorum incensis et Lafrenio in acie occiso effecerunt, ut illi sine duce e ordine Asculum, munitissimum[3]) oppidum, confugerent[4]). Propter quam victoriam Romae luctus habitu deposito praetextae et cetera magistratuum insignia sumpta sunt[5]). Diu deinceps Pompeius, interim consul factus a. 665, obsedit Asculum[6]); de cuius obsidionis vicissitudinibus nihil fere traditum habemus nisi quod Frontinus strat. 3, 17, 8 Asculanos eruptionem successu ad tempus felici fecisse memorat. Denique expugnavit consul oppidum duplici proelio altero Marsis (per. 74 med.), altero Picentibus eadem die (Oros. § 21) victis, qua die circa Asculum quinque et septuaginta milia civium Romanorum, amplius sexaginta milia Italorum conflixerunt (Vell. 2, 21). Ac Marsorum quidem illo proelio 'XVIII milia cum Frauco (sic codices) imperatore suo caesa sunt, capta tria milia; quattuor milia autem Italici viri ex ea caede profugi iugum montis conscenderant, ubi oppressi exanimatique nivibus miserabili morte riguerunt' (Oros. § 18 sq.). Post Picentium cladem dux eorum Vidacilius, Asculanus genere, 'convocatis principibus suis post magnificas epulas largaque pocula cunctos ad exemplum sui provocans hausto veneno absumptus est, cunctis factum eius laudantibus sed nemine subsequente' (Oros. § 21, cf. App. 1, 48). 'Pompeius Asculum ingressus praefectos, centuriones cunctosque principes eorum virgis cecidit securique percussit, servos praedamque omnem sub hasta vendidit, reliquos liberos quidem sed nudos et egentes abire praecepit' (Oros. § 26; cf. per. 76). — Anno 665 VI kal. Ian. Pompeius consul DE ASCVLANEIS PICENTIBVS triumphavit (Acta triumph. Corp. I p. 460), in quo triumpho inter ceteros P. Ventidius P. f. puer (haud dubie P. Ventidii praetoris Italici filius) ante currum imperatoris sinu matris vectus est (Gell. 15, 4; Plin. n. h. 7 § 135; Val. Max. 6, 9, 9), postea (a. 716) ipse triumphaturus de Parthis. — Captum igitur oppidum est sub finem anni 665 hieme iam ingruente, obsideri autem videtur coeptum esse iam anno 664.

Ex hac diuturna Asculi obidione superstites sunt glandes, quarum ingens numerus ibi repertus est reperiturque. Paucae praeterea sunt, quae in nominis incerti oppido castellove, ubi nunc *Corropoli* situm est, aut in Firmi obsidione illa adhibitae esse videantur. Characteres inscriptionum belli socialis tempori omnino conveniunt neque in earum argumento quicquam exstat, quod ab eo abhorreat, immo quaedam hanc originem clare profitentur.

Interpretatio non paucarum incerta est, ut tamen quattuor fere genera agnosci possint haec. Inscripti sunt

---

1. 2) Sic omnino scribendum. De Lafrenio vide ad n. 3, de Ventidio inferius.

3) Strabo 5, 4, 2 p. 241 Cas.

4) App. 1, 47; Oros. 5, 18 § 17, Liv. per. 74 princ.

5) Liv. per. et Oros. ll.; cf. Vell. 2, 16, 4, per. 73, Oros. § 15. Orosius *vestem maeroris* ex Livio haud dubie memoravit, sed erravit eo quod cum sagis confudit.

6) Oros. § 18; App. 1, 48 extr.

1) qui bellum gerunt: *Itali* 3—5;

2) qui glandes fieri iusserunt: *T. Lafr(enius) pr(aetor)* et una *Itali* 3, *C. Cad(ius) C...* 14, *M. Ruf(us?)* cum legione XV memoratus 22. Tribunus mil. et primipili in Perusinis glandibus nominantur;

3) legiones et fortasse funditores, a quibus glandes missae sunt: *leg. XI* 21, *l. XV* vel *leg. XV* 22—26; *l. Gal.* 17, quae ad legionem Gallorum videtur referenda esse; legiones IV et IX singulis tantum (19. 20) nec certae omnino fidei glandibus memorantur. Legionis XV plurima (triginta sex) exemplaria exstant: quare, nisi forte ceteris glandes inscribere minus in usu fuit, huius in ea obsidione et ut videtur in defendendo Asculo (v. infra) principales partes videntur fuisse. Ad funditores fortasse referendae sunt hae: *Fir(mani)* 6. 7, *Gal(li)* 16 et quae magis etiam incertae sunt interpretationis *Fer.* 8, *Mar.* 15;

4) acclamationes: *feri Pomp(eium* Strabonem*)* 9;
fer sal(utem) Pom(peio), *fer(?)* 10;
Asc(u)lanis [*d*]*on(um?)* 11;
feri Pic. .. 12;
fugitivi peristis 13;
em tibi malum malo 27;
[*t?*]*aurum vo*[*re?*]*s malo(?)*)(*tamen evomes omnem* 29;
tamen evomes omnem 28;
op terga(?) i. e. adversus terga 30. 31;
ventri(?) 34;


5) insignia:
   a) pugio (vel gladius) 38, adiuncta inscriptione *Itali* 3*a*, *Gal.* 16, *leg. XV* 25, alia quadam figura 41;
   b) palma 42;
   c) incertae significationis 40. 41.

Duarum glandium, quarum altera (44) fulmen, altera (45) delphinum exhibet, fides non est certissima.

Utrius partis, Romanorum an Italorum, fuerint glandes, de his solis manifestum est aut certe conici potest: 1) Romanorum fuerunt 11 *Asclanis ...*, 12 *feri Pic. ...*, ac fortasse 6. 7 *Fir(mani)*, 13 *fugitivi peristis*; Italorum 3 *Itali*)(*T. Laf(renius) pr(aetor)*, 3*a*—5 *Itali*, 9 *feri Pomp(eium)*, 10 *fer. sal. Pom.*, *fer(?)*, denique, si solos Italos eorumque auxilia pugione gladiove pro insigni usos esse constaret (quod insigne in n. 3*a* cum *Itali* coniunctum exhibetur) iis tribuendae essent 38 (pugio gladiusve), 16 (cum *Gal.*), 25 (cum *leg. XV*, itemque fortasse ceterae hanc legionem memorantes), 40 (cum alia quadam figura, ac fort. 39, in qua eadem sola exstat).

Denique praeter Latinas Etrusca quoque, ut videtur, glans Asculi reperta est (vide n. 45), quae fortasse pertinet ad auxilia Italorum.

3 [= Corp. IX n. 6086, I] rep. a. 1877 apud vicum *Corropoli* in *contrada Petinaro*, vicum *Colonella* versus sita [eodemque anno empta a Gabriellio venit in museum Asculanum n. 2192]. — Robigine gilva obtecta est, ut fere sunt glandes non in aqua sed in terra repertae. Pendet 87 gr.



Tab. I 9. Descripsi (ut supra) diligenterque cum Gabriellio examinavi.

Itali. — *T. Laf(renius) pr(aetor).*

A Romanis scriptoribus *Italici* vocantur (Vell. 2, 16 et 21, periocha Liv. 71. 72. 76; Ascon. in Cornel. p. 73 Or.), cum Graeci modo Ἰταλοὺς (Diodor. exc. Vat. p. 113, exc. Phot. p. 540; Appian. I 38 et 40), modo Ἰταλιώτας (Diodor. Vat. p. 120. 121 et Phot. p. 538 540; Strabo 5 p. 241; App. I 37. 49) appellent. Non magis fortasse scriptores in Corfinii Italorum capitis nomine ipsorum usum servaverunt, nam pro *Italia* (Osce *Viteliú*), quod nummi testantur, illi praetulerunt *Italica* (Strabo 5 p. 241 et Vell. 2, 16). Sed, quode Mommsenus monuit, fieri potest ut *Italia* sit dea, appellata a terra, *Italica* nomen urbis.

Itali secundum Diodorum (exc. Phot. p. 539; cf. Strabo 5 p. 241 C) ἐνομοθέτησαν δύο μὲν ὑπάτους κατ' ἐνιαυτὸν αἱρεῖσθαι, δώδεκα δὲ στρατηγούς, i. e. praetores; itaque Herius Asinius *praetor* Marrucinorum in Periocha 73 et Vettius (Scato) *praetor* Marsorum a Seneca ben. 3, 23, 5 diserte vocantur. Ceteri scriptores generali vocabulo duces dicunt, ex. gr. Cicero Phil. 12, 11 § 27 et Velleius 2, 16.

Praetor ille sociorum, qui Cn. Pompeium Strabonem Firmi obsedit, mox autem ab eo et Sulpicio prope hoc oppidum victus est pugnansque cecidit, in Appiani codicibus testante mihi Mendelssohnio capite 40 quidem omnibus Τίτος Ἀφράνιος scribitur, contra c. 47 sine ulla discrepantia Τ. Λαφρήνιος, Candidus autem, qui c. 47 *Afranius* exhibet, non codicem suum esse secutus videtur, sed ad priorem locum suo Marte correxisse. Apud Florum 2, 6 *afrienos* in Bambergensi habetur, *afranius* in Nazariano. Iam hac glandis inscriptione (de cuius sinceritate non video quo iure quisquam peritus dubitare possit) docemur priore Appiani loco, ut mos est librariis ubi primum rarius vocabulum occurrit, corruptum esse, verum autem nomen fuisse *T. Lafrenius* ac veri

vestigium (*e*) servavisse etiam Flori codicem optimum Bambergensem. *L* omissa est cum praenomen esse putaretur. — Falsarius quidem Asculanus forma vulgo recepta usus in compluribus glandibus incudit haec sive plene sive ex parte: *T. Afran.* (de quibus vide ad spurias, ex. gr. n. 81*, 10). — Eundem Afranium (eam enim formam veram putavit) ab Orosio 5, 18 § 18 memorari coniecit Bergkius *Schl.* p. 74, vulgatam lectionem *cum Franco* in *cum Afranio* mutans. Cui opinioni minus quidem obstat, quod *Frauco* potius, ut nuper ego docui, exhibent codices, sed omnino excluditur eo, quod Italorum dux ille iam mortuus erat. Bergkius enim proelium Firmanum (App. I 47; Oros. § 17 = Periocha 74 init.), cui successit obsidio Asculana, confudit cum pugna Asculana (Or. § 18 = Per. 74 med.), post quam Strabo victor oppidum cepit. Nam illa priore Lafrenium cecidisse diserte tradidit Appianus, nec minus certum est Orosium § 18—21, ubi Frauci mortem una cum proeliis uno Marsorum alteroque 'eadem die' commisso Picentium et nobili Vidacilii obitu memorat, significare finem Asculanae, non Firmanae obsidionis. Denique quod minus accurate *Marsos* dixisse Orosium arguit Bergkius, eius rei argumentum attulit nullum; Marsorum autem mentionem non Orosio deberi sed Livio breviato, quem ille compilavit, Periocha (p. 75, 9 Jahn) ex eadem epitoma excerpta (cf. Praef. ad Orosium p. XXV et *Festschrift zur Karlsr. Philologenvers.* 1882 p. 89 sqq.) docet.

3*a* [= Corp. IX n. 6086, II] 1 rep. in Castellano [a. 1874 empta a museo Asculano, ubi exstat n. 1740]; pendet 55 gr.
2 [in museo Asculano n. 1816, empta a. 1874]; pend. 49 gr.

ITALI Χ in 1: pugio (aut gladius)

1 Tab. I 12. Descripsi. Litterae L hasta inferior nonnihil sursum inclinata est.
2 Tab. I 15. Descripsi: ITALI. Finalis I paullum distorta et foramen inter L et I factum est glande inlisa. In parte aversa vestigium extat fortasse eiusdem figurae atque in 1.

3*b* [= Corp. IX n. 6086, III] 1 rep. in Castellano [nunc in museo Asculano n. 1127, empta a. 1871]. Pendet 59 gr.; robiginem habet subalbam.
2 rep. in Castellano [nunc in museo Asculano n. 1600, empta a. 1873]. Pendet 57 gr. Robigine alba obtecta est tota.
3 rep. in Castellano [nunc in museo Asculano n. 1130]. Pend. 55 gr.

ITALI aut ITAL

1 Tab. I 10. Descripsi: ITALI ubi pone L vestigium litterae I incertum exstat.
2 Tab. I 11. Descripsi: ITALI. Haec eadem forma expressa est atque 1, sed sive in fundendo plumbo sive postea glande inlisa factum est, ut L deorsum flecteretur.
3 Descripsi: IT/ U i. e. ITALI aut ITAL. Posterior pars inlidendo laesa est, ut hastae partim perierint partim in tales ≡ lineolas abierint.

4 [= Corp. IX n. 6086, IV] 1 nuper rep. prope Asculum in flumine Truento.
2 in Piceno rep. DELF. p. 9.
3 *trov. nell' Abruzzo* MICALI.
4 rep. prope Tortoreto RICCI. Cf. supra p. 7.
5 [olim Minicii nunc Perusiae apud comitem Rossi Scotti.] — Nil praeter: *trovansi frequentemente sulle rive del Tronto* MINIC.
6. 7 [mus. Kircher. n. 204 et 205.]
8 rep. in Castellano [a. 1873 empta a museo Asculano, n. 1601]. Pendet 59 gr.
9 [Neapoli in museo n. 1 = 154.] Pendet 61 gr.
10 [Neapoli in museo n. 2 = 155.] Pendet 58 gr.
11 [Bononiae in museo.]
12 [olim Pulszkyi, inde ab 20 mai. 1868 in museo Britannico n. 37 = 321.] Pendet 63.9 gr.

ITAL

1 Lipsius poliorc. IV 3 extr. ed. Antverp. 1605 litteris typographorum vulgaribus. Ab Lipsio opinor acceperat Gruter 1158, 5 (ex eorum altero utro Bianchini *storia univ.* p. 546; Gualtherus Sic. ed. II comm. p. 26 = Graev. thes. Sicil. VI 381; Rubbi *dizion.* 1796 s. v. glans).
2 Delfico in tabula aeri incisam exhibet, in commentario inscriptionem non memorat nisi (p. 10) ex glande Lipsiana.
3 Micali *storia* Firenze 1832 III p. 210 tab. CXIII 12 aeri inc.
4 Ricci *agro Palmense* 1844 p. 17.
5 Descripsi. Forma est Asculana, robigine ferruginea obducta. De eius antiquitate dubitari nequit. — Hanc fort. ed. De Minicis t. II n. 15, p. 202 et 211.
6. 7 Tab. I 17 et X 21. Descripsi; in 7 litterae L vestigia non sunt plane certa. Hanc 7 admisi, sed vide ne eiusdem sit fabricae cuius aliae Kircherianae (v. in primis spuriam n. 2*). — Ed. Ritschl t. VIII 20 et 21 cui Marchius delin. curavit; Garrucci Syll. n. 936; Ruggiero *Catal.* n. 204 et 205.
8 Tab. I 14. Descripsi; litterae L angulus non nihil ab recto ad acutum inclinatus est. — Ed. G. Gabrielli *palazzo com. di Ascoli* 1874 p. 18 ligno inc.
9 Tab. I 16. Descripsi. — Inscriptionem ex octo exemplaribus Neapolitanis ed. Fiorelli *Catalogo, armi,* p. 11 (quarum tamen sex, n. 3—8, inter falsas relegavi, v. n. 68* 1-6); Garrucci Syll. n. 936 quam vel quas earum significet non indicat.
10 Tab. I 13. Descripsi. — Fiorelli l. l.
11 Descripsi.
12 Tab. II 1. Descripsi.

Intellegendi videntur esse ut in praecedentibus *Ital(i)*. Accipiendam esse aut de dea Italia nummorum aut hoc significare misisse hanc funditores Italicos Mommsenus coniecit Corp. I n. 645.

Minicius t. II 18 (litteris vulgaribus), p. 202 et 212 sq. exhibet glandem acceptam a Boschinio Ferrariensi (inde memoratam ab Mommseno Corp. I ad n. 656) L·ITAL. Ea aut male lecta est pro ITAL aut, si L re vera in plumbo fuit, falsa ut eius n. 20 et 21 (vide falsas 5* et 4*).

---

5 [= Corp. IX n. 6086, v] rep. a. 1877 *Corropoli* in *contrada Petinaro* in terra [eodemque anno venit in museum Asculanum n. 2193]. Pendet 49 gr. Parte aversa plana est, ut amygdalae dimidiatae formam habeat.

ITΛ

Tab. II 2. Descripsi. — Gabriellius a. 1877 Mommseno apographum misit.

Intra Λ periisse potest lineola transversa. Spatium admittit ᴀ, sed L adnexae nullum vestigium exstat.

---

6 [= Corp. IX n. 6086, vi] magnum numerum repertum esse prope Firmum et ripas Truenti testatur MINIC. p. 204. Hoc quod de Firmo affirmat, quatenus certis testimoniis nitatur discerni nequit. Certe neque ipse, licet homo Firmanus, neque alius quisquam de una aliqua glande idem testatur. Et ipse mox haec profert: *Nella nostra collezione si conservano alcuni di questi piombi, i quali poco fra lor differiscono nella forma delle lettere: si vede però che sono di diversa stampa* [at genuinae non sunt cusae] *e fusione. Presso che tutte si disotterrarono nel Piceno e negli Abruzzi* MINIC. p. 206 not. 1, ubi de Firmo tacet.

1 in Piceno rep. DELF. p. 9.

2 *nell' Abruzzo* MICALI.

3 rep. *Corropoli, contrada Petinaro* in terra a. 1877 [eodemque anno venit in museum Ascul. n. 2195]. Pendet 51 gr.

4 prope Tortoreto RICCI. — 'Ad ripam Vibratae fere passuum millibus [sic omisso milium numero] ab Asculo repperit Baro de Guidobaldis' GARR.

5—14 rep. in Castellano [mus. Asc. n. 1054: 46 gr.; n. 1125: 57 gr.; 1126: 43 gr.; 1401: 45 gr.; 1405: 41 gr.; 1415: 46 gr.; 1470: 53 gr.; 1471: 45 gr.; 1602: 46 gr.; 2242: 49 gr.]

15. 16 rep. in Castellano [mus. Asc. n. 1063: 46 gr.; 1403: 51 gr.]

17 rep. in alveo Castellani prope Pontem Maiorem 15 Sept. 1879 [mus. Ascul.]. Pendet 45 gr. GABRIELLI.

18—25 ex quibus 20 (n. 90, 4) ante 60 fere annos Asculi ad portam Romanam reperta esse fertur teste GABR. a. 1877 (cf. supra p. 7); ea robiginem ferrugineam habet [mus. Ascul. n. 1544: 57 gr.; 1445: 49 gr.; 90, 4: 57 gr.; 1610: 50 gr.; 1447: 51 gr.; 1448: 50 gr.; 2241: 48 gr.; 1469: 46 gr.]. 21 (n. 1610) in parte dextra non est acuminata.

26—28 [a. 1878 adquisivit museum Ascul.]

29—31 [mus. Asc. n. 1446: 52 gr.; 1449: 48 gr.; 1603: 48 gr. priores a. 1872 ab Lazzarinio acquisitae, tertia a. 1873 empta.]

32. 33 [Asculi apud Venturinium aurificem vidi a. 1877.]

34 [Atri apud Sorrichium.]

6 35—37 [Perusiae apud comitem Rossi Scotti, fortasse ex museo Miniciano.] Glandem 37 in terra repertam esse robigo gilva docet.

38 [Perusiae in museo.]

39 [Bononiae in museo.] Pendet 50,5 gr.

40—43 [in mus. Kircheriano.] — Glans, quam *presso il secondo Labico (detto Quintanese)* i. e. ubi est *Torre delle Marmore* prope *Roccapriora*, repertam esse FICORONI testatur, fort. est haec 40 (cf. imago Ficoronii); unam ex Kircherianis (tum n. XCI) in agro Labicano repertam dicit Brunati, de alia glandula loqui Ficoronium addens. Is quam ex Kircherianis significet, discerni nequit, cum numeri mutati sint catalogusque exstet nullus nisi recentissimus. Eandem autem Ficoronium memorare fortasse propterea negavit, quod is glandem in Kircheriano exstare non dixerat. Ceterum et ille et Brunatius quod in agro Labicano repertam esse aiunt, ex eodem opinor fonte hauserunt, scil. ex opinione quadam intra Kircheriani parietes nata; quae si tamen vera est, glandem fortuito illuc sive antiqua sive recentiore aetate translatam fuisse putaverim. — '*Dalla riva del Tronto*' RVGGIERO ex Minicio scilicet p. 204 (v. supra), qui tamen de glandibus FIR inscriptis universis, non de Kircherianis solis loquitur.

44 [Romae apud L. Depolettium; post eius mortem quo glans pervenerit, nescitur.]

45 [Neapoli in museo n. 58 = 163, teste *Inventario* sub n. 11437 adquisita est inter a. 1852 et m. Augustum anni 1854, sed origo nescitur. Garruccius Syll. p. 266 hanc (n. 11437) 'Pompeiis vel Herculani' repertam esse affirmat, haud dubie confundens cum glande nunc n. 115 signata quam ex *Inventario* constat 17 Febr. 1873 repertam esse Herculanei in *terre in direzione della Via della Marina*. Ea autem inscriptione caret.] Pendet 54,5 gr.

46—54 [Neapoli in museo n. 61 = 166: 57 gr.; 60 = 165: 49,5 gr.; 62 = 167: 47 gr.; 63 = 168: 52,5 gr.; 65 = 170: 55,5 gr.; 66 = 171: 49 gr.; 67 = 172: 57,5 gr.; 68 = 173: 48 gr.; 69 = 174: 51 gr.]

55 *probably found near Ascoli* [55—57] COUNT D'ALB. recte, sed haud dubie sua coniectura usus [olim apud Payne Knight, nunc in museo Britannico n. 26]. Pendet 46,2 gr.

56. 57 [in museo Britannico originis incertae; cf. ad 55.] 56 pendet 46,45 gr.; 57: 51,7 gr.

58 [in museo Berolinensi (*1845 angekauft* FRIED.) n. 1131 = 2813.] Pendet 50 gr.

59 [in museo Monacensi n. 696.]

60 [Neapoli possidet Bourguignon]. Duarum marginum est, sed formae partes non bene aptatae fuerunt. Pendet 54 gr.

61. 62 [olim Velitris in museo Borgiano.]

6 63 complura exempla [in museo Parisino (ex museo Campanae), in *Cabinet de médailles* Parisino F 1339, apud marchionem Car. Strozzium Florentinum, apud Garruccium].

FIR

1 Delfico in tabula, cf. p. 8 et 9.
2 Micali *storia* 1832 III p. 210 t. CXIII 11.
3 Descripsi.
4 Ricci *agro Palmense* p. 17. Cf. Garrucci Syll. n. 945.
5—14 Descripsi. 5: FIR (inlidendo laesa); 7 litteris evanidis; 9: FIR; 10 suspecta est (scilicet cusionis); 12 litteris evanidis; 14: FIR.
15: Tab. VI 7. 15. 16 Descripsi; 15: FIR. Lectio non satis certa est; litterae enim inlidendo distortae sunt, ita ut media paene in talem I formam abierit. — 16: FTR. Male habita est, sed cum eadem plane atque n. 22 (= mus. Asc. n. 1447) mensura sint litterae eademque igitur forma fusae esse videantur, non dubito quin FIR Gabriellius recte legerit.
17 Gabrielli *Bull. dell' Inst.* 1879 p. 191.
18—25. 18: Tab. V 14; 19: Tab. VI 2. 18—25 Descripsi. 24: FTR. — 25 haec FIIR supersunt; utrum FIR fuerit an FIIR discerni nequit.
26—28 Gabriellius epistula m. Sept. 1878.
29—31 Descripsi et suspectas i. e. fortasse cusas iudicavi, maxime n. 31, quae robigine caret.
32. 33 Descripsi. 32: FIR sincera esse potest; 33: FIR sincera mihi visa est.
34 Dresselius descripsit.
35—37. 35: Tab. V 10; 36: Tab. VI 5. 35—37 Descripsi; 37: FIR (litteris detritis). — De Minicis *ghiande* tab. II 5, p. 202 et 204, quod exemplar ediderit, non liquet (ex hoc repetiit Fabretti, Corp. Inscr. Ital. n. 2681 *bis b* et cum imagine in Glossario ad v. Firmum p. 483); Minicius sui musei glandem ed. libello *Le iscrizioni fermane* 1857 p. 236 n. 869; idem denique quam libello *Le monete gravi* 1868 p. 1 et imag. n. 1 exhibet, ubi fuerit non indicavit.
38 Descripsi. — Ed. Rossi Scotti *Periodico di num.* III (1871) p. 119.
39 Descripsi.
40—43. 40: Tab. V 11; 43: Tab. VI 3. 40—43 Descripsi; in 43 (209) F infligendo laesa est. — Singulas ediderunt Ficoroni *Labico* 1745 p. 86 addita imagine ad p. 83 (fort. est 40); Brunati mus. Kirch. inscr. 1837 p. 45 n. XCI; Ritschl tab. VIII 9 ex Marchii delin. (haud dubie est 40); memorat Garrucci Syll. n. 945; omnes exhibet Ruggiero *catal.* n. 206—209, non recte his admixta n. 210, cui non FIR sed ut vid. *l. ita* inscriptum est et incusum quidem nuper a falsario (vide n. 69*, 1).
44 Mommsen *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 40.
45 Descripsi. FIR desecta est pone R. — Fiorelli *Catalogo* p. 11.
46—54. 46: Tab. VI 1; 48: Tab. V 13; 49: Tab. V 12; 54: Tab. VI 6. 46—54 Descripsi. — 47 et 52: hastae inlidendo largiores factae sunt. — 48: litterae inlidendo aliquantum distortae sunt. In 49 parte postica YI

incisum est, id quod ex ectypo enotavi. — 53: FIR. — Fiorelli *Catalogo* p. 11.

6 55: Tab. VI 4. Descripsi. — Tres glandes [55—57] memorat Count d'Albanie, *proceedings of the soc. of ant. of London* 1861—64, ser. II vol. II p. 267.

56. 57 Descripsi. — Count d'Albanie l. l.

58: Tab. VI 8. Descripsi. Fortasse *lacca* q. v. recens obducta est, sed inscriptio videtur esse antiqua. — Mommsenus in schedis; ed. Friederichs *Bildwerke* II p. 241 n. 1131.

59: Tab. V 15. Descripsi.

60 Descripsi m. Maio 1882 Heidelbergae, quo Bourguignon insigni liberalitate transmiserat.

61. 62 Catal. musei Borgiani a. 1814 ed. in *Documenti inediti dei musei d' Italia* I (1878) p. 305.

63 Carolus Purgold m. Iunio 1883 Parisiis mihi delineavit unam musei Campanae, alteram musei nummarii, quo teste ceterae musei Campanae FIR inscriptae falsae sunt. *Cataloghi del museo Campana* memorant sex septemve exemplaria: cl. II p. 5 n. 16. 26. 37. 44; 'similes': n. 39 et 44 et ut vid. 45. — Tria denique exempla apud se et marchionem Car. Strozzium Florentinum exstare testatur Garruccius Syll. n. 945, de quorum sinceritate iudicare non possum; hoc scio apud Strozzium, qui mihi a. 1877 genuinas suas benigne ostendit, inter eas me nullam vidisse FIR inscriptam.

Denique hoc FTR apud Minicium t. II n. 22, p. 202 et 213, qui explicat ETR*(uria)*, falsae lectioni pro FIR (similiter laesas habes supra n. 16 et n. 24) debetur et illud ЯIꟼ apud Rubbium, *dizionario di ant.* 1796 VIII p. 170 s. v. *glans* (inde Minicis p. 206 ЯIꟼ, sed t. II n. 79 PIR) adeo mero Rubbii eiusve typographi errore natum est. Nam apud Aldovrandium, ex quo Rubbius his verbis *Aldovrandi ne ha due coll' epigrafe a rovescio*: PIR citat, hae potius 1) ЯIꟼ, 2) I habentur. Minicius suo rursus errore in tabula pro ЯIꟼ exhibuit PIR, et hoc denique PIR ex Minicio falsarius Asculanus multis exemplaribus repetiit.

Interpretatio inscriptionis FIR non est satis certa; quamquam verisimile esse puto (id quod iam Delficus statuit) spectare ad Firmum oppidum, cuius nomen in nummis plane eodem compendio FIR scriptum videmus; cf. Mommsen *Münzwesen* 1860 p. 249 sq. Firmum autem, quo se receperat Pompeius Strabo, obsessum esse ab Italis ex Appiano I 47 constat. *Fir(mo missa)* vel similiter legendum esse coniecit Mommsenus; probabilius fortasse cum Minicio intellegentur *Fir(mani)* funditores inter auxilia Romanorum pugnantes, sicut infra n. 16 haberi videntur *Gal(li)*; indeque facile explicabitur, quod haec glans apud Asculum et Corropolim reperiri solet. [Cum constet glandes inscriptas FIR inventas esse et ad Corropolim et ad Asculum, recte inde colligetur eiusmodi glandes non omnes inter ipsam obsidionem fusas esse, sed partem certe allatam cum reliquo apparatu bellico paratam alibi. Quam ob rem non

abhorret a specie veri Strabonem soluta obsidione Firmana in Picenum adportavisse glandes fusas Firmi iisque usum esse ad Corropolim Asculumque. Sane opponi potest, quod similiter inscriptae adhuc nullae prodierunt ad ipsum oppidum Firmum; sed ut inveniantur vel non inveniantur, magna ex parte a fortuitis pendet, denique obsidio illa fieri potest ut brevissima fuerit. Similiter defendi potest quod glans sic inscripta reperta esse dicitur ad Labicos, quamquam singularibus eius generis inventis parum tribuendum esse omnino verum est. TH. M.] — Ficoronianam interpretationem *fir(miter)* satis erit commemorasse; Bergkiana autem (*Schl.* p. 93) *fir* esse vocabulum priscum Latinum sermone militari servatum significans ignem et h. l. ipsam glandem, nititur cum coniectura admodum incerta (*fir* = πῦρ, servatum in *exfir* et *mamphur* ap. Fest. p. 79 et epit. p. 132, = *pir* in tab. Iguv. et in glandibus), tum inscriptionibus glandium falsis (PIR, FVL = 'fulmen i. e. glans', FVIL quocum πύϊρ Simonidis contulit Bergkius). Infra enim demonstrabitur, glandium CLXXXIIII aut (si inscriptione carentes n. 138—142 et 145 exceperis) CLXXVIII a Bergkio editarum (vide n. 74*) glandes numero CLXXVI a falsario Asculano nuper inscriptas esse, duas solas (n. 143 et 144 Wittgensteinianas) genuinas esse (vide n. 108).

---

7 [= Corp. IX n. 6086, VII] Ad hanc quoque pertinent quae de loco, ubi reperta sit glans n. 6, MINICIVS testatur (cf. supra).

1 [Firmi apud De Minicis, nunc Perusiae apud comitem Rossi Scotti, ubi vidi.]
2 [Bononiae apud Ulyssem Aldrovandi.]
3 Asculi rep. [a. 1874 empta ab museo Ascul. n. 1730]. Pendet 50 gr.
4 apud Asculum in Castellano rep. [a. 1877 empta a mus. Asc. n. 2240]. Pendet 45 gr.
5 [Asculi apud Venturinium aurificem, ubi a. 1877 vidi.]
6 [Neapoli in museo n. 70 = 175.] Pendet 47,5 gr.

ЯIꟻ

1 Descripsi: ЯIꟻ. — Ed. De Minicis t. II n. 6 sed litteris vulgaribus, p. 202 et 206 (inde Fabretti Corp. n. 2681 *bis a* et cum imagine in Glossario ad v. *Firmum* p. 483); De Minicis *iscr. fermane* 1857 p. 236 n. 870.
2 Ed. Bernia in Aldovrandi musaeo metall. 1643 p. 176 ligno minus accurate incisam. Addit Bernia alterius glandis imaginem cum tali vestigio I. De quibus quemadmodum rettulerint Rubbius Miniciusque, notavi pag. praeced.
3: Tab. VI 10. Descripsi.
4 Descripsi: ЯIꟻ.
5 Descripsi: ЯIꟻ. Sincera esse potest. Cf. ad falsas 71*.
6 : Tab. VI 9. Descripsi. — Ed. Fiorelli *Catalogo* p. 11.

De interpretatione vide ad praecedentem.

8 [= Corp. IX n. 6086, VIII] 1 rep. a. 1877 Corropoli in *contrada Petinaro* [eodemque anno empta a museo Asculano n. 2194]. Pendet 46 gr. Obducta est robigine gilva.

2 rep. Corropoli [inter a. 1875 et Febr. 1877 venit in mus. Ascul. n. 2074, ab hoc a. 1877 donata museo Berolinensi n. 7328]. Pendet 47 gr. Obducta est robigine gilva, inscriptio ex eadem plane forma provenit atque n. 1.

3 [apud Garruccium an apud marchionem Strozzi Florentinum?]

1 : 

1: Tab. VI 11. Descripsi ut supra.
2: Tab. VI 12. Descripsi.
3 Garrucci Sylloge p. 266.

Quartum fortasse exemplar exstare supra ad n. 6, 25 dixi.

Fer. — Quid significet plane incertum est. De *fer(i)* propterea cogitari vix licet, quod hoc in glandibus non reperitur nisi adiuncto accusativo; vide ad n. 9. — Mommsenus fieri posse arbitratur, ut FIIR in illa forma (ex qua n. 1 et n. 2, fortasse n. 3 quoque provenerunt) errore scriptum fuerit pro FIR; litteram E enim in nulla alia glande hoc II expressam esse.

9 [= Corp. IX n. 6086, IX] 1 Asculi ante LX fere annos ad portam Romanam rep. esse dicitur [in museo Ascul. erat certe iam anno 1866; n. 90, 2]. Pendet 64 gr.

2 in Castellano rep. [ex anno 1872 in mus. Ascul. n. 1402]. Pendet 58 gr.

3 in Castellano rep. [inde ab a. 1872 in mus. Ascul. n. 1414]. Pendet 73 gr.

4 in Castellano rep. [inde ab a. 1872 in mus. Ascul. n. 1421]. Pendet 64 gr.

5 [mus. Asc. a. 1872 n. 1450.] Pendet 65 gr.

6 [mus. Asc. a. 1872 n. 1451.] Pendet 69 gr.

7 Asculi rep. [mus. Asc. a. 1872 n. 1519]. Pendet 60 gr.

8 in Castellano rep. [mus. Asc. a. 1873 n. 1641]. Pendet 60 gr.

9 in Castellano rep. [mus. Asc. a. 1874 n. 1819]. Pendet 65 gr.

10 in Castellano rep. [mus. Asc. inter 10 Oct. 1870 et Febr. 1871 n. 1031]. Pendet 79 gr.

11 [Asculi apud Venturinium aurificem.]

12 [Asculi apud Venturinium aurificem.] In terra repertam esse docet robigo alba.

13 [Romae in museo Kircheriano n. 202]. Hanc inscriptionem ut aliam (ROMA, est falsa n. 1*) *lungo le ripe del Tronto* rep. esse ait MINIC. p. 203. Inscriptiones ROMA (n. 1*), AM... (Perusina ut vid. et male lecta, cf. ad

n. 82), haec n. 9, 13, FERI ..MAω (n. 19*) exstare in mus. Kircher., mus. Asculano, apud Surrichium, Minicium (= n. 19* ut vid.), alibi dicuntur ab MINICIO ibidem. Kircherianae [i. e. n. 9, 13] ignorari originem testatur MINICIVS p. 204.

9 14 Asculi reperta GARR. [Romae in museo Kircheriano n. 232].

15 [Neapoli in museo n. 13 = 203.] Pendet 68,5 gr.; robigine alba tecta est.

16 [Neapoli in museo n. 14 = 204.] Pendet 70,5 gr.

17 [Neapoli in museo n. 15 = 205.] Pendet 67 gr.

18 *von Ascoli* FRIED. [Roma accepit museum Berolinense n. 1129 = 3520 FRIED.]. — Pendet 73 gr.

19 [olim apud Pulszkyum, inde ab 20 mai. 1868 in museo Britannico n. 36]. Pendet 59,5 gr.

20 [diu iam Vindobonae in museo Caesareo VON SACKEN].

21 *proveniente da Ascoli* BRVNN.

22 [*Velletri, museo Borgiano* CATAL.]

23 in Piceno reperta DELFICO p. 9.

24 Asculi reperta ['Romae vidi apud Lancellottum de Lancellottis patricium Asculanum' GVALTH.].

25. 26 [sine loco.]

27 Asculi rep. ['Romae vidi apud Lancellottum de Lancellottis patricium Asculanum' GVALTH].

28 [apud Caylusium.]

29. 30 [sine loco].

31. 32. [Parisiis in *Cabinet de médailles* n. 4399 (quam olim possedit Piot, n. 815) n. 4398.]

FERI ╳ ГOMГ

1: Tab. IV 8. Descripsi; in aversa parte: ГOMГ.

2 Descripsi: ГEFI ╳ ГOMГ ubi prior Г ut plerumque litterae O adhaeret et altera Г paulum inclinata est ad dextram.

3: Tab. IV 7. Descripsi; in aversa parte: ГOMГ. Ultimae litterae in hac et sequenti vestigia talia sunt, ut A legere induci possis.

4: Tab. IV 5. Descripsi; in av. parte: ГOM··.

5 Descripsi: FERI ╳ ГOMГ.

6: Tab. III 16. Descripsi.

7 Descripsi; in av. parte: ГOAVГ. Ex exemplaris similiter laesi falsa lectione nata est inscriptio COMA (Minicis t. II 3), inde saepe repetita a falsario ac denique a Bergkio *Schl.* p. 81 sq. non sine doctrina male collocata *coma(tus)* vel similiter explicanti. — Cf. ad n. 9, 13. 15.

8 Descripsi: FERI ╳ ГOMГ.

9 Descripsi: FERI ╳ ГOMГ. — Unam ex his musei Asculani ed. Gabrielli *il palazzo comunale* 1874 p. 18 ligno incisam.

10 Tab. V 2 pars aversa exhibetur. Descripsi: E∖F (incerta, sed FERI fuisse possunt) ╳ ГOMГV. Altera Г dextrorsus inclinata et sic corrupta est, ut

nunc A esse videri possit. Diversa a ceteris huius inscriptionis exemplaribus forma est; sed de sinceritate eius non dubitavi.

9 11 Descripsi 13 Sept. 1877: FERI ☓ POMP.

12: Tab. IV 4. Descripsi. FERI ☓ P///P/// (corrosa).

13: Tab. IV 1. Descripsi; in av. parte: POMP. — Hanc opinor exhibet De Minicis t. II 3, p. 202—204 male, Marchius delineavit Ritschelio t. VIII 7, Ruggiero *catal.* n. 202, qui omnes non recte ROMA (sic fere COMA Min.) sibi visi sunt legere; Garrucci Syll. n. 940.

14: Tab. IV 6. Descripsi; aversa pars inlidendo laesa est, sed oculo satis intento etiam nunc clare apparent litterarum PO vestigia haec: PO////. — Nil praeter FERI exhibent Garrucci Syll. n. 939 et Ruggiero n. 232. Cf. infra exemplar 29.

15: Tab. IV 2. Descripsi. — Ed. Fiorelli *Catal.* p. 11. — Hac aut simili induci potuerunt ad falsas lectiones ROMA, COMA, fortasse etiam ad TOMR.

16: Tab. IV 3. Descripsi. — Fiorelli *Catal.* p. 11.

17 Descripsi (POMP). — Fiorelli *Catal.* p. 11. Cf. Garrucci Syll. n. 940.

18: Tab. V 1. Descripsi. — Mommsenus in schedis; Friederichs *Berlins Bildwerke* II p. 241 n. 1129.

19: Tab. IV 9. Descripsi: FERI ☓ PO, P.

20 E. von Sacken exemplum a se optime delineatum misit. — Mommsen Corp. I n. 650 quocum communicavit Otto Jahn; Vischer *epigr. Kleinigk.* 1871 p. 9 = *Schriften* II p. 271.

21 Brunn *Bull. dell' Inst.* 1864 p. 82 sq.

22 Catal. musei Borgiani a. 1814 ed. in *Documenti ined.* I (1878) p. 305; ex eodem ut vid. Catalogo ms. (*'descrizione del Museo Borgiano'*) Cardinali *iscrizioni inedite* 1819 n. 485 (inde Orelli 4932) male sic: ROMA FERI.

In n. 2 L litterae summa pars et interpunctio laesae sunt, unde non recte CXII Not., repetitum a Minicio et Hefnero, sed ex coniectura iam correctum a Borghesio l. l.; ac fortasse illud, quod Minicius t. II 59 et p. 234 exhibet, L·XII (Ritschl t. IX 45), nihil aliud est nisi haec Dodwellianae lectio Borghesiana. — In n. 2 aversa parte exstant vestigia incerta, in media area ut vid. S et ad sinistram superius duo puncta, quae an fortuita sint non discerno. — N. 4 eadem forma fusa est atque n. 3, quare haud dubie supplenda L·XII.

82 origo non traditur [in museo Kircheriano n. 228]. Perusinam esse probabiliter conici licet ex similitudine tam formae (nam una quadrilatera Asculana n. 10 diversa est) quam inscriptionis et ex cognomine Optatus, quod ab Asculanis belli socialis glandibus abhorret.

d fulmen?
c A · ML
b ITATIO
a L · RVSTI

Tab. X 1. Descripsi. — Garrucci Sylloge n. 976; Ruggiero *Catal.* n. 228.

Inscriptio laesa est lectionisque admodum difficilis in lateribus *a* et *b*; sed ea, quae repperi supraque exhibui, certa esse et nunc a quovis facile agnosci puto: *L. Rusti* | *Optati* |; quid in *c* lateat, incertum est; in *d* lineae mutilatae exstant, fortasse fulminis reliquiae. — Sic A·ML | ITASIU | L·R\ AT'' ('fort. *Italici periatis*') Garruccius, A·MA | DI·PP VII | ..R..ATS ∩ Ruggierus legerunt.

De Minicis t. II 2 (ex apographo haud dubie, non delineatione) et p. 202 sq. (inde Mommsen 673 et Garrucci 975) exhibet glandem his litteris AM▪ inscriptam. Eas ex ipsa hac (*c*) excerptas esse conicio. Nam quod addit repertam esse *lungo le ripe del Tronto* (cf. ad n. 9 13), eis non tantum tribuendum est; nam aliarum quoque originem non tam traditam habuerunt sive musei curatores sive ipse Minicius quam coniectura collegerunt ex inscriptionis argumento; hanc autem interpretatus est AM[OR]. — Mommsenus l. l. contulit duas similes musei Parisini inscriptas AM, teste Longperiero. Sed eae (utor apographis Longperierii a. 1852 missis Ritschelio: AM et AM) mihi non dubium est quin graecae sint earumque inscriptio plenior exhibeatur in glande (fortasse in Tauris reperta) musei nummarii publici Atheniensis, quam a. 1879 mecum communicavit A. Postolacca, hac: AM Ӽ ΦΙ (pendenti 31,45 gr.).

83 [ab Alexandro Bonucci deposita in museo Perusino]. Longa est 0,054, crassa 0,016 et (in latere inscripto) 0,011; robiginem habet flavam.

D · TAD ΓO

Descripsi. — Est glans dimidiata, cuius in latere plano inscriptio exstat litteris parum eminentibus et forma quoque a glandium characteribus differentibus, fortasse igitur non fusis, sed exsecando effectis. Si sincera est, tria nomina *D. Tad... Po......* agnoscenda esse probabile est.

84 [= Corp. I n. 692] 1 provenit ex territorio Perusino, unde per Iosephum Marchi illata est museo Kircheriano (n. 243) MINIC. Longa 0,04, crassa 0,018—0,021.

2 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,037 (sed acuminibus compressis), crassa 0,018—0,021.

3 [*in una tessera di metallo presso il sig. Gioacchino Cotogni erudito sacerdote di Narni* VERM.].

ESVREIS
ET · ME ·
CELAƧ

1 Tab. X 13. Descripsi: 2 extr. punctum in hac et seq. certum est; 3 CELAƧ. — Marchi in *Lettera al dott. Achille Gennarilli*, quam non vidi; De Minicis t. II 49, p. 221, 10 et p. 228; Garrucci *i segni delle lapidi* 1857 p. 16 (male; v. Ritschl mus. Rhen. 14, 385 = Opp. 4, 391); Ritschl t. IX, 37 ad Marchii exemplum delin.; Mommsen 692 ex prioribus; Garrucci Syll. n. 1101; Ruggiero n. 234.

2 Descripsi: ESVREIS | ETME· | CELAƧ (3 C et L incertis).

3 Vermiglioli *iscr. perug.* ed. 1 t. II (1805) p. 477 n. 67 (inde Mommsen 692): ESVREIS | ET·ME | CE....AƧ. In ed. 2 deest. — Fortasse idem est exemplar atque n. 1.

Comes Rossi-Scotti mecum communicavit 22 Mart. 1879 apographum glandis ante paucos dies Perusiae a se emptae ('*molto ossidata, pesa grammi* 63') inscriptam: ESVR////// | ET ME | [*celas* incerta]. Non constat sincerane sit inscriptio an incusa. Certe Perusiae quoque ipse vidi Asculani falsarii exempla eumque hanc ipsam quoque inscriptionem excudisse scimus.

Esureis et me celas, i. e. obsidentes. 'Fames enim Perusina in proverbium abiit [Drumann 1, 409] eamque quanta cura L. Antonius adversarios celarit, narrat Appianus 5, 35.' Mommsenus l. l.

85 [= Corp. I n. 694] Perusia accepit Minicius [qui possidebat, nunc est apud Rossi-Scottium]. Longa est 0,035, crassa 0,017 et 0,014; T alta 0,006. Forma est amygdalae similis; inter v. 1 et 2 ut in media parte aversa plumbum aliquantum eminet instar marginis. Robiginem habet flavam.



Descripsi ut supra. — De Minicis t. II 55 litteris vulgaribus, p. 233 (inde Mommsen 694) sic: ⅃VM | ƎSVꓤ⟘.

Bene conservata est (nisi quod inter A et S cavum tamquam cultro factum exstat) neque quicquam ab initio vel fine periit inscriptionis litteris claris exaratae. V. 1 ante T punctum hastae inchoatae simile aliudque v. 2 post ⅂ exstat rotundum. Litterae legendae videntur hoc ordine TRASE|LVM.

Sed interpretatio prorsus incerta est. Nam quod proposuerunt alii, ut ad legionem V Macedonicam referretur, nititur glande falsa n. 6* ceterisque ex hac confictis; nec magis admitti possunt, quae falsarum n. 64* 326; n. 74* 97 al. editores [*peto cu*]*lum Trase(meni)* Desjardinius, *trase*[*i*], = *transi*, [*cu*]*lum* Bergkius excogitarunt, cum nulla perierit littera. Garrucci Syll. 1082, qui exemplum musei Kircheriani [n. 309, apud Ruggierum typographi errore omissum] descripsit atque ut genuinum edidit, et fraude falsarii Asculani decipi se passus est et minus recte descripsit. Est enim cusa et eadem quidem forma, quae ex aliis exemplis nota est repetitque Minicii apographum cum ⊥ falsa; vide n. 69* 38.

86 [= Corp. I n. 687] 1 *in un podere denominato 'Selva piccola' al S. E. a mezzo chilometro circa dalle mura attuali di Perugia, di proprietà di questo monistero di S. Pietro, sono state rinvenute, a ottanta centimetri di profondità e a non molta distanza le une dalle altre, trentasette ghiande di piombo, di cui ventidue non iscritte e delle quindici iscritte, tredici colla leggenda* LVFINASIA *e due con* LVFNASIA, *provenienti da molte matrici* ROSSI-SCOTTI p. 121. Ex hac sola descriptione aliquem territorii Perusini locum, quo glandes repertae sunt, accurate discimus. — Duae earum LVFINASIA inscriptas a Paulo Mechiorri, eius conventus abbate, donatae sunt altera (n. 2) per Seraphinum Biffi museo arch. Mediolanensi, alterá (n. 1) ipsi ROSSI-SCOTTIO. N. 1 pendet 50 gr. ROSSI-SCOTTI. Forma est tam haec quam 2—10 Graecis simillima et in media parte fere orbiculata; longa est 0,041, crassa 0,018.

2 vide ad praecedentem. — Longa 0,037, crassa 0,018.

3 [Perusiae in museo publico]. Longa 0,037, crassa 0,018 et 0,016.

4. 5 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longae 0,030, crassae 0,017 GVARD. Sed diversis formis fusae sunt.

6 [Romae in museo Kircheriano n. 235]. Longa 0,037, crassa 0,017.

7 [Romae in museo Kircheriano n. 238]. Longa 0,038, crassa 0,017—0,018.

8 [Romae in museo Kircheriano n. 237]. Longa 0,038, crassa 0,018.

9 [Neapoli in museo publico n. 50 = 216]. Pendet 39,5 gr. Longa est 0,031, crassa 0,016—0,018.

10 [Berolini in museo n. 1132*a*, *aus Gerhard's Nachlass 1869 erworben*. FRIED.]. Pendet 48 gr.; longa 0,036, crassa 0,018.

11 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,036, crassa 0,017—0,018. Forma est Graecis simili, sed margines duas habet. Corrosa est et inlidendo laesa, ut multa cava impressa sint.

LVFINASIA— (sic in 1 et 3)

et

LVFINASIA

1 Tab. X 4. Descripsi optime conservatam. — Rossi-Scotti *periodico di numism.* III (1871) p. 122; idem de hac inscriptione disputavit in *Lettera*

al dott. Felice Romualdi Perusiae 1861 (= *Giorn. scient. agr. lett. artist. di Perugia*, n. s. 1861 disp. 2 p. 76) et ibid. 1869, quod opusculum non vidi.
2 Descripsi optime conservatam. — Ex *La Lombardia*, quam non vidi, ed. *Gazzetta uffiziale del regno d'Italia* 11 Mai. 1870 n. 130; Rossi-Scotti *period*. III p. 122; memoratur in catalogo *Notizie sul museo* 1881 p. 34 n. 7.
3 Descripsi.
4 Tab. X 3. Descripsi optime conservatam. — Guardabassi misit apographum suum.
5 Descripsi: LVFINASIA. — Misit Guardabassi.
6 Descripsi: LVFİNASIA (I prior non multum eminet). — Ritschl IX 41 ad Marchii ex.; Garrucci 1102; Ruggiero n. 235.
7 Tab. X 5. Descripsi: LVFINASI. Desecta est particula in dextro acumine, ut acutius fieret; item in sequenti. — Garrucci l. c.; Ruggiero n. 238.
8 Tab. X 6. Descripsi: LVFINASI. Eadem forma fusa atque praecedens; periit igitur A. — Garrucci l. c.; Ruggiero n. 237.
9 Tab. X 2. Descripsi; num post L et V punctum agnoscendum sit, incertum est. — Fiorelli *Catal*. p. 12 n. 216; Garrucci 1102 qui LVFINASI legit, male.
10 Tab. X 23. Descripsi: LVFINASI (in fine A periit); inter L et V plumbi particula puncti instar eminet, sed fortuitum est, nam plane simile punctum exstat intra litteram V. — Mommsenus in schedis; Friederichs, *Berlins ant. Bildwerke* II (1871) p. 241 n. 1132*a*, in ea inscriptionis vestigia obscura exstare memorans.
11 Descripsi; restant haec: ·VF······, quae non dubium est quin huius (aut fort. n. 87) inscriptionis sint reliquiae, praesertim cum mensurae glandis eaedem plane sint.

Denique commemoranda est glans, quam Martinetti Romanus possidebat Henzenusque a Lovattio utendam accepit: L·VFINASI cum puncto satis claro post L, minus certo post S (*Bull. dell' Inst*. 1867 p. 67). Si (ut probabile est) genuina fuit nec incusa inscriptio, in fine A sive mala fusione omissa sive postea pessum data erat.

---

87 [= Corp. 1 n. 687] 1. 2 prope Perusiam repertae ROSSI-SCOTTI (v. supra ad n. 86, 1); ubi nunc exstent, ignoratur.
3 [Perusiae in museo]. Forma Graecis simillima, ut sequentes. Longa 0,035, crassa 0,016.
4 [Romae in museo Kircheriano n. 236]. Longa 0,036, crassa 0,016—0,017.
5 [Firmi apud Minicium, nunc (eadem enim vid. esse) Perusiae apud comitem Rossi-Scotti]. Longa 0,034, crassa 0,016—0,017.
6 [Perusiae in museo]. Longa 0,036, crassa 0,016.
7 Perusiae rep. DODWELL [qui possidebat BORGH. et NOT.; nunc in museo Monacensi 689]. Longa 0,036, crassa 0,017. Ad dextram cultro acuminata est.

LVFИASIA

1. 2 memorat Rossi-Scotti *periodico di numism.* III (1871) p. 121 (LVFNASIA).
3 Descripsi: LVF\AAS'A). — De Minicis t. II 46 p. 221, 1 et 226 (inde Ritschl IX 40*a*); Ritschl IX 42*b* ad Brunnii ectypum stanneum (in fine A—, quam lineam non in hac vidi, sed in altera eius musei, cf. n. 86, 3).
4 Tab. X 9. Descripsi; clarissime legitur: L·VF.VIAS'A (sed puncta duo incerta sunt). — De Minicis t. II 47 (inde Ritschl t. IX 40*b*) et Ritschl t. IX 42*a* ad Marchii exempla; Garrucci 1102; Ruggiero n. 236.
5 Descripsi: L·VFIVAS'A (puncto post L incerto). — De Minicis t. II 48 (inde Ritschl IX 43), qui in his tribus exemplaribus 3—5 non recte LVFVLASIA legit.
6 Descripsi: LVFИASИ.
7 Tab. X 7 (inversa). Descripsi: \LVFVIASIA. — Ex Borghesii apographo (quem glandem apud Dodwellum vidisse et inscriptionem *di disperata lezione* explicavisse dicit) ed. Vermiglioli *giornale di Perugia* 1835 n. 24—26 (Iun.—Aug.) p. 211 sic: ..INE MASA...; *Notice sur le musée Dodwell* 1837 p. 27 n. 95: ;NEMASA videlicet secundum eundem Borghesium; De Minicis utraque eiusdem apographi editione neglegenter usus glandem primum editam esse affirmat in Catalogo musei Dodwell (1837 p. 27) ::NEMASA, Vermigliolium autem in alio plumbo inscriptionem pleniorem, i. e. cum I ante N, invenisse et publicasse in *Giornale perugino* '1835 II quadrim. p. 211'; inde ipse Minicius ::INEMASA in comm. p. 229, sed (proprio Marte N in И mutans) .IИEMASA in tab. II 50 exhibuit et Ioannis Petri Secchii interpretationem [*s*]*ine masa* i. e. *sine maza* = *pane* probavit; etiam ulterius progressus Garruccius Syll. n. 1104 inscriptionem plenam SINEMASA exhibuit addens 'Edidit Vermigliolius'. Ii errores accurate enarrandi erant propter glandes falsas earumque editores Desjardinium et Bergkium. — Hefner *Catalog der Ver. Samml.* (München 1845) p. 22 n. 406D *Oberbair. Archiv* VII (1846) p. 284, *Röm. Baiern* 1852 p. 273 catalogi Dodwelliani lectionem repetivit (NEMASA aut ..NEMASA); Mommsenus glandem ipsam Monachii vidit illudque [*s*]*ine masa* recte damnavit Corp. I 687.

Legendum est LVFИASIA aut, id quod propter exemplaria 3 et 4 et n. 86 probabilius est, LVFИASIA i. e. LVFI͡NASIA. Punctum enim, quod in 5 videtur exstare, casu enatum esse aut certe nihil significare puto, cf. ad n. 86 10.

---

88 [= Corp. I n. 687] [Bononiae in museo universitatis]. Longa 0,048, crassa 0,014—0,015; pendet 53 gr. Litteris bonis, non exstantibus sed incisis aut fort. caelo tenui incusis.

LVNIASIA

Tab. X 10 et 11 inscriptionem (non formam glandis) bis exhibui ex ectypis stanneis. Descripsi. — Franciscus Rocchi ectypum chartaceum Mommseno misit 11 Aug. 1862, qui inde edidit Corp. I p. 560 ad n. 687.

De antiquitate inscriptionis non est cur dubitari liceat; certe litterae excavatae in aliis quoque certae sinceritatis glandibus repertae sunt (ex. gr. n. 64. 109. 110); itaque recte cum Rocchio tum, ut idem testatur, Borghesio sincera visa est.

Triplex igitur exstat eiusdem ut videtur inscriptionis varietas:

86 LVFINASIA (aut LVFINASIA)
87 LVFИASIA (aut LVFИASIA) i. e. LVFINASIA
88 LVNIASIA


Ceterae lectiones, quas erant qui in 87 et 88 agnoscere vellent, plane non possunt admitti hae: LVFINASI (86), LVFVIASIA (87), minus etiam LVFVLASIA (v. ad 87, 5) et plane temeraria SINEMASA (v. ad 87, 7). — Interpretationem autem vix quisquam divinaverit. Quae propositae sunt, partim falsa lectione nituntur, partim suapte natura incertae sunt. Ex. gr. quod *l(eg.) V ful(minans)* [vel potius *ful(minata)*] *Asia(tica)* Marchius in eph. *Tiberino* a. 6 et *Diario di Roma* 7 Dec. 1839 n. 97, *Ful(vianus) Asia(ticus)* coll. Cic. Phil. [5, 7 § 20; 12, 8 § 20] Cavedonius, denique quod *Ful(via)* Borghesius apud Minicium et *Lu(cius), Ful(via) Asia*, i. e. M. Antonius in Asia morans, Mommsenus coniecerunt falsae Minicii lectioni FVL fidem habentes; de *l(egione) V* et ducis nomine prius cogitaverat Borghesius; Fiorellii interpretatio est *Lu(ci), f(uge) in Asia(m)*, Bergkiana haec: *luf(era*, i. e. libera) *via sia(t)*; de aliis vide apud Minicium p. 226 sq. — Mihi in mentem venit, quod tamen meliori cedere facile patiar, hoc: *Lufin(i) Asia(tici)* 86. 87, *Lu(fi)ni Asia(tici)* vel *Asia(ni)* 88. Lufinius habetur in Corp. vol. X n. 4559 et 4959 ac tolerari fort. poterit tam compendium *Asia* admissum quam omissa in 88 ab incisore syllaba FI(N) ante N (N).

89 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,065, crassa 0,028—0,029 (sed altera margine nunc compressa, ut prius 0,01—0,012 crassior fuerit).

:'AT · 'CE

Tab. X 12. Descripsi; male habita est lectionisque incertae: fort. ΓATICE aut PATHCE fuit. — In aversae vestigia litterarum videntur exstare, sed tumores fortuiti esse possunt.

90 Perusiae empta (a. ut vid. 1878) ab comite Rossi-Scotti. Longa 0,046, crassa 0,019 et 0,016. Robigine gilva incrustata.




Descripsi. Bene conservata est neque quicquam praeterea in ea inscriptum est excepto fortasse puncto post H. — Misit Rossi-Scotti apographum.

Sequuntur inscriptiones evanidae mutilaeve, quarum lectio incerta est. Periti noverint, quam difficile sit legere et (id quod inde dependet) describere eiusmodi vestigia parum eminentia, quae cum fortuitis maculis facile confundantur et omnino ita comparata sint, ut alio tempore inspicienti alia appareant; cui accedit in aliquot musei Perusini glandibus, quod earum superficies ectypis formandis corrupta est. Ex iisdem autem causis photographi arte

cum parum in his proficiatur, interim in apographis infra depictis, quibus periculum feci repraesentandi ea, quae mihi deprehendere visus sum, acquiescendum iisque pro fundamento qualicumque ulterioris glandium ipsarum perscrutationis utendum erit. Quodsi quis ipsas glandes diutius repetitoque saepius labore examinaverit veramque lectionem reppererit, tum demum inscriptiones recte delineari poterunt.

91 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,036, crassa 0,02 et 0,012. Duarum marginum est, sed utrobique in quaternas areas divisa. Robiginem habet partim albam partim flavam.




Descripsi. Litterae minus clarae sunt, aversa parte praeterea male conservatae. Estne L·ATON | IMPIIR X ....?


92 [Perusiae in museo publico]. Louga 0,034, crassa 0,015 et 0,017. In quattuor areas divisa est; robiginem habet ferugineam.

d (fortasse vestigia exstant)

c



b



a





Descripsi ut supra; litterae parum eminent. — Fabretti Corp. I. It. t. XLIV n. 2640, *bis*, *c* ad delineationem Caiet. Deminicis.

Ad *b*, ubi lego AXAJ, cf. n. 61 et 62; cetera obscura sunt. — Sic A'XAJ | VMILL'A Fabr. in tab., quorum nil explicavit in comm.

93 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,048, crassa 0,017—0,02. Robiginem habet ferrugineam, hic illic alba tectam. Ad alterum acumen cultro praecisa est antiqua aetate.

in parte antica: *in parte postica:*






Descripsi, ut potui, et supra exhibui. — In antica parte v. 1 latere videtur nomen, 2 TR·MIL? (cf. n. 76), in aversa parte L VIII (?) sequente fulminis figura. Sed prorsus incerta sunt praeter fulmen omnia.


---

94 *aus Perugia. Aus Rom erhalten* FRIED. [Nunc in museo Berolinensi n. 1130 = 3521.] Pendet 39 gr., longa 0,038, crassa 0,018 et 0,012, quattuorque latera habet.

a



b



c (vacuum)

d



Tab. X 24. Descripsi ductus incertos, ut potui, et supra exhibui. — Mommsenus in schedis; Friedrichs, *Berlins antike Bildw.* II (1871) p. 241 n. 1130.

Litterae iam in forma, ut videre licet, minus clare exaratae et nunc ex parte detritae, plane obscurae sunt. — Mommsenus descripserat in hunc modum:

a BVILVN (aut KDILILAL) *b* ... *d* ...

addens in promptu esse versum *a* ad Vatiam Isauricum (L. Antonii in consulatu a. 713 collegam) referre, sed de lectione probabili desperans.

---


95 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa nunc est 0,025 (sed quarta, fort. adeo dimidia pars periit), crassa 0,018 et 0,010.



Tab. X 8 dedi alterius lateris imaginem addidique supra apographum meum.


---

96 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,043, crassa 0,017. Amygdalae similis sed quattuor arearum. Robigine cineracea tecta est, sub qua hic illic ferruginea apparet.



Tab. X 17 ex ectypo; supra dedi ex apographo meo.
Duae areae ceterae bene conservatae sed vacuae sunt.

97 [Perusiae in museo]. Longa 0,04 (sed acuminis sin. aliquantum deest). crassa 0,019 et 0,014. Areas quattuor habet in binas ut vid. (a marg. superiore ad inferiorem) divisas.



Descripsi ut supra.
Inter PLA et ET plumbum nonnihil laesum est, ut tamen littera periisse videatur nulla.


98 [Perusiae in museo]. Longa 0,041, crassa 0,017 et 0,010.



Descripsi ut supra.

99 [Perusiae apud comitem Rossi-Scotti]. Longa 0,041, crassa 0,019 et 0,016. Minus accurate formata est.

c




b phallus

a



Descripsi ut supra. — In *a* prima linea fortasse casu nata est; *b* figura multum eminet; *c* incerta vestigia.

100 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,042, crassa 0,020 et 0,017; robigine cineracea incrustata.



X fulmen

Anticam ex ectypo t. X 18 et ex apographo meo supra dedi.

Detrita est superficies sed fulmen certo agnoscitur.

---

101 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,035, crassa 0,016.



Tab. X 16 ex ectypo. — Guardabassi 6 Dec. 1878 apographum misit nuper acquisitae glandis, quod supra exhibui. Paullo post Guardabassius cum Fabrettius inspecta glande legendum esse JVDΠA proposuisset, ipse glandem denuo examinans primam a dextra litteram A etruscam esse posse mihi rescripsit. Ego in ectypo vestigia fere huiusmodi N'D'IA agnoscere mihi visus sum.

---


102 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,046, crassa 0,016.

CAES (?)

Guardabassi sic dubitans transcripsit nuper acquisitam mihi misit 6 Dec. 1878. Idem in alia cum hac empta (longa 0,034, crassa 0,017) non minus incerta vestigia vidit haec: XV.

---

103 [Perusiae in museo]. Longa 0,045, crassa 0,016 et 0,011. Robiginem ferrugiineam habet.



Transcripsi ut supra.

Fulminis figura diversa est a ceteris. — In aversa parte fortasse similis imaginis reliquiae exstant, sed plumbi pars eminentior decisa est.

Hoc loco memoranda est glans musei Kircheriani n. 325 Asculanis forma similis, in qua ab utraque parte fulminis figura exstat; sed vereor ne cusa sit, quam ad rem amplius examinanda erit.

104 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,037, crassa 0,017 et 0,015. Robiginem habet cineraceam.

(anticum latus detritum est) X fulmen


Vidi. — Fulmen simile est in n. 63 et 68 cum iisque etiam plumbi latitudo convenit.

105 [Sigmaringae in museo principis Hohenzollern n. 380, allata ex Italia]. Longa est 0,047 m.


fulmen

Vidi. Fulminis figura similis est praecedenti (n. 104).

106 [Perusiae apud Marianum Guardabassi]. Longa 0,04, crassa 0,02 et 0,016; robigine gilva tecta.



Transcripsi m. Iunio 1878 ut supra; non sunt litterae sed lineae nullius ut videtur notionis. — Eiusdem opinor glandis apographum est hoc



quod 6 Dec. 1878 Guardabassius misit, addens glandem longam 0,039, crassam 0,021 nuper a se acquisitam esse.

V.

GLANDES CVMIS REPERTAE.


107 [= Corp. X n. 8063, 1] prope Cumas rep. PANV. (locum non indicat MIN.).

C F V

Paschalis Panvini *il forestiere a Pozzuoli* (Neapoli 1818) p. 97 et in tab.; eandem ut vid. exhibet De Minicis t. II 75 litteris vulgaribus (sic: C F V), de fonte unde hauserit tacens (inde Mommsen Corp. I n. 714). Ex Panvinio ed. Mommsen Corp. X n. 8063, 1.

---

108 Cumis reperta esse dicitur; deinde fuit apud Aemilium de Wittgenstein (de cuius museo cf. *Bull. Napol.* 1860 p. 25), nunc possidet Ernestus aus'm Weerth Bonnensis n. 144. Margines habet duas. Longa est 0,042, crassa 0,016 et 0,013; antica pars detrita et (ante X) infligendo laesa, postica ad dextrum acumen male fusa est.



Descripsi ipsam glandem; supra exhibui delineatam ad ectypa optima, quae misit aus'm Weerth. — Ed. Bergk *Schl.* 1876 p. 135.

Anticae partis inscriptio incertae lectionis est. Sic: [FVO?]XO ed. I, O\ (mutilatum, fort. fuit OX) OXO ed. II Bergkius. — In aversa parte non dubium est quin exstet fulminis figura sicut recte in ed. I Bergkius dixit; idem tamen in ed. II: 'Kriechendes Insect (?) mit sechs Füssen.'

Forma sua tam distat a Graecis quam similis est quibusdam Perusinis, nec minus cum his fulminis figura convenit. Quare videndum est, ne per errorem Cumis tributa sit. Altera Weerthii glans Wittgensteiniana n. 143, quae et ipsa Cumis provenire traditur, inscripta est

ΔΙΟC NIKH X inter fulminis figuram: NIOV KEPAV i. e. νίκη Διὸς κεραυνίου

(κεραυνοίη legendum esse non recte asseveravit Bergkius l. l. p. 134). Atquin alia eius inscriptionis exempla reperta esse constat in Sicilia (cf. Gualtherus Sic. tab. ed. 1 p. 16. 31 = Thes. Sicil. VI 133. 381 et Salinas *Annali dell' Inst.* 1878 p. 32), quare de huius quoque glandis Wittgensteinianae origine male relatum esse suspicio est.

VII.

GLANDES APSORI REPERTAE.

In vico *Ossero* (Apsoro) in insula Liburniae *Cherso* (Crexi) sito (cf. Corp. III p. 399) a. 1878 Ioannes Bolmarsić archipresbyter intra muros XXII glandes (uno loco fere XX) repperit una cum multis aliis rebus antiquis ex aere, electro, vitro factis; sed ipse neque glandes esse neque duas earum inscriptas esse intellexit. Paullo post detexit et duas illas museo Vindobonensi intulit BENNDORFIVS, qui haec mecum communicavit 18 Nov. et 16 Dec. 1878.

109 longa est 0,04; litterae acu tenui levissime scariphatae sunt.



ΓIIRTINACIA
VOS RADICITVS
TOLIIT

110 in parva area ad hoc ni fallor facta leviter scariphatum.



XXVD

E. de Sacken *arch. epigr. Mittheilungen* III (1879) p. 150; Benndorf ibid. IV (1880) p. 79 cum imaginibus, quas supra repetivi; iidem mecum apographa communicaverunt.

109 *Pertinacia vos radicitu[s] to(l)et*. Quibus compellari obsessi videntur ab obsessore. — 2 RADICITVS minus clara s Benndorfius in tab., RADICITV^S Sacken; in apographis prioribus litteras VS uterque omiserat. Inscriptionem admodum difficile sed certo legi Benndorfius adnotat; idem vix dubitandum esse recte censet, quin rei publicae liberae aetati tribuenda sit.

110 Ita Benndorf p. 79 edidit, qui antea IMIXXX legerat; IMR Sacken apographo, INK idem ed.

VIII.

GLANDES ORIGINIS INCERTAE.

111 [= Corp. I n. 707] 1 [in museo Kircheriano n. 224]. — Vnde acceperit, non indicat MINIC.

2 [in museo Neapolitano n. 23 = 215]. Pendet 60 gr.; longa 0,046, crassa 0,019 et 0,016.

3 [apud Kestnerum].

4 'plumbea glans funditoria V· a porta Neapolis' WINGH.

LEG XI

1 Descripsi: LEG XI. — Ex hac fortasse exhibet De Minicis t. II 58, p. 234: :LEG·XI (XI· in comm.) punctis adiectis omnino falsis (inde Ritschl t. IX 55; Mommsen n. 707).

2 Descripsi haec vestigia: ꟾEG XI; male habita est, L non certa. — Fiorelli *Catal.* p. 12 n. 215; Garrucci n. 957 non recte LEG X legit.

3 Kestner *Bull. dell' Inst.* 1847 p. 116: *porta l'indicazione della legione XI*, ut, utrum LEG an L inscriptum fuerit, ignoretur.

4 Codex Winghii († a. 1592) Bruxellensis parte priore post f. 74, ubi glans est delineata inscripta LEG·XI; edidit Mommsen Corp. I ad n. 698.

Legio XI et in Asculanis et Perusinis glandibus inscripta reperitur. — Winghianum antiquissimum de glande inscripta testimonium est, sed, utrum de reperta an descripta prope Neapolim interpretandum sit, nesciri nequit.

---

112 [= Corp. I n. 701] [Ferrarae apud Iosephum Boschini ALESSI, MIN.]. Similitudo inscriptioni intercedit cum Perusinis ex. gr. n. 72—74. 76. 79. 80, ut inde hanc quoque provenisse probabile sit.

L · ME NIVS PR · L · XII	)(	X MILLIA

Ex Boschinii lectione ed. De Minicis t. II 63, p. 236 (inde Ritschl t. IX 47; Mommsen n. 701).

Ad eandem opinor referenda sunt quae refert Alessi *lettera* 1829 p. 6: *Cav. Alessandro Benucci* (praeses societ. archaeol. Ferrariensis) *spedir mi fe'* (paullo post a. 1815, quo edita erat ab Alessio *Lettera* prior) *il disegno di*

una ghianda doppiamente inscritta, di epoca latina, posseduta dal sig. Giuseppe Boschini, onde io darne parere.

Minicius addit haec: *di assai difficile lezione, fù renduta alla sua integrità mercè l'indefesso studio del sig. Boschini.* Itaque cavendum, ne huic lectioni nimis confidamus. Immo ex Perusinis supra allatis conici licet v. 2 PR male lectum esse pro P·P vel PR·PIL aut TR·MIL. In aversa parte si revera X | MILLIA scriptum fuit, interpretandum erit cum Mommseno, X milia glandium a primipilo legionis duodecimae L. Maenio fusa esse. An corrupta est ex [*tr.*] MIL·L·[XII]? cf. n. 76 et, in cuius postica parte anticae inscriptio repetita esse videatur, n. 80.

Garruccius *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 29 et Syll. n. 1105 edidit glandem Romae apud negotiatorem antiquarium a se emptam, pendentem 34,7 gr., in qua legit:

L · ÆVIVS)(//X//
TR · L · XII MILLIAR

Vestigia tamen in aversae v. 1 ante X postque X et v. 2 reliquias litterae R non indicat in Syll. Idem esse exemplum atque Boschinianum putare videtur (v. *Bull.*), cui tamen obstat, quod, cum ipse ÆVIVS *nitidissimo* exstare affirmet, Minicius inscriptionem lectu difficillimam esse diserte testatur et MENIVS potius exhibet. Ceterum utique examinanda erit a perito; nunc monuisse sufficit circumferri a. 1866 iam coeptas fuisse spurias Asculi incusas, Garruccium autem ipsius testimonio (*Civiltà catt.* X 4 p. 711 sq.) earum numerum quendam acquisivisse eundemque etiam nuper post detectam illam fraudem deceptum esse talibus commentis, ex. gr. Syll. 1082 (v. nos ad n. 85).

113 [= Corp. I n. 709] 1 [Bononiae in museo universitatis MINIC., ibique vidi]. Pendet 85 gr., longa est 0,05, crassa 0,023 et 0,015; robigine gilva tecta.
2 [Romae in museo Kircheriano MINIC., ibique vidi n. 225]. Longa 0,048 (sed fuit paullo longior), crassa 0,022 et 0,017. Quattuor est arearum aequarum, ut si per mediam longitudinem seces, figura quadrata evadat.


IIIX · ⅃)(2 (in reliquis areis): ut n. 40

1 Descripsi. — De Minicis t. II 66, p. 238 (inde Ritschl t. IX 57; Mommsen 709, cf. Add. p. 560).

2 Tab. VII 12 et 19. Descripsi: ⅂IIX·⅃, sed puto esse IIIX·⅃, ut ultima I ex fusione ita corrupta evaserit. — De Minicis t. II 65, p. 238 male L·XIII; ex Marchii exemplo non meliore Ritschl t. IX 58: L·XIII (ex his Mommsen l. l.); Ruggiero n. 225: L·XIIF, per errorem Corpori lectionem L·XIII tribuens, quae est Marchii sive Minicii.

In Kircherianae tribus areis reliquis cum lineae exstent (v. tab. VII 12) tales, quales in Asculanis reperiuntur (v. n. 40), eiusdem originis hanc esse probabile est. — In Bononiensi, quae cum hac mensuris fere convenit, supra IIIX·⅃ mihi visus sum agnoscere fulminis figuram, sed ea inter primas fuit, quas descripsi, ac propterea cum exemplo meo Kircherianae conferri non potuit. Priores editores ex neutra glande de eiusmodi lineis rettulerunt.

114 *aus Athen erhalten* VISCHER. Num ibi reperta sit, non constat [cum Vischerianis venit in museum Basileense]. Pendet 65,85 gr. Longa est 0,04 (sed ab una parte manca est, certe aculeo caret), lata 0,023.



Tab. VII 18. Descripsi. — Vischer *epigr. Kleinigkeiten* 1871 t. I n. 32 = *Schriften* II p. 269 et tab. XIV 56.

Vischerus adnotavit haec: *Die sehr deutliche Aufschrift ist weder griechisch noch lateinisch. Der mittlere Buchstabe erinnert an das semitische Schin, andere eher an altitalische oder celtiberische Züge. .. Die Rückseite ist leer.* — Mihi quidem satis clare legi videtur: *P. Carpn̄.* vel *P. Carp. N.*

---

115 [= Corp. I n. 708] [Bononiae in museo universitatis MIN., ibique vidi]. Longa 0,046, crassa 0,019 et 0,014; pendet 54 gr.

Γ · XV

Descripsi. — De Minicis t. II 61, p. 235, quocum communicavit Hieronymus Bianconi (inde Ritschl t. IX 56, Mommsen Corp. I n. 708); ex Rocchii apographo Mommsen p. 560 add. ad n. 708.

FVB)(XII '*troppo frusto*' Minicius; recte Rocchius. — Litteras, quas utpote incertas punctis indicaverat Minicius, item i. e. punctis in ipsa glande exaratas esse miro errore ratus est Bergk *Schleud.* p. 149.

---

116 [= Corp. I n. 711] [Romae apud Franciscum Bianchini].

C · FABRICIVS FECIT

Fr. Bianchini *la istoria universale* Rom. 1747 p. 546 (De Minicis t. II 73 haud dubie ex hoc vel ipso vel per eius compilatorem nescio quem; Ritschl t. IX 60; Mommsen n. 711).

Vnica est nomine eius, qui glandes fecit, inscripta. Num sincera fuerit recteque lecta sit, discerni nequit.

Minicius duplici errore T· pro C· exhibuit et FECIT secundo versu posuit. Qui cum in textu taceat de hac glande Bianchiniumque tantummodo ad glandes Lipsianas ab illo ex Grutero memoratas citet (p. 211. 216. 219) nec Bianchinii paginam usquam indicet, librum videtur vel non ipsum vel certe neclegenter adhibuisse. — Minicii errores secutus est falsarius Asculanus, ex. gr. n. 64* 86. 88. 89. 418. 420. 421, quas Desjardinius, et 74* 103, quam Bergkius genuinas esse asseverarunt.

---

117 [Londinii in museo Britannico, quo venit 20 Iul. 1865 n. 106 una cum tribus aliis, quae Athenis provenire dicebantur — n. 108 ЯVꟻ (apud nos n. 67* 9); 109 ΔΕΞΑΙ; 110 ΣΩΙΛΟΥ)(fulmen; quarta non inscripta pendenti

384,71 gr. — originis non indicatae]. Pendet 506,46 gr.; longa est 0,047, crassa 0,039—0,041. Vtrimque acuminata, in media longitudinis parte orbiculata est. Ab uno ad alterum aculeum lineae prominentes ductae sunt ut in Asculanis quibusdam (v. n. 40 et 41). Prior inscriptio exarata est in area ab his lineis vacua, altera e regione huius in fascia, ut ita dicam, eminenti; litterae plus 0,01 altae sunt.

D · ARIIADIAS)(IVISIPIS · ƷGOBVNVO (aut invertenda)

Descripsi; lectio incerta est. Sinceritatem inscriptionis neque affirmare neque negare confidenter audeo.

---

118 *in Italien gefunden* PFISTER [in museo societatis historicae Ansbachensis, cui donavit I. G. Pfister]. Longa 0,46, crassa 0,017, pendet 65 gr. Quattuor areas habet pares; si media secabitur, quadrati figura existet, Robigo est ferruginea. Ad sinistrum acumen cultro praecisa est.

d (incerta vestigia)
c //////////LII
b (incerta vestigia)
a \I///KII

Descripsi a. 1882 Heidelbergae a C. Schnitzlein benigne transmissam. — Pfister in *Iahresbericht des hist. Ver. in Mittelfranken* 1864 p. 20.

Lectio reliquiarum exoletarum plane incerta est (*a:* L XII?, *d:* fulmen?). — Legionis XIII numerum et L agnovisse sibi visus est Pfister. Forma est Perusinis quibusdam simillima, sicut altera eiusdem musei glans, genuina et ipsa sed a falsario inscripta (vide n. 62*a**).

Subieci glandes incertae originis, quae ubi nunc exstent ignoratur, male lectas aut falsas.

119 [= Corp. I n. 670] [apud Minicium].

Ͱ H

De Minicis t. II 25, p. 202 et 215 (Ritschl t. VIII 28; Mommsen 670; Fabretti Corp. I. Ital. n. 2640 *bis, e* et tab. XLIV ex Minicii tabula, idem per errorem TAH quasi alius glandis sit ex comm. Miniciano dedit n. 2686, *bis, a*).

TAH Minicius in comm. p. 215 (IH p. 202, sed in TAH correxit ed. separatae p. 71) conferens falsam 3*. Falsam hanc quoque fuisse probabilius est quam male lectam. H curvata in asse Hatriano, TAH retrogradum in sextante Hatriano exstat; item Ͱ sumptum esse potest ex nummo Hatriano, quem exhibet ex. gr. Delfico in tab. priore.

120 [= Corp. I n. 706] [unde habuerit, non indicat MIN.]

ƆƎƎ)(DEEC

De Minicis t. II 57 litteris vulgaribus, p. 234 (Mommsen Corp. I n. 706).
leg. — *deec(ima)* inde effecit Minicius. Omnino corrupta est aut falsa.

---

121 [= Corp. I n. 713] [unde acceperit, non indicat MIN.]

T'''''' VF

Ed. De Minicis t. II 76 non depictam (inde Ritschl t. IX 63 et Mommsen 713).

---

122 [= Corp. I n. 716] [unde habuerit, non indicat MINIC.]

C - O

Ed. De Minicis t. II 77 non depictam (Ritschl t. IX 66; Mommsen 716).

---

123 [= Corp. I n. 712] [unde habuerit, non indicavit MIN.]

P

De Minicis t. II 78 (Ritschl IX 62; Mommsen 712).

---

124 in ripa Vibratae [apud baronem de Guidobaldis] GARR.

XII

Garrucci Syll. n. 960.

Si recte lecta est, falsam esse conicio, i. e. cusam in glande Asculana; idem enim habetur in n. 64*63. Potest esse etiam inscriptio CXII (n. 64* 65) vel L·XII ex parte incusa.

Mantissae vice addidi haec, quae ut non habent glandium formam, ita non recte missilia esse putata sunt.

a) rep. apud Concordiam *una mezza palla schiacciata (di piombo), specie di ghianda missile, con caratteri graffiti sulla piana* BERT.



Darius Bertolini in *Notizie degli scavi* 1880 p. 420 et tab. XIII 12, ex qua supra repraesentavi.

Quanta alla lettura, si è indarno tentata per la ghianda missile Bertolinius. In imagine quidem agnoscere mihi videor *at quisquis mi* | *aut Celso* (?) | ... *tantum* . | *rum*.... | .*tantum*.. Si a principio particula periit, fuisse potest [*pere*]*at*. Sed utique opus est plumbum inspicere ipsum.

b) Plumbi lamina rudis 0,035 larga et fere tantundem longa, 0,013 crassa, pendens 50 gr., quae ex *Civitella d' Arno*, castello circ. 7000 metr. a Perusia distanti provenit et nunc est apud Rossi-Scottium. In uno ex eius lateribus angustis incusum est (area incusa 0,03 larga) litteris exstantibus bonis:

VIR · NAS

Descripsi. — Ed. Rossi-Scotti *periodico di numism.* III (1871) p. 120 cum imagine.

Vir... Nas... (nomen gentilicium et cognomen). — Non recte glans est dicta; obstant enim tam forma quam litterae incusae. Immo infusum videtur fuisse plumbum in lapidem ad eumque signandum his litteris incusum. Similis formae inscriptiones habentur apud Garruccium *piombi Altieri* 1847 t. 3, 20. 21; cf. idem, *dissertazioni arch.* II 1865 p. 80 et Bruzza *Annali dell Inst.* 1870 p. 114 sqq.

Denique eiusdem fortasse generis est plumbum prope Marburgum Stiriae repertum, memoratumque in *Mittheilungen der Centralcommission* 1878 IV 3 p. LXXXIII n. 4 ab Alfonso Muellner (de quo cf. Ephem. IV p. 135) his verbis: *Aus Blei ein eigenthümlich geformter Zapfen, der an einem Ende abgeflacht, am andern in eine Spitze endet, vielleicht ein Schleudergeschoss.*

GLANDES SPVRIAE.

Primum genus (1*—19* ac fortasse 19 *a**) est earum, quae Minicii aetate prodierunt et huc usque editoribus (novissime Garruccio) imposuerunt, nisi quod pars ea, quae ad legiones spectat, a Mommseno et, id quod nuper demum didicimus, iam a Borghesio anno 1836 in suspicionem vocata erat. Ego cum primum anno 1877 musei Kircheriani thesauros tunc iam usui communi commode expositos et Ruggieri cura digestos adii et glandes perlustrare coepi, in earum numero statim oculos offendit series glandium 1*—18* inter se simillimarum et eandem officinam prodentium, sed specie externa a genuinis, quas multas tunc iam videram, longe distantium. Praeter has postea Perusiae inveni duas, quarum unam n. 19* eiusdem generis esse mihi constat, altera n. 19*a** videtur esse. Fusae sunt quidem sicut antiquae, sed litterae postea additae sunt earumque hastae ita eminent, ut cultro exsectas esse appareat. Robiginis habent non multum, ita ut ex ea re in neutram partem certi aliquid concludi possit; attamen hoc constat, in nulla harum glandium robiginem exstare talem, qualis situ diuturno excrescat et falsitatis suspicionem excludat. — Item litterarum formae, quae imitantur quadam tenus belli socialis glandes Asculanas, plane certum fraudis argumentum non praebent, tametsi suspicionem movent n. 6* (maxime M, quales sane in nummis angusti spatii hic illic inveniuntur) et G in n. 9*, quibus adde punctum in n. 6* extrema parte adversa positum. — Sed accedunt alia indicia, quae malam fidem prorsus evincant. Glandium n. 1*. 7*. 9*. 10*. 13*. 19* plumbum informe est sicut in genuinis mutilatis et tamen inscriptio integra exstat; contra harum n. 3*. 5*. 14* plumbum cum glandis formam et symmetriam plenam exhibeat, inscriptio manca est. Quorum utrumque in genuina glande factum est nulla, in spuriis autem facile explicatur. Atqui, cum haec series unam atque eandem officinam manifeste prodat, vel ob hoc solum ceterae quoque non minus quam novem illae condemnandae sunt. — Deinde ad inscriptionum ipsarum indolem examinandam progressus sum. Quibus compositis et inter se comparatis intellexi una excepta n. 2* *Ital*, quae ipsa specie externa fraudem prodit, nullam in genuina glande hucusque lectam, complures autem ita comparatas esse, ut per se summam suspicionem moverent vel prorsus damnandae essent. Videamus singulas. Quod in n. 17* exstat, *feri*, legitur quidem in genuinis multis, numquam tamen non addito accusativo (*feri Pompeium* n. 9, *feri Pic.* n. 12). Ceterae omnes inscriptiones adhuc non repertae sunt nisi in his exemplaribus singularibus. Quarum prima n. 1* *Roma* repetita est ex falsa lectione glandis Asculanae pro I OMΓ (vide ad n. 9 p. 22). Non melioris frugi est heptas haec:

leg(io) II Ital(ica) 4*
l(egio) II Ital(ica) 5*
legio V M(acedonica) p(ia) fel(ix) 6*
leg(io) VI f(errata) 9*
l(egio) XII ful(minata) 10*
l(egio) XVIII fir(ma) 11*
l(egio) XXX V(lpia) v(ictrix) 12*

Eas sic interpretandas esse, ex ipsa serie composita facile patet. At *legio XVIII firma* nulla umquam fuit, exstitisse autem tunc quidem, cum hae glandes provenerunt, per errorem putabatur ob titulos quosdam male lectos (vide ad n. 11*). Deinde cum nulla certae aetatis genuina glans inscripta exstet, quae posterior sit bello Perusino (a. 713/4), hic occurrunt legio XXX Vlpia victrix (n. 12*) a Traiano et legio II Italica (n. 4*. 5*) a M. Aurelio institutae et agnomina 'pia felix' (n. 6*) non minus aetatem longe posteriorem prodentia. Legiones VI ferrata et XII ful. satis antiquae quidem sunt, illa sive ab Antonio sive ab Augusto instituta (v. Mommsenum, res g. divi Aug. ed. 2 p. 73 sqq.), haec posteriore Augusti aetate ita cognominata (v. Henzenum *Bull. dell' Inst.* 1867 p. 179 sqq.), sed agnomina tam multa in paucis inscriptionibus omnino valde suspecta sunt, cum usum eorum sollemnem in titulis posteriore demum aetate invaluisse constet. — Non minus difficultatis habet, quod eas legiones in Piceno fuisse glandes testantur, quippe quae excepta n. 6*, de cuius origo tacetur, omnes in Piceno sive (n. 11* et 12*) in regione Aprutina repertae esse dicantur. Id enim de nulla earum legionum compertum habemus, legiones II Italica et XXX V. v. non posse ibi stationem habuisse aut adeo bellum gessisse certo scimus. A belli socialis tempore, quod has glandes forma plumbi et litteris simulare patet, plane abhorrere omnia haec legionum nomina manifestum est. — Restant inscriptiones hae: *l(egio) volu(ntariorum)* n. 7*, *l(egio) VI vol(untariorum)* n. 8*, *vel(ites?)* n. 16*, *Hat(ria)* n. 3*, *Mar. Vlt.* (ad Martem Vltorem referenda) n. 13*, *servi (p)eristi(s)* n. 14*, *trepi(date?)* n. 15*, *strev[s?]* Etruscis litteris scripta n. 18*. Earum quoque nulla in iis glandibus, de quarum sinceritate constat, reperta est, praeterea n. 7* et n. 8* unicae legionem voluntariorum apud Asculum testantur, n. 13* unica inter Latinas deum memorat (quae Mommsenus Corp. I ad n. 658 et 686 monuit), reliquae inscriptiones etiamsi per se suspicionis indicium non praebeant, fraudis inde convincuntur, quod, ut dixi, externa indole eandem atque ceterae officinam produnt. In n. 7*. 13*. 14* autem accedunt propria quaedam falsitatis indicia ea, quae supra significavi.

De harum glandium origine variaque fortuna afferenda sunt haec. Ex epistula Borghesii infra laudanda scimus n. 4*. 5*. 6*. 9*. 10*. 11*. 12*. 14* exstitisse iam mense Iulio anni 1836; fabricatas esse veri simile est paullo antea ad decipiendum fortasse Minicium, qui illo tempore glandes undecumque colligere coepisset. In museum Kircherianum inlatas esse inter a. 1837 et 1846 inde colligi licet, quod a Brunatio a. 1837 nondum commemorantur, sed quo tempore Minicii opusculum prelum fatigabat (a. 1844—1846), iam illic asservabantur. — A quo homine communicatae cum Minicio fuerint, nescimus, nisi quod n. 4*. 5*. 11* antea fuerant Vincentii De Paolis professoris ab eoque has n. 4* et 5* in Piceno ad Truenti ripas repertas esse Minicius testatur.

Mommsenus, qui has glandes non viderat, propter inscriptionum indolem in Corporis vol. I ad n. 660. 686. 694 dubitationem professus est de sinceritate harum 4*. 5*. 6* et (quae tamen genuina est) n. 85, maxime autem glandium n. 9*—12*; confidentius idem mox in *Bullettino dell' Instituto* 1862 p. 40 eas, in quibus legiones aetatis imperatoriae leguntur, falsas habendas esse affirmavit. Nuper demum comperimus, iam Borghesium, quocum a. 1836 Minicius apographa communicaverat, in epistula ad Minicium scripta 4 Iul. 1836 sed edita a. 1872 in opp. VII p. 166 easdem legionum inscriptiones in suspicionem vocasse argumentis gravissimis. At Minicio tantum afuit ut persuaderet, ut is in opusculo suo viri summi et nomen et sententiam prorsus taceret, immo hic illic argumenta eius tecte refellere conaretur vel iis abuteretur; ad quam rem satis est attulisse exemplum hoc: cum n. 11* legionem XVIII firmam ex lapidibus perperam lectis (pro XVI Flavia firma) repetitam esse monuisset Borghesius, Minicius glandem, utpote unicum eius legionis testimonium, in summo pretio habendam esse affirmavit, lapides enim duos tresve, qui eam testari crederentur, male descriptos esse pro certo haberi. — Nunc quidem ex iis, quae ego supra disputavi, patet Borghesium Mommsenumque recte iudicasse de illis inscriptionibus; sed suspicionem professi sunt fraudemve affirmaverunt, non demonstrarunt evice-

runtve[1]), neque totam hanc falsarum speciem agnoverunt, id enim fieri non potuisse consentaneum est nisi ipsis glandibus examinatis et ad genuina exemplaria accurate exactis. Sed inde hoc factum est, ut hucusque omnes hae glandes, etiam suspicione illa seposita, pro genuinis vulgo haberentur ederenturque non solum ab iis, qui ex Minicio repeterent vel certe non vidissent (Ritschelio, Fabrettio, Fiorellio), verum etiam ab iis, qui ipsas tractare, examinare, cum sinceris musei Kircheriani comparare possent, i. e. Garruccio et Ruggiero.

Atque is quidem error huic studiorum generi summum detrimentum intulit, quippe quo praecipue effectum sit, ut Vincenzinianae fraudes, primum in musea sese insinuantes, mox in editionibus quoque genuinarum receptae, tam diu tot hominibus doctis imponere possent. Falsarius enim cum primis annis inscriptiones a Minicio editas, fere solas in suis glandibus repeteret, Vincenzinianae ob eam ipsam causam, quod Minicianae vulgo receptae et probatae essent, genuinae esse existimabantur. Vlterius adeo progressus Bergkius, dum Vincenzinianas Desjardinii quidem damnat, at suas non minus Vincenzinianas censet esse sinceras, Mommsenum[2]) quasdam glandes perperam in suspicionem vocasse contendit eiusmodi censuram non sine ira vituperans (annall. Rhen. 55, 1875, p. 2 sqq. = *Schleudergeschosse* 1876 p. 42 sqq.; in qua re egregie Bergkium quidem falsum esse ex iis, quae supra demonstravi, apparet; nam tantum abest, ut nimia fuerit Mommseni censura, ut etiam plures damnandas esse totamque hanc seriem falsario deberi iam constet. Inde autem sequitur, quae res maximi est momenti, ut omnes illae glandes, quibus eaedem inscriptiones tot exemplaribus exhibentur, non possint Minicianis fidem asserere sed ipsae sint fraudis condemnandae.

In altero genere (20*—61*) litterae singulares sensu omnino cassae per ludibrium compositae sunt. Partem (20*—30*) ipse examinavi: eae fraude tam crassa sunt factae, ut vix quemquam vel aliquantum peritum fallere possint; falsarius plumbi litterarumque formas antiquas imitari ne temptavit quidem; robigo inest fere nulla, una (27*) adeo resina subnigra, quae *lacca* nunc vocatur, ex parte obducta est. N. 20*. 21*. 23*. 27*. 28* anno 1846 in museo Kircheriano vidit Minicius, videnturque paullo antea eo pervenisse. Originis Asculanae esse n. 20*. 21*. 23*. 27* diserte tradit Minicius. Suspicionem ipse de nulla professus est; Ruggierus inter suspectas rettulit, Garruccius glandes n. 20*. 21*. 27*. 28a* (itemque n. 31*. 32*) se cum Marchio 'in falsis relegavisse' testatur Sylloge p. 316. — Ceteras (n. 31* sqq.), quarum plurimae erant in museo Campanae (33* sqq.), plane eiusdem generis esse manifestum est, recteque iam damnaverunt Mommsenus vol. I p. 560 et (qui has haud dubie significat) Longpérier (vide ad n. 29, 2). — His subiunxi tres glandes variis modis et ante Vincenzinium confictas (62*. 62a*. 63*).

Tertium genus est glandium earum, quae ipsae quidem antiquae sunt sed inscriptiones a falsario Asculano ligneis formis excusas exhibent quibusque tot musea tam publica quam privata referta sunt. Eae prodire coeperunt inde ab anno circiter 1860 (vide n. 66*, 3). Et ab initio quidem falsarius eiusque socii venditores cautissime agebant: non enim recudebant nisi inscriptiones iam aliunde, maxime ex Minicii libello notas, easque paucis exemplaribus summoque artificio factis repetebant. Quo factum est, ut genuinas putarent inscriptiones cuncti, etiam ii homines gnarissimi, quibus genuinas conferre cottidie in promptu erat: praeter Garruccium etiam Vischer (n. 67*), Fiorelli (n. 68*), Strozzi marchio (post n. 90*), Longpérier, L. Mueller Havniensis (cf. Mommsen, *Im neuen Reich* 1876 II p. 417). Nam Minicianae illae, quas spurias vel male lectas esse

---

1) Mommsenus Corp. I p. 189 in praefatione glandibus Asculanis praemissa 'Mihi, inquit, qui harum nullam viderim nihil fere relictum fuit nisi molestum negotium dubitationis profitendae'.

2) Borghesii epistulam illam anni 1836, editam anno 1872, Bergkius cum non commemoret, videtur ignorasse.

nunc primum archetypis examinatis demonstravi, tunc vulgo sincerae esse existimabantur; itaque si quae earum in hoc numero denuo proveniebant, tantum afuit, ut diffideretur, ut harum accessione Minicianarum fides augeri et confirmari putaretur. Ita editae sunt ut genuinae n. 66* 3 a. 1860 et 1864; 67* 1 a. 1866, 87* 5 a. 1866, n. 68* 1-45 a. 1869, 84* 1-18 a. 1872, ut taceam de non editis, quae illo tempore a museorum praefectis acquisitae sunt. — Immensus autem eiusmodi glandium numerus in vulgus dari coeptus est inde ab a. 1874. Etenim primum Ernestus Desjardins plus sescentas, quas Feuardentius acceperat, publici iuris fecit compluribus 'Desideratorum' fasciculis adiectis plerarumque imaginibus; deinde, simul atque prima Desjardinii series prodiit, Theodorus Bergk in Annalibus Bonnensibus a. 1875 glandes CXVIII (vide n. 74*) edidit, quas quidem tanto studio utpote suas a falsitatis suspicione vindicare conatus est quanta ira Desjardinianas (64* 1-111) utpote alienas condemnavit. Equidem Parisinis illis glandibus 64* 1-444 primum fidem asserere minime dubitavi, et ipsarum glandium, quas antiquas esse certum est, materia forma robigine deceptus et ea re inductus quod pleraeque omnes inscriptiones cum illis fere concinebant, quae iam aliunde notae neque a Bergkio ipso, qui earundem exemplaria alia edidit, in dubitationem vocatae erant; huc accedebat, quod eorum argumentorum, quibus Bergkius Desjardinianas damnaverat, alia intellexeram falsa esse (nam lectiones illae suspectae Desjardinii erant, non glandium ipsarum), alia[1]) non minus quam contra Desjardinianas pugnare contra Bergkianas, quas quidem ego tum non examinaveram sed auctoritate Bergkii, tanta fiducia omnem ab illis suspicionem[2]) alienam esse contendentis, inductus genuinas esse putabam[3]). Scrupulum mihi non movebant nisi perpaucae (maxime Labieni et Paapii et Divi Iulii nomina exhibentes), quas dubitationi obnoxias esse in litteris ad Mommsenum datis fassus sum; nec publice tacui sed in comm. min. acad. Berolin. 1875 p. 477 scripsi duas inscriptiones (Paapii et Divi Iulii) habere quaedam quae permira essent atque explicari vix possent, usus his verbis *sehr seltsam* et *höchst auffallend*.

At parum σκεπτικῶς me tum iudicasse mox intellexi, neque paucas tantum illas condemnandas esse sed omnino tam Desjardinianas quam Bergkianas omnes paucis mensibus interiectis in comm. min. 1876 p. 64 sqq. statim veri censui simillimum esse, postquam Feuardentius harum glandium novam seriem, inscriptionibus ab audaciore iam falsario proprio Marte confictis plenam, mihi transmisit, cum editores ipsi in errore perseverare mallent conviciis usi contra eum, qui sententiam suam retractaverat. Desjardinius enim non destitit aliis fasciculis ceteras centurias horum commentorum edere, quin etiam academiae Parisinae de una inscriptione, quam ex nummo anni pugnae Actiacae a falsario repetitam esse in comm. min. 1876 p. 72 docueram (M·ANT·C·III | IMP·IIII, vide n. 64*, 655 et alterum exemplum in eadem forma sed paullo minus plene excusum 654), commentationem proposuit (editam in *Comptes Rendus* 1876 p. 168 sqq.), qua de sinceritate plane securus demonstrasse sibi visus est, quo pacto bello Perusino posterior non esse possit. Postremo in fasciculo quinto p. 95, quot populi, oppida, duces, legiones aliaque corpora militaria ex scriptoribus nummisque antiquis nota essent (CLXXII), quot vero iam glandibus suis in lucem prolatae essent (CCLXVIII), enumeravit elencho sane specioso ac magnifico, sed, etiamsi eae

---

1) Ex. gr. inscriptiones diversorum temporum in eadem glande coniunctae (Bergk ann. Rhen. 55 p. 68) vel diversorum locorum temporumque inscriptiones apud unum Asculum repertae (Bergk p. 67, collatis Bergkianis p. 12 sqq. Siculis, 15 sqq. Asculanis, 64 Perusina).

2) excepta dimidia unius glandis inscriptione, de qua p. 70 in adnotatione dubitationem professus est, iis tamen, quae supra affirmaverat *(von den Fälschungen der Fabrik zu Ascoli völlig unberührt)*, ipse contradicens.

3) Ita in comm. min. acad. 1875 p. 476 dixi: *Obendrein ist die (Legende) von 127 ff. durch die drei von Bergk publicirten Stücke als antik bestätigt.*

glandes non essent nuper demum incusae omnes, tamen magna ex parte falso; nam multa insunt a Desjardinio male lecta. Desjardinius enim non solum in plurimis inscriptionibus legendis supra quam credi potest erravit, verum etiam permultas inscriptiones inscriptionumve reliquias tamquam in glandibus lectas, saepe ne dubitationem quidem professus, delineavit edidítque, quarum nec volam nec vestigium in ipsis exstare intellexi confirmantibus amicis, quibus archetypa monstravi. Atque in utraque re tam saepe et tanto opere peccavit, vix ut alterum huic par exemplum in universa re epigraphica reperiri queat nisi forte tituli Pestinenses ab eodem editi, de quibus exposuit Mommsenus in Ephem. epigr. II p. 354 sqq. Singula h. l. persequi eo minus opus est, quod exempla a me in comm. ac. 1875 p. 470 sqq. composita sufficiunt et quod omnes a Desjardinio Desideratorum fasciculis 2. 3. 4. 5 editas inscriptiones spurias esse nunc constat ac praeterea archetypa, quae falsarium adhibuisse nunc demonstratum est, tot lectiones Desjardinianas per se refutant[1]). — Bergkius vero tantum afuit, ut me monentem audiret, ut etiam acrius suarum quidem glandium sinceritatem assereret easque, interim novis eiusdem officinae incrementis auctas, denuo libello *Inschriften römischer Schleudergeschosse*, Lipsiae 1876[2]), in lucem proferret, ad contumelias descendens, quae ut certo sunt liberali homine indignae, ita num provocatae fuerint commentatione mea sententias eius, non ipsum impugnanti, arbitrio cuiusvis existimandum relinquo. Bergkium doctum sagacem ingeniosum omnes merito admirantur, eo magis autem dolendum est eundem nescio quo animo interdum transversum actum sua ipsum merita obscuravisse. — De Desjardinio et Bergkio unum addam hoc. In commentariis minor. acad. Berol. 1875 p. 471 sqq. cum multa, quae male legisset Desjardinius, notavissem et correxissem, ex longa errorum serie haec exempla me proferre praefatus, Desjardinius fasc. 4 p. 55 eorum errorum parte parva emendata sicut ego correxeram[3]), fasciculo 5 (edito m. Iulio 1876) p. 92 me reprehendit, quod ego hos errores notassem ante quam ceteri Desideratorum fasciculi prodiissent; Bergkius mox (*Schl.* 1876 p. 10 not.) me notavit, quod non omnes Desjardinii errores correxissem[4]), quid quod p. 122 lin. 20 (cf. p. 36) glandis 74*, 101 lectionem *opterga*, quam a me demonstratam (*Monatsber.* 5 Iul. 1875 p. 474; cf. infra p. 135) Desjardinius interim (fasc. 4, mense Septembri a. 1875 Parisiis edito, Corrig. p. 55) receperat, me post Desjardinium quasi meum inventum edidisse insimulavit. — His quae necessitate coactus uberius exposui, adiungenda quaedam sunt de Raphaele Garruccio. Garruccius postquam a Bergkio a. 1875 glandes Desjardinianae, a me tam hae quam Bergkianae in suspicionem vocatae vel damnatae sunt (*Monatsber.* 1876 p. 64 sqq.), denique a Gabriellio et me a. 1877 m. Sept. Asculi in hanc rem diligenter inquisitum est ita ut in eo

1) Quid falsarius ipse, optimus sane iudex, de Desjardiniana fraudium suarum editione senserit, infra commemorabo.

2) Cf. Mommsenus in ephemeride *Im neuen Reich* 1876, II p. 417 sqq.

3) Magnam earum inscriptionum copiam, quas ipse detexisse sibi visus erat, quae tamen omnino non exstent in glandibus, in Corrigendis illis non attigit.

4) Praeterea quod inscriptiones lectu difficiles me attigisse negavit, egregie eum falli haud pauca et ab Desjardinio et a Bergkio ipso minus recte lecta demonstrant; ex. gr. 64*, 199 al. L MVRILVR legit Desj., idem postea fasc. 4 L MVRILVS 'correxit', DON MLVII Bergkius ann. Rhen. 55 p. 48 cum legisset, mox meam lectionem (*Monatsberichte* 1875 p. 471 not.) CMVMLVII ipse *Schleuderg.* p. 115 recepit. Idem ed. I p. 54 non recte legerat VIPOMES, quem errorem etiam lithographus eius in imagine tam ed. I quam ed. II exhibuit (cf. *Monatsb.* 1875 p. 474); postquam autem ibid. p. 475 verum VETOMES ego demonstravi, in contextu editionis II p. 125 sq. hanc T probavit, ceterum a me correctam esse tacens, sed errorem mihi in v. sequenti insimulans, qui nullus est. Nam l. l. non HCOVN edidi, ut Bergkius *Schl.* p. 86 indicat, sed HCON eoque reliquias satis accurate reddidi, videlicet typis. Inscriptio enim integra (scilicet a falsario conficta) est HERNIA (comm. acad. 1876 p. 66) non ut putavit Bergkius HERIVM aut HERMM.

oppido tunc hominum sermones excitarentur, — Garruccius, inquam, qui prius de hac re tacuerat, paullo post in *Civiltà catt.* X, 4 (Dec. 1877) p. 710 sqq. et X, 5 (Mart. 1878) p. 727 sqq. de glandibus ab falsario Asculano nuper 'impressis' disserens illa quae supra dixi commentaria non memoravit, sed quasi ipse primus detexisset fraudem coarguit, insuper iis, quae nos in *Bull. dell' Inst.* 1877 p. 172 sqq. ex effossionibus nostris patuisse dixeramus, in dubitationem vocare ausus iusto argumento nullo allato (cf. quae dixi ad n. 10 quaeque Gabriellius contra Garruccium disseruit in eph. Asculana *L' eco del Tronto* 23 Dec. 1877). Idem autem Garruccius inter primos fuit, qui cusas pro genuinis ediderint (v. ad n. 84* 5); quadraginta glandes ipse adquisivit, quas a falsario Asculano 'impressas' esse postea intellexit (*Civiltà* X, 4 p. 711 sq.; cf. 5 p. 728); indicia falsitatis tam cusarum quam ceterarum neque accurate indicavit neque videtur satis novisse: nam in Sylloge a. 1877 sq. non solum falsas musei Kircheriani n. 1* sqq., quamquam ei inter paucissimos per multos annos eas examinare licuerat[1], verum etiam tunc adeo cusas quasdam (n. 68* 14. 20, 69* 38, 87* 1 sqq.) pro genuinis edidit. — Sed redeo ad ipsam rem.

Absolvi quaestio non potuit nisi patefacta ipsa glandium origine et examinatis museis inprimis Italicis. Vtroque munere mihi ab Instituto nostro archaeologico demandato perfunctus sum inde ab anno 1877. Et Asculi quidem a. 1877 primum Gabriellius et ego effossione in Castellani alveo instituta inquisivimus, quales tandem glandes ibi reperirentur aut non reperirentur (cf. *Bull. dell' Inst.* 1877 p. 172 sqq. et supra p. 5 sqq.). Deinde eodem anno Asculi ab amicis peritis adiutus diligenti investigatione effeci, ut certissime constaret, quis esset spuriarum illarum glandium auctor, qui eius socii, inprimis is qui Parisios vendidisset, denique quali falsarius usus esset fabricandi artificio. De singulis satis est commemorasse haec. Cognovi Asculanum quendam, qui Iosephum Vincenzini (in vico Carassai natum) in ipsius taberna glandes incudentem viderat de eaque re sermones cum illo fecerat; idem mihi cusionis modum indicavit, quem verum esse experimentum a nobis statim factum successu felici comprobavit. — Canonicus quidam Asculanus, vir sanctus et doctus, mihi rettulit, Vincenzinium Desjardinii fasciculo ad glandes spectanti primo inspecto miratum magno opere esse et questum quoque de tanta doctrina tantaque pecunia in suis (Vincenzinii) commentis frustra consumpta inscriptionumque suarum magna parte male lecta intellectave, alias autem monuisse, sibi (Vincenzinio) plane ignotas, omnino confictas esse a Desjardinio, falsariumque ipsum in animo habuisse, de ea re ad hunc ipsum scribere. Sed hoc ei canonicus ille, professoris Parisini miseratione quadam motus, dissuasit. Id quod sane dolendum est. Nam proposito eo honesto abiecto falsarius tantum afuit, ut Desjardinium a continuanda editione deterreret, ut praeferret viro doctissimo succurrere glandibus quibusdam excusis (cf. p. 96 sub 2), quae lectiones Desjardinianas falsas exhiberent (id quod conieceram *Monatsber.* 1876 p. 66—68). — Quid quod Vincenzinius se ipsum aliquando suo artificio deceptum esse non sine iactantia praedicavit; glandem enim quandam inscriptam, quam a rustico quodam genuinam iudicans emisset, postea demum se intellexisse inscriptionem ab semet ipso incusam exhibere narravit. — Ac scite sane, si quis aliquando de glandis (videlicet inscriptionis incusae) sinceritate dubitavit, ille Fidem meam, inquit, obligo glandem antiquam esse; insipientis est mehercules spuriam iudicare. — Etiam nummos tam novicios quam (in quibus cognoscendis studium diu collocaverat) antiquos imitari egregie callebat. Cui canonicus ille cum quondam nummum aeneum Romanum utendum dedisset, postridie in eius officina rem suam repetiturus duodecim iam alia eius nummi exemplaria a Vincenzinio efficta invenit et tanta quidem arte efficta, ut archetypum discerni non posset nisi ex signo quodam occulto, quod falsarius antea inscripserat. — Ex bibliothecae municipalis Asculanae diario cum didicissem, quos libros Vincenzinius utendos accepisset, in iis repperi indicatum etiam Cohenii

1) Has musei Kircheriani glandes falsas esse ego tunc detexeram, sed de hac quidem re nihil cum quoquam communicaveram.

catalogum nummorum consularium, ex quo tot denariorum inscriptiones illum in glandes (*Monatsber.* 1876 p. 70 sqq.) transtulisse manifestum est. In reliquis insunt: Rich, dict. antiqq.; Colucci, *antichità Picene*; *Enciclopedia*; Desjardins, Desideratorum fasc. 2. Eundem Minicii tabulas, itemque glandes nonnullas musei Asculani transcripsisse comperi testimonio certo. — Denique Asculi 16 Sept. 1877 ex ore ipsius Vincenzinii confessionem audivi, se glandes adulterasse, et audivi quidem coram testibus duobus viris illustrissimis Asculanis.

Fabricandi modus, quo falsarius usus est, huiuscemodi est. Lignum durissimum (ex. gr. buxi vel sorbi) in duas partes secatur, utraque pars in formam dimidiatae per longitudinem glandis scalpello incisorum excavatur, litterae in cavorum utroque aut altero utro inciduntur, glans antiqua non inscripta in haec cava inseritur et incuditur. Robigo adulterina glandibus post cusionem sive liquore acido sive alio modo facile potest addi; sed plerumque falsarius non videtur addidisse, quia genuinis quoque glandibus Asculanis non multum robiginis inest aut tam dura, ut cudendo non admodum laedatur.

Plane nova praeterea res observata est in his glandibus cum in Bergkianis tum in prima Feuardentii serie, dico exemplaria palimpsesta (sicut vocavit Desjardinius) i. e. glandes bis pluriesve incusas. Ac Desjardinius quidem quod haec primus detexerit et in Desideratis suis ediderit ut sibi honori ita Mommseno, quod in Corpore Inscriptionum desiderarentur, vitio videtur vertisse. Suspectas esse eiusmodi glandes cum ego (*Monatsber.* 1876 p. 80) tum Mommsenus (l. l. 1875 p. 479) recte iudicaveramus, nam, ut re diligenter examinata in *Bull. dell' Inst.* 1877 p. 176 extr. cum Gabriellio affirmavi, in glandibus non adulteratis inscriptiones nullae cernuntur incusae multoque minus reperiuntur glandes antiquitus repetitam cusionem passae. Sed nunc originem quoque illorum exemplarium explicare possum. Vincenzinius enim si cuius glandis cusio male processisset, non abiecit glandem, ne eius pretium licet vile (1 aut 2 solidos aeneos Italicos) perderet, sed sive in eadem[1]) sive in alia[2]) forma denuo excudit[3]). Pleraque eorum, quippe male excusorum, incertae plane lectionis sunt: haec igitur omisi; ea, quae clarius legi possunt, non distinxi a ceteris, nam nunc origine eorum patefacta id nullius plane foret usus. — Bergkius inter suas glandes detexisse sibi visus est exemplaria ex binis frustulis conferruminata (*'zusammengelöthet'*). Mihi quaedam cudendo potius videntur coniunctae esse. Cf. quae Garruccius in n. 91*, 1-3 observavit, quae tamen glandes non sunt huius falsarum generis.

Indicia externa, quibus hoc spuriarum genus proditur, cum alia sunt tum haec: litterae cusione factae et robigine (quae saepe est crusta durissima) posteriores; hastarum margines acutae; orbes lunulaeque litterarum O, B, C al. angulatis lineolis constantes; denique inscriptiones mancae in glandibus integris, videlicet inde natae, quod glans antiqua a falsario incusa in formam ligneam parum quadravit; in genuinis inscriptionibus id fieri non potuit propterea, quod eae ita factae sunt, ut plumbum in formam inscriptam infunderetur; cf. praef. § 4, ubi de antiquo glandes fabricandi modo exposui. Ibidem aliud quoque indicium, quod ad formam glandium et mensuram inscriptionum pertinet, memoravi. Vt in robigine cusionem detegas, inprimis examines hastas et, si litteris vacua est, aversam partem, in quibus dura robiginis crusta dissilire solet. In paucis glandibus falsarius tam caute rem egit, ut, utrum cudendo facta sit inscriptio necne, ne exercitatis quidem oculis discerni queat.

---

1) Ex. gr. 64*, 2 et 25.

2) Ex. gr. 64*, 17 AP post *leg.* XII | SCAEV*a* et in n. 64*, 95 C 11 ante L 8 incusa sunt.

3) Bergkius cum in suis quoque glandibus exemplaria pluries incusa invenisset, hoc ipsum sinceritatis certum indicium esse censuit; itaque in ann. Rhen. 55 p. 71 dixit: *ja eben die Umstempelung ist die beste Bürgschaft ihres unverdächtigen Ursprungs.* Quid quod etiam in ed. II *(Schleudergesch.)* p. 160 eadem repetivit, licet a me in comm. min. acad. 1876 p. 76 et 80 de mala eorum fide monitus esset.

Interna falsitatis indicia ut facile agnoscerentur, varia inscriptionum a Vincenzinio incusarum genera breviter infra significavi.

1) Falsarius repetivit inscriptiones ex Minicii libro, tam genuinas quam (id quod vel ipsum fraudem prodit) falsas et male lectas, quas infra subieci.

a) Minicianae spuriae aut (quibus addidi: 'susp.') suspectae a falsario Asculano incusae:

	Min. tab. II	apud nos	
1	*Roma*	1*	
4	*feri-Mag*	19*	
7	*leg* $\overline{X}$*VIII* | *fir*	11*	
8	*l* *VI* | *vol*	8*	
9	*leg* | *VI f*	9*	
11	*l XXX* | *u v*	12*	
12	*Mar* | *VIt*)((fulmen)	13*	
18	*l. Ital*	4	not., susp.
20	LIIIIA..	5*	
21	*l.* $\overline{II}$ *Ital*	4*	
24	ЧAⱵ	3*	
26	LA	48	susp.
29	*trepi*	15*	
31	*vel*	16*	
32	AR	35, 1	susp.
33	VIII)(И [sic pro H]	47	susp.
34	SER | VI)(TƧIЯƎ	14*	
56	*l. v. m.*)(*p fel*	6*	
64	*l XII* | *ful*	10*	
77	C–O	122	susp.
78	*p*	123	susp.
I	·D·I·Ƨ·F·	32*	
II	CAES IMP | LEC XI //)(⋞⋞⋟⋟	19*a**	

b) Minicii lectiones falsae vel minus accuratae a falsario Asculano repetitae:

	Min. tab. II	apud nos	
2	*am*	82	*L. Rusti* | *Optati*| *a ml.* (fort. eadem est)
3	*feri*–COMA	9, 13	} *feri-Pomp*
12	*Pompei*	9, 30	} *feri-Pomp*
14	*feri*	9, 29	} *feri-Pomp*
17	ΊAȣᴡ	17, 1	} ⱵGVⱵ; Desjardinius p. 13 n. 18 *Iaphi* vel *laphl.* (*Iapygia?*), mox p. 55 *Paphi* vel *Paph. G.* interpretatus est
19	L·GAL	17 not.	}
22	FTR (*Etr*)	6 not.	FIR
23	ASCLARO^A | NON	11	*Asclanis* [*d?*]*on*
28	*feri Pompeium*	9, 24	*feri-Pomp*
30	M II | MALVI | M	27, 5	*em tibe malum malo*
38	*l XI divom Iuliu* (uno v.)	77, 1	*l XI* | *divom* | *Iulium*
41	*P. Rufus* (*Ryfus*) | *imp*	68	*Rufus imp*
48	LVFUIΛS'A	87, 5	} LVFИASIA
50	ƨIИEMASA	87, 7	}
51	KΛΛ´TON: CAⱢVI | PΓRISTI)(C CAIISARVS | VICTORIA	64	ⱢANTONI CAⱢVII | PIIRISTI)(C·CAIISARVS | VICTORIA
52	RVΓ. NA | VI IΓ laesam esse non indicans in tab.	54	ubi vide

	Min. tab. II	apud nos	
53	GA AP·Ꝟ} laesam esse non indicans in tab.	66, 3	ubi vide
54	L · II	70	L · IIII
58	: LEC · XI	111	LEG XI
60	CXII	81, 2	L·XII
61	PVƧ ⅄ XII	115	P·XV
63	*L. Maenius* | *pr. l.* XII ⅄ X | *millia*	112	lectionis suspectae
65	L·XIII	113, 2	IIIX·J
68	LEC·XX	26, 3	˙LEG·XV
69	FRI·PISA }	12, 4	FRI·PICA ..M
70	FRI·PIC }		
71	FRI | TOMR	9, 26	FERI ⅄ POMP
73	*T.* (sic) *Fabricius* | *fecit* (sic duob. vv.)	116	C·FABRICIVS FECIT
79	PIR	7, 2	ЯIЧ
81	PISON	1, 27 }	L·PISO·L·F ⅄ COS
83	LꝉLΓ ⅄ COS	1, 20 }	

Minicii has lectiones falsas suis locis refutavi. Ad falsarium notandum consideranda praeter cetera exempla sunt haec: in glande Dodwelliana musei Monacensis (apud nos n. 1,20) quod est L·PI////L·F, male Catalogus Dodwellianus 1837 p. 27 sic L·Γ·L·E exhibuerat; ex hoc peius sic LꝉLΓ repetivit Minicius tab. II n. 83, idque postremo falsarius recudit. Porro glandis musei Perusini (n. 66, 3) inscriptionem evanidam Minicius n. 53 ita exhibuerat, ut defectu in tabula non indicato litteras tantum modo quasdam, quas primo obtutu agnoscere possis, nec tamen recte depingeret: iam vero in falsarii exemplis haec frustula inscriptionis clare recusa exstant in glandibus omnino non detritis sed integerrimis, quo accedit, quod haec frustula maximam partem malae lectioni debentur, nam non GA AP·Ꝟ in glande est sed CAESARVᴧ et supra scriptum: FELIX.

2) Falsarius inscriptiones aliunde notas per ludibrium vel errorem immutavit, cuius generis sunt praeter ceteras hae:

feri pqm et *feri rqm* (pro *feri* | *pomp*)
tmr (pro *tomr* falso et ipso)
L·ANTOIICAVI (64*, 211 sqq. 406 sqq.) et K AATON | CAAVI (64*, 510 sq.) pro L ANTON CALVII
C CAVSARVS 74*, 80 (pro C CAIISARVS)
ΔΛΞΑΙ (pro ΔΕΞΑΙ glandis Atheniensis)
opter|*cai* et *opiter* ... et (ad Desjardinii lectionem spuriarum falsam; cf. p. 93)
operor (pro *opterga*, vide n. 30)
C MVM LVII | MVSA et q. s. secundum Minicii imaginem n. 45, mox C MVRILVR ad Desjardinii lectionem spuriarum falsam pro L·A·CALVII FVLVIA (n. 65)
lufulasia 64*, 659 ad Desjardinii lectionem spuriae n. 64*, 218 falsam pro LVFИASIA (n. 87).

3) Nonnullas inscriptiones falsarius ex genuinis glandibus musei Asculani repetiit, inter quas hae sunt ab eo male lectae:

tasen (vel *taer*) *velomes* et q. s. (vide n. 28 sq.)
aurus vopis malo (vide n. 29)
ꓘᐱAR (vide n. 34).

4) Inscriptiones multas suo Marte confinxit falsarius, postquam audacior factus et a sociis monitus est, ne eadem totiens repetendo emptoribus fastidium pareret. Ex infinita fere earum copia satis est genera quaedam composuisse haec:

a) Inscriptiones nummorum cum Osci (Paapii) tum Romanorum, quas infra composui (cf. *Monatsber.* 1876 p. 70 sqq.):

glandes n. 64*		nummi (Corp. I)	
598	C·Æ·VR:	305	C·ÆVRI·GEM
410 al.	M·ABVRI	306	M·ÆVRI
529	anTEƧΓ GRAC	307	L·NES GRAG
530	anTES.. GRAC		
531	ɔƎTNA:		
532	ANTESΓ GRAC		
533	L·ANTE //R		
553	M AVF IMP	321	M·AVF
554	M·AVFI:		
593	L·AXIVS	476	L·AXSIVS·L·F·NASO
643	Q L·CASSI F	447	L·CASSI·Q·F
536	C·PLVTIN R·C·CATO	297	C·PLVTI
537	// PLVTIN C·CATO	299	C·CATO
522	COSSVTI SABVL	481	L·COSSVTI·C·F·SABVLA
560	FABI·R LABEO	343	Q·FABI·LABEO
528	M·FAN·CRIT AED PL·PL	422	M·FAN·L·CRT·AED·PL
328a	M·FAN·C T AED		
592	L·FARSVLEI MENSOR	450	L·FARSVLEI·MENSOR
458	FOS	362	SEX·PO·FOSTLVS (Pompeii Strabonis pater? Cf. Mommsen, *Münzwesen* p. 552)
451	KALEI RACOR	484	KALENI CORDI
451a	KALEN ///COR		
585	KALENI COR		
581	P. LENT·P F· L·N·Q	446	P·LENT·P·F·L·N·Q

	glandes n. 64*		nummi (Corp. I)
544	N·LV A·TRIO	286	CN·LVCR·TRIO
545	·N·LV·ı A·TRI⌒		
546	C·N·LV:: \·TR		
586	mETE· ROMA	334	METE ☓ ROMA [1]) (cf. Mommsen, *Münzwesen* p. 537 n. 134)
506	L·PLAETO L·F·Q	464	L·PLAETORI·L·F·Q
507	L·PLAETORI L·F·Q		
579	C·POBLICI:C:	454	C·POBLICI·Q·F
577	POSTVMI A	493	C·POSTVMI·A
571	L·RVST//I	456	L·RVSTI
572	Δ L·RVSTI/		
573	Δ L·R//////		
525	P SVLA	273	Γ·SVLA
547	A\//·TVLLI R O M	369	ROMA ☓ M·TVLLI
548	ROM·R C· T V L L I		
549	ⁿ A·T·LL,,I R O M		
543	ROMA M BALBI	325	ROMA ☓ M'·ACILI·BALBVS
534	M·VAR·ROM	335	ROMA ☓ M·VARG
654. 655	M·ANT·C·III IMP·IIII } retro scr.		Cohen, Antonia 64 (a. 723/31)
504 al.	*G. Paapi G.* (Oscis litteris)		Friedlaender 4 sqq. Mommsen, *Münzw.* n. 217
445s al.	Q·LABIEN PAR		Cohen, Atia 1

b) Nummi saeculi post Chr. quarti (*Monatsberichte* 1876 p. 74):

479	GLO(*ria*) : ROM(*anorum*)	Eckhel VIII p. 542
(cf. 477	R O M A POTENS } (retro scriptum)	quod ad exemplum inscriptionis *invicta Roma* aliarumve potest fictum esse, sed repetitum videtur esse ex Horatio epist. II 1, 61)

1) Haec quamquam in *Monatsber.* l. l. comparaveram, Bergkius *Schl.* p. 143 nihilominus suam glandem 169 [vide n. 74*, 169] explicavit *mete r(us)* aut *r(uri)*. Non meliore coniectura usus est in 74*, 147; vide p. 121 princ.

c) Nomina virorum illustrium inde a Marcio Coriolano et Furio Camillo usque ad M. Antonium cos. III imp. IIII i. e. ad annum pugnae Actiacae (cf. *Monatsberichte* 1876 p. 69):

M(*arcius*) CORIOLANVS	CN·LEN(*tulus?*)
M(*arcius*) CORIO(*lanus*)	C·LVCIL(*ius*)
FVR(*ius*) CA(*millus*)	L·CAL(*purnius Piso?*)
M(*anlius*) TOR(*quatus*) (retro scr.)	L(*entulus*) SPINT(*her*[1])
C·FABR(*icius*) LVS(*cinus*)	M(*inucius*) RVF(*us*) IMP
AE(*mi*)LIO[sic] LEP(*ido?*)	M·ANT(*onius*)·C(*os*)·III | IMP·IIII (retro scr.[2])

d) T. Afranius et Iudacilius hic leguntur ex vulgata scriptura falsa (pro Lafrenio et Vidacilio); T. Auridius 64*, 159 al. repetitus est ex inscriptione Fabrianensi (Orellii 799 = 3048) suspecta (Henzen p. 264), item Sex. Netrius 64*, 567 al. ex Fabrianensi Orellii 3456 male lecta (Henzen p. 348, cf. n. 7170). Ex ceteris commentis multis sufficiat memorasse *debell. superb.* (ex Vergilio Aen. 6, 853 sumptum, cf. *Monatsber.* 1876 p. 79) et *edite miseri* ad famem obsessorum (scilicet Perusiae) alludens.

5) Ex Minicio in usum suum falsarius vertit non solas Asculanas inscriptiones sed promiscue etiam ceteras: Siculam Pisonis, Perusinas, Cumanam 107, denique adeo Atheniensem (ΔΕΞΑΙ), et in iis glandibus exhibuit, quae tamen Asculanae et essent (a ceteris ipsa forma distantes) et a venditoribus esse dicerentur. Non magis curavit Italicorumne an Romanorum inscriptio fuerit. Vnde factum est, ut omnium illarum regionum inscriptiones Asculanis in glandibus redirent, quin etiam aliquot glandes emergerent Asculanam cum Perusina aut Italicam cum Romana coniunctas exhibentes (cf. ex. gr. Bergkianas 74*, 11. 12 et Bergkium *Schl.* p. 66—68, qui ne has quidem suas glandes damnavit mira interpretatione usus). — Plerarumque Asculana origo a venditoribus non est dissimulata; immensus numerus ne suspicionem moveret, primum in vulgus sparserunt, fossiones nuper in alveo Castellani factas esse: ac re vera tum permultae ibi glandes repertae sunt (p. 5 sq.), at inscriptae paucissimae; deinde eo confugerunt, ut glandes ab comite Arpinio per multos annos collectas iam venisse (*Monatsber.* 1876 p. 64) narrarent: hanc meram esse fabulam a negotiantibus fictam Asculi comperi (vide ad n. 64*). — Nonnumquam tamen etiam originem falsam mentiti sunt cum variandi gratia tum ut merci pretium augerent. Ita quaedam apud Hatriam et Maceratam repertae esse dictae sunt (vide ad 64*, 1. 85*), Vrbisalviae 81*, Cortonae 87*, apud lacum Trasimenum 90*, apud *Sathonay* Galliae 80* cf. 96*; denique duae 67*, 1 et 9 Athenis provenisse feruntur.

Glandium Asculanarum commercium quam late patuerit, ex sylloge infra edita facile patet. Praeterea de hominibus, qui merces illas quoqueversus divendiderunt, mihi relata sunt haud pauca; eorum non alienum a re fuerit commemorare haec: Feuardentius anno 1875 mihi miserat glandem FIR inscriptam ut manifesto spuriarum specimen (n. 97*a**); atque ea profecto neque plumbo neque litteris noviciam originem ullo modo dissimulat. Iam vero a. 1877 Asculi Venturinius aurifex glandem illi plane geminam (n. 97*b**) mihi dedit eodem consilio, i. e. ut cum glandibus male in suspicionem vocatis conferrem, addens se tria exemplaria eius falsarum speciei vidisse. Confictae sunt ambae vel tres eo consilio a falsario eiusque sociis, ut commenta sua, i. e. inscriptiones noviciae in antiquis glandibus excusae, hominibus facilius imponerent. — Deinde Venturinius me docuit glandium antiquarum superficiem longo situ tam obduratam esse, ut, si glans fervefieret, interius plumbum liquefactum proflueret, exterius autem crustae instar durum remaneret. Idem plane Feuardentio venditores indicaverant,

---

1) Cf. Caesar b. civ. I 15: *id oppidum* (Asculum Picenum) *Lentulus Spinther decem cohortibus tenebat.*

2) Etiam postea quam hanc seriem sic explicandam esse monstravi, Desjardinius et Bergkius in suis interpretationibus miris perseverabant.

videlicet hoc agentes, ut glandes suas antiquas esse empturo persuaderent; et glandes ipsae sane sunt antiquae. — Denique a. 1877 idem Venturinius sese glandes ante tres quattuorve annos effossione a se facta repertas Parisios vendidisse mihi narravit.

Ita cum erroribus editorum tum negotiantium fraudibus immanis perturbatio universum inscriptionum genus occupavit. Inscriptio genuina, ut POMP, editur male lecta diverse, modo ROMA, modo COMA, modo TOMR; falsarii hos editorum errores sive ficticiis sive genuinis glandibus inferunt, ut iam omnes illae lectiones falsae in plumbo quoque reperiantur; hae falsae glandes pro genuinis habentur et eduntur, sed a quibusdam editoribus denuo perperam leguntur, ut OPÉROR Desjardinius, OPTERVA Bergkius effecerunt ex OPERGA; inscriptionem ex L·A·CALVII fictam a falsario hanc CMVMLVII male legerunt CMVRILVS Desjardinius, DONVM LVII Bergkius; denique eiusmodi falsae falsarum lectiones ab eodem falsario in glandibus denuo excuduntur (OPEROR et CMVRILVS). Profecto in nullo alio inscriptionum genere et describentium edentiumque culpa et falsariorum fraude errorum propago umquam latius patuit.

Quae cum ita sint, omnino diffidendum erit omnibus glandium inscriptionibus nisi prolatae erunt ab eo, quem didicisse constet de his rebus recte iudicare; deinde hoc tenendum erit, unam quamque eiusdem originis seriem, in qua una falsa deprehensa sit, universam tam diu suspectam esse habendam, donec ab homine perito glandes ipsae examinatae sint; cf. quae dixi in comm. min. acad. 1876 p. 78.

Ad inscriptiones Vincenzinianas investigandas, explicandas, describendas non minorem curam contuli quam si antiquae essent, nam hoc est vere operam perdere, prava haec commenta neclegenter examinando in peius depravare; a quo cum priores sane non satis cavissent, ea quam supra significavi confusione hoc inscriptionum genus perturbaverant, non sine summo eoque improbo labore nobis iam expedienda. At vero religionis esset, in inprimendis his[1]) quidem fraudibus ita versari, ut litteris maiusculis integra mutila cum omnibus scripturae minutiis accurate repraesentarentur, ac putidam profecto diceres diligentiam in his talem collocatam, quippe quae ab harum inscriptionum pretio abhorreret nec rei ipsi vel lectori conduceret. Nempe hac editione id agitur, ut eae inscriptiones, quae ad hoc genus falsarum pertinent, colligantur et priorum erroribus remotis recte lectae exhibeantur, omninoque haec materia ita proponatur, ut ea usi fraudes cognoscere ab iisque cavere possint. Iis autem hac, qua usus sum ratione (vide quae p. 107 ante n. 64* notavi), plene satisfactum esse confido. Ea commodo quoque lectoris consuluit indice subiecto, quo omnia eiusdem inscriptionis exemplaria composita sunt. — Priorum editorum, praecipue Desjardinii, in legendis inscriptionibus errores fere non attuli, quia hoc plane a re ipsa et proposito nostro alienum est. Si quem tamen iuvabit, nostro elencho cum editione illius comparato facile intellegere poterit, quae eius inscriptiones aut aliter legendae sint aut omnino nullae sint (nam, quo de iam monui, multas ille edidit, ubi ne incertae quidem lectionis vestigia exstant); praeterea inspiciat, si velit, specimen errorum Desjardinii, quod exhibui in comm. minor. acad. Berol. 1875 p. 470—474. — Frustulorum, quae male excusa et incertae lectionis sunt, permulta me omisisse consentaneum est. — Tabulis imagines heliotypicas ad ectypa[2]) efficta repraesentavi tanto numero, quantus sufficere videretur ad incusarum speciem a genuinis distantem aliquatenus cognoscendam; sed per se patet, certum de his fraudibus iudicium acquiri non posse imaginibus sed glandibus multis tam genuinis quam ficticiis examinatis et inter se comparatis.

---

1) In n. 1* sqq. res paullo aliter comparata est. Nam fere omnes diu notae, saepiusque ab hominibus doctis editae adhibitaeve sunt, deinde cum a Vincenzinio in suis glandibus repetitae sint, non parvi sunt momenti ad eius fraudes coarguendas. Huc accedit, quod paucae sunt prae illarum copia ingenti. Quare in his quidem alium edendi modum praeferendum esse duxi.

2) Foramina nonnulla minuta, quae ex. gr. tab. XIII, 14 in litteris EDI apparent, nata sunt in ectypis formandis; ab archetypis absunt.

1* [Corp. IX 664*] De origine vide ad n. 9, 12. Nunc est musei Kircheriani n. 201.

ROMA

Taf. XI 1. Descripsi. — De Minicis t. II 1, p. 202 sq. (Mommsen vol. I n. 644; Ritschl t. VIII 6); Garrucci Syll. n. 935; Ruggiero Catal. n. 201.

2* [Corp. IX 665*] Musei Kircheriani n. 203.

ITAL

Tab. XI 2. Descripsi. — Garrucci Syll. n. 936; Ruggiero Cat. n. 203.

Insriptionis exempla genuina vide n. 4, quorum tamen spurium fortasse est 7.

3* [Corp. IX 666*] Ex agro Piceno. Nunc in museo Kirch. [n. 211] MINIC.

ЧAF

Tab. XI 3. Descripsi. — De Minicis t. II 24 p. 202. 215 (Fabretti Corp. I. Ital. 1867 n. 2686, bis, b et tab. XLV); Ritschl t. VIII 23; ex prioribus memorat Mommsenus Corp. I ad n. 645; Garrucci Syll. n. 937; Ruggiero Catal. n. 211.

Conficta est ex nummis Hatriae tunc iam notis, ex. gr. ex Delfici libro. In uncia littera T sic ut in hac glande iacet. — Cf. ad n. 119.

4* [Corp. IX 667] Hanc et sequentem professor Vincentius De Paolis [quo de cf. ad n. 18*] in Piceno et ad ripas Truenti repperit, a quo accepit museum Kircherianum MINIC. p. 213. Ibi est n. 214.

L II ITAL

Tab. XI 4. Descripsi. — De Minicis t. II 21 p. 202. 212 (Mommsen Corp. I n. 656; Ritschl t. VIII 24); Garrucci Syll. n. 949; Ruggiero Cat. n. 214.

5* [Corp. IX 668*] mus. Kirch. n. 215. Cf. ad praecedentem.

ꟷII · IIA

Tab. XI 5. Descripsi. — De Minicis t. II 20 p. 202. 212 (Mommsen vol. I ad n. 656; Ritschl t. VIII 25); Garrucci fort. cum praeced. (exemplaria tamen more suo non distinguens), certe ne hanc quidem damnavit; Ruggiero Cat. n. 215.

Falsarius non dubium est quin de *l(egione) II Ital(ica)* cogitaverit, sed de industria inscriptionem mutilam effinxit. Minicius p. 212 per errorem LꟷG I ITAL exhibet.

6* [Corp. IX 669*] Locum non indicat De Minicis. — Nunc mus. Kircher. n. 256.

L · V · M · Ӿ P FEL

Tab. XI 6. 7. Descripsi. — De Minicis t. II 56 p. 234 (Ritschl IX 39, Mommsen Corp. I n. 695); Garrucci Syll. 1083; Ruggiero Cat. n. 256.

7* [Corp. IX 670*] mus. Kircher. n. 217.

L VI
VOLV

Tab. XI 12. Descripsi. — Garrucci Syll. n. 953; Ruggiero Cat. n. 217, qui v. 2 VOL·V non recte exhibet.

8* [Corp. IX 671*] Reperta prope ripas Truenti, nunc in museo Kircher. MINIC. Ibi est n. 216.

L VI
VOL

Tab. XI 9. Descripsi. — De Minicis t. II 8 p. 202. 208 (Mommsen l. l.; Ritschl t. VIII 12); Garrucci Syll. n. 952; Ruggiero Cat. n. 216, qui v. 2 post VOL quod habet V, mihi fortuitum potius visum est.

Bergkius *Schl.* p. 129, qui cum editoribus genuinam esse opinatus est, legendum esse C(*oh.*) pro L(*eg.*) non recte coniecit.

9* [Corp. IX 672*] Ex Piceno MINIC., nunc in mus. Kircher. n. 219.

LEG

VI F

Tab. XII 2. Descripsi. — De Minicis t. II 9 p. 202. 208 (Ritschl t. VIII 12; Mommsen Corp. I 659); Garrucci Syll. n. 954; Ruggiero Cat. n. 219.

10* [Corp. IX 673*] reperta in Truenti ripis, nunc in museo Kircher. MINIC. Ibi est n. 220. Non recte inter Perusinas rettulit Ritschelius, non Minicius, ut per errorem dixit Bergk ann. Rhenan. 55 p. 32 not.

L XII

FVL

Tab. XI 10. Descripsi. — De Minicis t. II 64 p. 287 (Mommsen l. l.); Ritschl t. IX 48; Garrucci Syll. n. 961; Ruggiero Cat. n. 220.

11* [Corp. IX 674*] *ritrovata negli Abbruzzi* MINIC., nunc in mus. Kircher. n. 222.

LEG XVIII

F I R

Tab. XI 8. Descripsi. — De Minicis t. II [n. 7] p. 202. 207 (Ritschl t. VIII 15; Mommsen Corp. I 662; Fabretti Corp. I. Ital. n. 2681 *bis*, *c* et Glossar. p. 484); Garrucci Syll. n. 966; Ruggiero Cat. n. 222.

Cum in inscriptione Gruteriana 1096, 6 LEG XVIII FIRM male pro LEG·XVI·FL·FIRM et in Fabrettiana 385, 221 XVIII.... pro XVI·FL·F... legerētur (cf. Kellermann Vig. n. 34; Mommsen Corp. X 1202, Borghesi opp. VII p. 166), legionem XVIII firmam exstitisse tum quidem credebant. Eo errore seductus falsarius hanc inscriptionem finxit.

12* [Corp. IX 675*] *dagli Abruzzi* MIN., nunc in mus. Kircher. n. 218.

L XXX

V V

Tab. XI 14. Descripsi. — De Minicis t. II 11 p. 202. 209 (Ritschl t. VIII 17; Mommsen Corp. I 664); Garrucci Syll. p. 268; Ruggiero Cat. n. 218.

13* [Corp. IX 676*] inter glandes belli socialis rettulit MINIC., nunc mus. Kircher. n. 234.

MAR

VLT

Tab. XI 13. Descripsi. — De Minicis t. II 13 p. 203. 210 (Ritschl t. VIII 4; Mommsen Corp. I 686); Garrucci Syll. p. 268; Ruggiero Cat. n. 234.

Aversa pars vacua est. Per errorem igitur Minicius in tabula fulminis figuram (in commentario non memoratam) adiunxit, glandis forma quoque adpicta omnino diversa. Eam aut ipse ex nummo aeneo prisco (cf. *Catal. of greek coins in the British Museum: Italy*, 1873 p. 41) aut ex glande nescio qua falsa ad nummum conficta repetivit.

Minicius in earum numero posuit, quae ad bellum sociale spectarent (cf. p. 201 et 210), neque dubitandum est, quin ei indicatum fuerit, glandem apud Asculum vel in agro Piceno repertam esse. At recte Mommsenus l. l. monuit hanc glandem praeterquam quod unica esset inter Latinas, quae certum dei nomen inscriptum haberet, male collocari inter Aprutinas, ut, n i s i t o t a f i c t a e s s e t, Minicius de loco errasse putandus esset. Referri sane posse inter Perusinas. Nam Augustus, qui *aedem Martis bello Philippensi pro ultione paterna suscepto voverat* (Sueton. Aug. 29), dedicavit Martis Vltoris aedem minorem in Capitolio a. 734, alteram maiorem in foro Augusto a. 752 (Corp. I p. 393 et Res gestae D. A. ed. 2 p. 126). Prior autem eius numinis mentio, sicut idem Mommsenus observavit, non exstat. — Ad haec Bergkius *Schl.* p. 109 recte

adnotavit: *Demnach müsste man das Geschoss als moderne Fälschung verwerfen.* At cum eandem inscriptionem in una ex suis glandibus repperisset, sic conclusit: *Allein diese Verdächtigung wird durch das neue Exemplar vollständig beseitigt*; itaque eo confugit, ut Martis Vitoris cultum iam antiquitus apud Italos exstitisse statueret. — At plumbum Bergkianum nuper demum Asculi cusum est (n. 74*, 78) a falsario, qui ex hac spuria inscriptione repetivit.

14* [Corp. IX 677*] nuper rep. prope Truentum MINIC., nunc in museo Kircher. n. 227.

SER)(ITƧIЯƎ
VI

Tab. XI 14. Descripsi. — De Minicis t. II 84 p. 219 (Mommsen Corp. I 646); Ritschl t. VIII 2; Garrucci Syll. n. 948; Ruggiero Cat. n. 227.

Servi X [*p*]*eristi*[*s*]. P et S numquam fuerunt in glande, quippe in qua nullum iacturae indicium insit. Vestigia enim earum, quae Marchianum exemplum a Ritschelio editum exhibet (.ITƧIЯƎP), non sunt in glande. Immo falsarius inscriptionem, quam confinxerat ad similitudinem glandis n. 13, de industria proposuit mutilam. Ceterum cf. n. 46.

15* [Corp. IX 678*] *dagli stessi luoghi* [i. e. Asculo] provenit MINIC., nunc in mus. Kircher. n. 230.

TREPI

Tab. XI 15. Contuli. — De Minicis t. II 29 p. 202. 217 (Ritschl t. VIII 3; Mommsen Corp. I 648); Garrucci Syll. n. 938; Ruggiero Cat. n. 230.

Fortasse *trepi(date)* explicandum esse Minicius coniecit; sed fieri potest, ut falsarius variatam voluerit inscriptionem n. 12.

16* [Corp. IX 679*] inter belli socialis glandes rettulit MINIC., nunc mus. Kircher. n. 231.

VEL

Tab. XI 16. Contuli. — De Minicis t. II 31 p. 202. 218, 1 (Ritschl t. VIII 10; Mommsen Corp. I 671); Garrucci Syll. n. 973; Ruggiero Cat. n. 231.

Velites aut oppidi nomen intellegendum esse putavit Minicius.

17* [Corp. IX 680*] mus. Kircher. n. 233.

FERI

Tab. XI 17. Contuli. — Ruggiero Cat. n. 233.

Vide praefationem p. 88.

18* [Corp. IX 681*] ab De-Paolis [cf. ad n. 4*] adquisivit museum Kircherianum [n. 246] MINIC.

>ꟻƎᗡTƧ

Tab. XI 18. Descripsi. — De Minicis p. 251; ex Minicii apographo inedito Fabretti Corp. I. Ital. n. 2685 et tab. XLIV; Ruggiero Cat. n. 246.

Recepi extra ordinem quamvis non sit Latina propterea, quod ad eandem falsarum speciem pertinet. — Legunt *strev*[*s*]; Fabrettius *Sextus Trebius* dubitans interpretatur.

19* [Corp. IX 682*] ubi reperta sit, non indicavit, sed inter Picenas Aprutinasque exhibet MINICIVS; cf. ad n. 18. Olim Firmi apud Minicium, nunc Perusiae apud comitem Rossi-Scotti.


FERI) X (MAL

Tab. XI 19. Descripsi. — De Minicis t. II 4 p. 202. 203 (Ritschl t. VIII 8; Mommsen Corp. I ad n. 650).

Litterae exsecando factae sunt et quamquam pars glandis resecta est, tamen in-

scriptio integra exstat: *feri*)(*Mag.*, quibus notum illud ex n. 9 *feri*)(*Pomp(eium)* variatum esse puto, per errorem Strabone et Magno inter se confusis. Nam nimis docte pro falsarii indole de Minatio Magio, Vellei Paterculi atavo (II 16), cogitaveris cum Bergkio ad spuriam n. 74*, 33. — Aversam partem male sic fere MAU~ exhibet Minicius, interpretans [*RO*]MA insequente *cifra, che indica il fine della leggenda.*

19*a** [Corp. IX 682 *a**] Perusia accepit libello suo paene excuso [i. e. a. 1846] MINICIVS, ex eius museo venit ad comitem Rossi-Scotti Perusinum.

$\frac{\text{CAES IMP}}{\text{LEG XI}}$)(

Descripsi. — De Minicis t. II n. II p. 239, cf. p. 253 not. 2 (Ritschl t. IX 53, Mommsen Corp. I 704, Rossi-Scotti *Periodico di numism.* III p. 37).

Minicius ipse falsam iudicavit nec post eum quisquam defendere ausus est. Non recte autem idem ex genuina glande inscriptionem repetitam esse statuit. — V. 2 numerus minus clarus est; sed vix dubium est, quin falsarius cogitari voluerit de legione XI cum divi Iulii mentione coniuncta in glandibus Perusinis n. 77 et 78. — Quattuor glandes inscriptae

CAE IM / LEG X)(fulmen

quas marchionem Carolum Strozzi Florentinum possidere testatur Rossi-Scottius l. l., non dubium mihi est, quin sicuti reliqua Strozzii supellex a falsario Asculano ex hac Miniciana repetitae sint; cf. n. 68*, 22.

20* [Corp. IX 683*] haec cum 21* et 23* Asculo venit in museum Kircher. [n. 285] ubi cum 27* et 28* vidit *mentre era in sullo stamparsi questo folio* [i. e. anno 1846] MINIC. Longa est 0,086.

B · T · I ·

Descripsi. — Minicis p. 252, cf. p. 253 not. 2 (Mommsen Corp. I 675); Ruggiero Catal. n. 285.

In fine utrum I·I an I·· an I· voluerit falsarius incertum est; B·T· :::: Min., B·T·II· Rugg.; similia habentur n. 28*.

21* [Corp. IX 684*] in mus. Kircher. n. 287; cf. ad praecedentem. — Longa 0,084.

$\overline{\text{· C · A · D ·}}$

Descripsi. — Minicis p. 252 (Mommsen Corp. I 676); Ruggiero Catal. n. 287.

Aliud exemplum est n. 36*.

22* [Corp. IX 685*] in museo Kircher. n. 284. Longa est 0,07.

Y · I · F

Descripsi. — Ruggiero Catal. n. 284.

Cf. n. 61*.

23* [Corp. IX 686*] vide ad n. 20*. In museo Kircher. n. 283. Longa est 0,083.

· I · X · V ·

Descripsi. — Minicis p. 252 (Mommsen Corp. I ad n. 661); Ruggiero Catal. n. 283.

Cf. n. 47*.

24* [Corp. IX 687*] *a* et *b* in museo Kircher. n. 278 et 279 plane gemellae.

· I · X ·

Descripsi. — Ruggiero Catal. n. 278 et 279.

25* [Corp. IX 688*] in museo Kircher. n. 275.

· X · 2 ·) (V

Descripsi. — Ruggiero Catal. n. 275.

26* [Corp. IX 689*] *a* et *b* in museo Kircher. n. 281 et 282.

· ИP · B ·) (x ——+— v·

Descripsi. — Ruggiero Catal. n. 281 et 282.

In *a* est ᴘ pro P.

27* [Corp. IX 690*] Asculo venit in museum Kircher. [n. 280] MINIC. Cf. ad n. 20*.

· P · L · I · F · ꟼ ·

Tab. XII 1. Descripsi. — Minicis p. 253 (Mommsen Corp. I 677); Ruggiero Catal. n. 280.

Lamina est utrimque acuminata, longa 0,116, lata in media parte 0,02, ubique crassa 0,007. Falsarius fortasse propositurus erat πεσσὸν ἐκ μολύβδου Appiani Mithr. 31 (cf. 34), vel *tabellas* memoratas ab auctore lib. De bell. Hisp. 19. — Cf. n. 55*.

28* *a* et *b* [Corp. IX 691*] Asculo venit in museum Kircher. [n. 276 et 277] MINIC. Cf. ad n. 20*.

a · B · II ·) (·: :·

b B · II ·) (tumores quidam litteris similes

Descripsi. — Alteram ex his ed. Minicis p. 253 (inde Mommsen Corp. I 678); utramque Ruggiero n. 276 et 277.

In aversa parte I·I·T legit Minicius idemque (I·I·T) in *a* vidisse sibi visus est Ruggierus; ego agnoscere non potui. — Cf. n. 20* et 34*.

29* [Corp. IX 692*] in museo Kircher. n. 274.

ᴍ · R ·

Descripsi. — Ruggiero Catal. n. 274.

Differt nonnihil a n. 20* sqq. Litterae nostra aetate exsectae sunt, sed falsarius fortasse glande antiqua usus est.

30* [Corp. IX 693*] in museo Kircher. n. 286. Glans est dimidiata, ut aversa pars plana sit, longa 0,055.

ᴎ BI

Descripsi. — Ruggiero Catal. n. 286.

31* [Corp. IX 694*] *trovato non ha guari nelle terre picene* MINIC.

.I.VI) (.I.X

De Minicis in epistula scripta Firmi 12 Dec. 1859, ed. in *Giornale di Perugia* a. 1860, unde Mommsen Corp. I 679.

Cf. n. 24*.

32* [Corp. IX 695*] nuper Asculi rep., pendens uncias novem MINIC.

· D · I · 2 · F ·

De Minicis tab. II n. I p. 252 cf. p. 253 not. 2 (Ritschl t. VIII 33, Mommsen Corp. I 680).

Suspecta visa est etiam Minicio. — Fortasse *d(e) s(enatus) s(ententia) f(acta)*? — Cf. n. 39* sq.

33*—61* [Corp. IX n. 696*—724*] olim Romae apud marchionem Campana, nunc (omnes, ut videtur) in museo Parisiensi.

33* [C. I. L. vol. I n. 1510]	B.I	(cat. n. 2)
34* [1511]	B.II	(28). Cf. n. 28*.
35* [1512]	B.III	(4 similisque 20)
36* [1513]	CAD	(23). Cf. 21* et 37* sq.
37*. 38* [1514]	C.A.I	(6. 7)
39* [1515]	D.I.Ƨ.F	(10). Cf. 32* et sequentem.
40* [1515]	D.I.Ƨ E.E	(34)
41* [1516]	V.I.F.// D.I S.L	'*di notevol mole*' (1). Cf. 22*. 61*.
42* [1517]	D ~~~ F.//D.I.Ƨ.E	(31)
43* [1518]	F.X.V	(30)
44* [1519]	H.I.V	(9)
45* [1520]	I.A.D	(11)
46* [1521]	..I.T	(40)
47* [1522]	IX.V	(24). Cf. 23*.
48* [1523]	⊥.V	'*ghianda angolata*' (43). Male lecta? (Cf. n. 23).
49* [1524]	L·X·I	'*laminetta di piombo piegata*' (42).
50* [1525]	M.D.//Ƶ	(8)
51* [1526]	M L V	(21)
52* [1527]	P.B.//S	(13)
53* [1528]	B.B.//V.I.//››	(5)
54* [1529]	P.I.T	(14)
55* [1530]	P L·I·FR	'*fionda*' (27). Cf. n. 27*.
56* [1531]	Ƨ/C//FI//L	(17 similisque 22).
57* [1532]	T	(25)
58* [1533]	T.//F.I.//M.C.//L	'*ad uso di fionda*' (3 similisque 12)
59* [1534]	T.I	(38)
60* [1535]	V.I	*piccola* (35)
61* [1536]	V.I.F	(32 similisque 33). Cf. 22*. 41*.

Nonnullarum ectypa stannea mihi benigne fecit Carolus Purgold a. 1883, quae eas litterarum quoque forma spuriis Kircherianis n. 20* sqq. plane similes esse me docuerunt et sufficiunt ad totam seriem damnandam. — Sic, ut supra exhibui, editae sunt in *cataloghi del museo Campana* cl. II p. 5 (Mommsen Corp. I n. 1510—1536).

Cum catalogi lectionibus supra repraesentatis fere consentiunt haec, quae in ectypis legi: n. 37/38 tribus exemplis C·Λ·L· et C·Λ·I· et C Λ·I·; n. 39 duobus exemplis D·I·Ƨ·F et D·I·Ƨ·F; n. 45 I·A·D; n. 50 duobus exemplis ·M·D·· et M·D··; n. 55 P·L·I·F·R;

n. 56	n. 58 duobus exemplis	
II	1) T·	2) T
L ·	F·I	I
·	M C	MC·
S|C	L	L·

n. 61 duobus exemplis V·I·F et ·V·I·F·

Eiusdem generis, nisi forte perperam lecta est, fuerit haec:

61 *a** [Corp. IX 724 *a**]

· I"Λ" · F

De Minicis t. II 74 litteris vulgaribus (inde Ritschl t. IX 65, Mommsen Corp. I 715).

62* [Corp. IX 725*] in museo Kircheriano n. 255.

lineis excavatis

m

Descripsi. — Ad Minicii delineationem ed. Fabretti Corp. I. Ital. n. 2687 et tab. XLIV; Ruggiero Catal. n. 255.

Glans est antiqua speciei Asculanae, sed littera recenti tempore incusa est. Z fort. sumpta est ex nummo A)(ZE (cf. Fabretti s. v. Ascul.), qui esse Asculanus putatur. — Fabretti et Ruggiero de sinceritate non dubitaverunt.

62a* [Corp. IX 725a*] rep. in Italia PFISTER, qui donavit museo societatis historicae Ansbachensis. Quattuor arearum est ut Perusinae. Pendet 65,5 gr.; longa est 0,047; crassa 0,022 et 0,017.

incisa sunt:

1 ――――――)(3 fulmen
2 Q. TITILV.)(4 ――――――

Descripsi a societate benigne missam. — Ed. I. G. Pfister *Jahresbericht des hist. Vereins in Mittelfranken* 1864 p. 20 et 29 (Bergk *Schleud.* p. 51. 54. 57).

Glans ipsa, robigine ferruginea obtecta, antiqua est ac fortasse in areis 1 et 4 antiquae figurae litterarumve vestigia exhibet. Sed inscriptio *Q. Titi l(egio?) V* et fulminis figura (Medusae caput esse putavit Pfister) scariphatae sunt a falsario. — Puncta ad pedes litterarum posita sunt, sicut supra exhibui.

63* [Corp. IX 725b*] nunc Erbachii in museo comitis.

litteris incudendo excavatis

IOLA

Descripsi; prima tam I quam T esse potest. — Glans Asculanis similis est, litterae noviciae sunt.

Glandes Vincenzinianae 64*—81*[1].

64* [Corp. IX 727*] ex Asculo ab a. inde 1874 missae Parisios ad Feuardentium, qui earum plerasque cum museo Berolinensi emendas obtulisset, per aliquod tempus ibi custoditae fuerunt; deinde restitutae Feuardentio apud eum adservatae sunt. Vbi nunc sive omnes sive ex parte exstent, infra dixi p. 108.

1—665 De earum origine haec traduntur, scilicet ab iis qui vendiderunt Feuardentio relata ab eoque communicata cum Desjardinio:

1—111 *provenant des travaux de terrassement entrepris récemment à Ascoli* DESJARDINS fasc. 2 (1874) p. 3.

112—222 (quas cum aliis 67 Asculo missas Feuardentius accepit 16 Iul. 1874) *ont été trouvées la plupart dans le lit du petit cours d'eau qui, sortant de la vallée de Castellana* [immo *Castellano*], *se jette dans le Tronto sous le murs d'Ascoli* DESJARDINS fasc. 3 (1875) p. 31.

---

1) Sicut in Corporis vol. IX p. 38* sqq., ita hic quoque (cf. quae dixi p. 100) glandium Vincenzinianarum elenchum non adscriptis earum inscriptionibus exhibui, sed significatis per remissionem ad indicem qui sequitur per litteras numerosve imaginesve digestum. Eadem glans ubi duas pluresve inscriptiones habet, sive quod plura latera inscripta sunt, sive (id quod interdum evenit) a falsario idem latus denuo cusum est, ad plures indicis locos remitti consentaneum est; exempla, quae inscriptiones aliunde satis notas minus plene exhibent, in hoc elencho plerumque non discernuntur a ceteris.

223—444 (cum aliis 250) *Nous avons regretté que les expéditeurs n'aient pas pris le soin de distinguer les trois provenances: Ascoli, qui seule avait fourni les deux séries précédentes, Atri et Macerata; mais nous croyons que c'est encore Ascoli qui a la plus large part dans cet envoi* DESJARDINS fasc. 4 (1875) p. 55.

445—665 (selectae ex magno numero quartae seriei Asculo missae) *MM. Rollin et Feuardent ont pu se procurer enfin une collection entière de balles provenant toujours de la même source (car nous avons su, depuis la publication du 4e fascicule, qu'il n'y en avait ni de Macerata, ni d'Atri, mais qu'elles étaient toutes tirées du petit cours d'eau qui borne du sud Ascoli* [i. e. *Castellano*]). *Cette dernière collection a été formée lentement et avec soin depuis bien des années; et ils purent espérer d'avoir ainsi, en une fois, le résultat de toutes les trouvailles qui leur avaient échappé lors des trois premières acquisitions* DESJARDINS fasc. 5 (1876) p. 93. — De iisdem 445 sqq. mihi Feuardentius scripsit litteris datis Parisiis 18 Nov. 1875, certa de earum origine se indicare non posse, sed se credere ut ceterarum (1 sqq.) ita harum undeviginti partes provenisse Asculo. Esse in iis glandes a comite Arpini collectas. Is (sic fere Feuardentius) haud procul (*à quelques kilomètres*) Asculo habitans quotiens in id oppidum venit (ubi in theatri orchestra symphoniaci partes agere delectabatur), a dulciariis et aurificibus glandes in eius usum reservatas emit; sed domum reversus inscriptiones solas transcribebat, de origine nihil adnotabat. His ab Arpinio collectis addidisse se Feuardentius ait, quaecumque interea [i. e. postquam 223—444 accepit] Asculi repertae essent. — Haec vir honestissimus rettulit relata scilicet a venditoribus Asculanis. Ego de ea re Asculi sciscitans a. 1877 a peritis comperi haec: Dominicum comitem Arpini (is tetrachordo soni gravissimi, q. v. *contrabasso*, psallere callebat) glandes vel alia monumenta collecta penes se habuisse nemini compertum; nec magis habuit alter comes Arpini, huius frater, circ. a. 1870 mortuus. Huius quidem (non Dominici) vidua (Liberottia eiusque familiae heres unica) hodie quoque museum parvum possidet monumentorum, sed eo non amplius tres quattuorve glandes continentur. — Fabulam illam a venditoribus Asculanis fictam esse probabile est, ut explicarent quo factum esset, ut parvo temporis intervallo tantus glandium scriptarum numerus proveniret. Ceterum notare non omiserim teste ephemeride Londiniensi *Academy* 1 Iul. 1876 p. 9 glandes 1396 'a comite Arpini' collectas museo Britannico oblatas esse, cf. *Le Temps* 12 Iun. 1876. Eundem glandium numerum ad me miserat Feuardentius (vide *Monatsber.* 1876 p. 77); non dubium igitur quin eaedem illae fuerint. Anno 1888 Purgoldius mecum communicavit, easdem glandes Feuardentianas (omnesne an magna ex parte?) ab museo Aurelianensi emptas esse. Alias tredecim a Feuardentio acquisivit museum Havniense, de quibus vide infra ante n. 65*. — Adde quod Garruccius, *Civiltà cattol.* X 4 (1877) p. 711 memorat: *il falsario inventò la collezione del cardinal Pallotta e di altri signori e signore*, de quibus aliunde tamen nil compertum est.

Acceptam a Barry ductore Gallo edidit de la Blanchère *bull. du comité* a. 1886 p. 219.
9 fin. erat, puto, *Curubi*[*s*] cf. C. n. 980.

145 Kurba.

S · II VIRI
. . . . S · ANNIS · MVNE
RA · FEC · *ob* *s*IMPLICEM
VITAM · *amo*REMQVE
LARGVM ERGA · CIVES ET
PATRIAM AD REMVNE
RANDAM GRATIAM EDI
TORVM MVNERVM PAT*ris*
EIVS ET FRATRIS CVRVBI
TANVS ORDO EXPOSTVLAN
TE POPVLO HONOREM ST*a*
TVAE DECR*evit*

Acceptam a Barry edid. de la Blanchère *bull. du comité* a. 1886 p. 219. Initio erat fere sic: . . . [*cuius pater et frater*] (nomina) . . *s* *II viri* — *fec(erunt)*. [Mihi est [*quod in vicem* . . . . *patris II viri et* . . . *fratri*]*s* *II viri* [*duobu*]*s* *annis munera fec(it)*; nam postea laudatur propter edita munera. Th. M.]

XL. COLONIA IVLIA KARPIS (*el-Merissa;* C. p. 130. 928).

146 (= C. n. 995). Nunc est Slîmân. Ad exemplum et ectypum acceptum a Barry ductore Gallo repetivit de la Blanchère *bull. du comité* a. 1886 p. 218. Nomen proconsulis postquam ex coniectura recte restituit Tissot cf. ad eph. epigr. V n. 643, v. 6 IVLIANVS in lapide esse ad exemplum acceptum a Mayero ductore Gallo iam confirmavit Reinach, vid. Tissot *fastes de la prov. d'Afrique* a. 1885 p. 258.

VIRTVTE INCLYTO
PIETATE PACIFICO
D N GRATIANO FELI
*c*I SEMPER · AVGVSTO
*s*EXTIVS · RVSTICVS ·
IVLIANVS · V · C · PROCON
*s*VL P · A NVMINI EIVS
DICATISSIMVS · SAC
*r*AE MAIESTATI CONS
TITVIT


Initium tituli deficere adserit editor, qua opinione videtur deceptus esse. — 6 seq. est, puto, *procon[s]ule p(rovinciae) A(fricae)*.

XLI. *Hammâm Lîf* (C. p. 131. 928; eph. epigr. V p. 537).

147 ad eph. epigr. V n. 1222. *a* primum pessime edita est in actis diurnis q. d. *Journal officiel Tunisien* d. 1 Mart. a. 1883, deinde emendate a Delattrio una cum *b ibid.* d. 8 Mart., *c* ab eodem *ibid.* d. 29 Mart. a. 1883, *b* adiecta uberiore ruderum totorum descriptione in actis *Le Monde* d. 11 Mai. a. 1883. Eiusdem Delattrii humanitati ipse debeo titulorum trium delineationem diligentissimam. Denique opus musivum aulae principalis coloribus pictum editum est *rev. arch.* a. 1884 tab. VII et VIII, tituli *a* et *c* separatim tab. IX et X. Unde refero supra titulum pisces cerni in aqua et aves aquaticas, et caput bovis, ut videtur, cuius corpus periit, et flores, et orbem rotae similem, qui videtur significare solem e mari orientem. Infra est saliens ex amphora scaturriens inter duas palmas, et a salientis parte utraque pavo et avis minor, praeterea flores. Titulos nunc repeto emendatos ex subsidiis supra dictis.


a

in aula principali



SANCTA SINAGoGA NARONPRO SA
LVTEM SVAM ANCILLA TVA IVLIA
NA Ꝑ DE SVO PROPIVM TESELAVIT

0,57



1,93 m.

b

in porticu intima

ASTERIVS FILIVS RVS
TICI ARCOSINAGOGI
MRGARITA RIDDEI PAR
TEM PORTICI TESSELAVIT

0,61

1,28 m.

c

in conclavi altero

I S T R V	I S T R V
M E N T A	M E N T A
S E R V I	s e ᴰ u I
T V I N A	T V I A M
RITANVS	.R O N I

0,70

0,76 m.

a signa quae sunt a lateribus candelabri sinistri Clermont-Ganneau et Renan coniecerunt esse etrog et lulab Iudaeorum. — 3 Ꝑ quid aliud possit significare ac *puella,* egomet non video. Nam pro *pars,* de quo fortasse quis cogitet, cum id compendium omnino non ita usitatum sit, tum certe hoc

loco difficile esset intellectu. Requireres etiam post *p(artem)* genetivum veluti in titulo *b* est *partem portici*, cum praesertim prope omnia synagogae conclavia opere tessellato exornata sint. Contra pro *puella* et notum est compendium illud ex formula C · P · et nomini feminino adiunctum facile intellegitur. Denique egomet verba *sancta(m) sinagoga(m) Naron(itanam?)* v. 1 existimo obiectum esse verbi *tesselavit*. — Titulum *b* in ipsa porticu ultima inventum esse ostendit imago fundamentorum synagogae *revue archéol.* l. l. p. 274. — *c* lat. sin. 3 seq. *Naritanus* fortasse errore tessellarii pro *Nar[on]itanus*, ut sit servus rei publicae. — lat. dext. 3 SERVI praeter Delattrium reliqui. — Quae hic nominantur instrumenta E. Renan vult esse libros sacros.

XLII. CARTHAGO ET VICINIA (C. p. 133. 929. 979. 980. 981; eph. epigr. V p. 299. 538).

148 (= eph. epigr. V n. 1225) Descripsi titulum litteris rudibus scriptum St. Louis in museo. Ipse Delattre exemplum prius emendavit *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 208 n. 277.

MERC~~VRIO~~
AVG
SACRVM
AFRANIA
IANVARIA
VOT SOL

4 ATRANIA Del.², fortasse errore typothetae.

149 (= C. n. 10526/27). Recognovi St. Louis in museo. Edidit etiam Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 208 n. 278, qui repertum esse dicit in regione fori.

ti. caesari DIVI · AVG · F · *augusto*
CN · F · ARN
VENTI

1 fin. AVG · F · A, 3 VENTI Delattre. Etiam mihi visum est *[Ad]venti*.

150 ad C. n. 10538. Recognovi hoc fragmentum tabulae marm. altum m. 0,55, latum 0,67, litt. 0,17—0,095 rep. St. Louis in abside media palatii q. d. proconsularis a Beulé effossi. Repetiverunt etiam Cagnat *rapp.* I p. 140 n. 225 et Delattre *bull. épigr. de la Gaule* V p. 89 n. 302.

I · AV
IIS · CCC
TIA · EDID

Pertinet ad opus quoddam aut deo dedicatum (e. g. *[Hercul]i Au[g.]*) aut imperatori cuidam. — 2 fin. CCCC Del. — 3 erat fere *[ob cuius dedicationem ludos ... omni magnificen]tia edid[it]*.

151 (= eph. epigr. V n. 1226). Descripsi St. Louis in museo. Item misit exemplum edito plenius et emendatius Delattre addens titulum repertum esse ab Arabibus quibusdam lapides quaerentibus inter pagum Malga et stationem viae ferreae cognominem. Idem repetivit *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 189 (cf. *bull. du comité* a. 1886 p. 12).

~~FELICI INVICTO AVG PONT MAX~~
PERS · MAX · GERM · MAX · TRIB ·
POTEST · II · COS II · P · P · PROCOS ·
C · VALERIVS GALLIANVS HONO
RATIANVS · V · C · CVR · REIPVBL ·
KARTHAGINIS · NVMINI
MAIESTATIQ · EIVS · DICA
T I S S I M V S

Quae de Persici nomine Diocletiano, ut opinatur, ob res ante imperium gestas hic attributo exposuit Desjardins *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 229, probata Reinachio et Babelonio *bull. du comité* a. 1886 p. 13, mihi non probantur.

---

152 (= C. n. 1029) Recognovi a. 1882.

PROSPEX
*te*MPORIBVS
*prou*INCIAM
ADVECTA

1 *prospex*[*it*].

---

153 ad C. n. 10530 cf. eph. epigr. V n. 452. Duo fragmenta nova litt. m. 0,028 reperta in regione fori addidit Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1886 p. 141 n. 380 haec:

a

VFER
THISIPIT

b

margo
∽ LXIIII
∽ XV

a 3 sextam litteram posse esse etiam B vel R addit auctor. Idem contendit contra me in fragmento prius invento v. 3 litteram primam non esse C, sed N. — Videtur hoc titulo contineri recensus rerum publicarum, quae fortasse contulerint ad opus quoddam Carthagine dedicandum.

---

154 ad eph. epigr. V n. 346. Recognovi St. Louis in museo.

155 ad eph. epigr. V n. 454. Me diligentissime, ut praedicaveram, illum quidem descripsisse, verum tamen non satis bene legisse hanc tabellam probavit Franciscus Buecheler mus. Rhen. vol. 41 (a. 1886) p. 160, unde refero haec: 27 seqq. *excito* [*te*], *demon, qui* (*h*)*ic conversans, trado tibi* (*h*)*os equos* cet. Equi igitur cursores hic devoventur, nimirum ab agitatore factionis adversae. De quibus „agitatorum maleficiis“ conferas Gothofredum ad cod. Theod. IX, 16, 11. — In media autem tabella circi imaginem esse cum carceribus et panno idem Buechelerus felicissime demonstravit.

---

156 (= C. n. 1254) Repetivit Leemanns *anim.* p. 46; item ligno incisam *asiat. Mon.* a. 1842 p. 76. Mihi misit Bormann a se recognitam in hunc modum:

SAL · ITTHV
LILIECIS FILIA
PIA VIX · AN XXV
H Є S

---

157 rep. Carthagine inter Byrsam et portus antiquos; nunc St. Louis in museo.

ἀπ|ΟΛΛΩΝΟ_/ΑΡΕΙΦΙΟ∠|

Descripsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 208 n. 276.

---

158 in basi, statunculae, ut videtur, litt. m. 0,012; rep. Carthagine in colle q. d. Iunonis Delattre. Ego vidi St. Louis muro infixam.

IO_/ER
CL · MVC
COI D · D

Descripsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 320 n. 298.

1 IO_/CER 3 COL (mihi potius videbatur COT) D · D Delattre, qui fortasse titulum vidit paullo pleniorem. Idem eum dedit tamquam integrum (excepto hiatu v. 1), cum mihi visus sit posse fractus esse supra et a sinistra. Dummodo igitur erroribus prorsus vacet Delattrii exemplum, ita fere restitueris et legeris titulum: *I*(*ovi*) *o*(*ptimo*) [*m*(*aximo*)] *Cer*(*neno*). *Cl*(*audius*) *Muc*(*atra*) *col*(*oniae*) *d*(*ono*) *d*(*at*), ut deo patrio Mucatra hanc statunculam voverit cf. C. III p. 926 seq. At l ante ER num vere fuerit C dubito.

159 rep. Carthagine in regione Dermesch.

M A S

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 110 n. 274.

Legit *M(ercurio) A(ugusto) s(acrum)* et terminum fuisse territorii Deo sacri putat Delattre.

---

160 rep. Tunete; nunc Massiliae in museo.

S A S
C ABVRRIVS
FIILIX ABVR
RIANVS VO
TVM LIBIIS
A S

C. Jullian *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 267.

1 *S(arapidi) A(ugusto) s(acrum).*

---

161 in pectore statuae ex marmore nigro mutilatae deum canis capite praeditum exhibentis; rep. eodem loco quem olim effodit Pricot de Sainte-Marie; nunc possidetur a Marchand.

SARAPIDI · AVG
AVRELIVS · PASINICVS
CVM SVIS D · D · D · D ·

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 109 n. 268.

cf. C. n. 1002.

---

162 rep. Carthagine; nunc est apud Marchand in vico Ariana prope Tunetem.

///ΥΠΕΡ ΦΛΑΟΥΙΑC
ΟΥΓΛΤΡΟC ΛΥΤΩ/Ι
/ΥC////ΛCΧΛΡΙΝ
CΙ //¯ΛΟΩ ΑΝΕΘΗ
ΚΕν

ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ
ΠΑΝΘΕΩ CΑΡΑΠΙΔΙ

Exscripsi ex ectypo sumpto a Iosepho Letaille, quod debeo Villefossii humanitati.

Erat fere [ὁ δεῖνα ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ ὑπὲρ ..... γυναικὸς καὶ] ὑπὲρ Φλαουίας θυγατρὸς αὐτῶ[ν] [ε]ὐσ[εβεί]ας χάριν ἐ[π' ἀγ]αθῷ ἀνέθηκε[ν]. — 6 seq. cf. C. n. 1005.

163 in tabulae marm. fragmento rep. Carthagine in fundo q. d. Hadjrat el-Menguba prope collem Iunonis; nunc St. Louis in museo.

ADEC
*s*ENERE
SACRILEG
ꞁVMN

Contuli. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 321 n. 299.
1 fortasse *a dec*[*urionibus*]. — 4 [*co*]*lumn* . . .

---

164 in fragmentis duobus, quae ex coniectura coniunxi; rep. *a* Carthagine, *b* ibidem inter stationem viae ferreae quae dicitur *de Carthage* et portus antiquos; nunc utrumque est St. Louis in museo.

a

VM
SIGNIS · DVOBVS · S
IDEMQVE

b

AVRE
VICTORIAS · AR*genteas*
ET · BASEM · EIV*s*

Descripsi. Edid. Delattre *a bull. épigr. de la Gaule* II (a. 1882) p. 175, *b ibidem* a. 1885 p. 134 n. 322.

---

165 in basi statuae fractae, quae rep. est et adservatur una cum titulo supra edito n. 161.

pes
TI · CLAVDIVS · HELIS · CVM

De Villefosse *bull. des antiq. de Fr.* vol. 42 (a. 1881) p. 265. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 109 n. 269.
Statua fuit fortasse Sarapidis.

---

166 effossa Carthagine in colle Byrsae una cum compluribus titulis Punicis; nunc St. Louis in museo.

D A T I V A
V · S · *l a* CV
M · S V I S
/ / / N I P

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* V p. 92 n. 307.

167 rep. Carthagine; nunc possidetur a Vernazio.

P MINVCIVS
FELIX SACER
DOS SATVRNI
QVI · ET · ROGA
TVS V · S · L · A

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1885 p. 134 n. 324; Cagnat *bull. du comité* a. 1886 p. 215.

1 in. P omis. Delattre.

---

168 effossa Carthagine in colle Byrsae litt. m. 0,065; nunc est St. Louis in museo.

diu]I · NER · N[*ep.*
traia]NO · H[*a*]*driano*

Descripsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* V p. 91 n. 305.

---

169 in ruderibus, quae numero 67 significata sunt in imagine Carthaginis Falbiana, titulus repertus est a Vernazio, quo docemur hic thermas fuisse exstructas vel certe restitutas ex permissu imperatoris Antonini Pii (*T. Aelii Hadriani Germanici Dacici* sic! — *Germanici Dacici* cognomina spectant, puto, ad Traianum). Delattre *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 85 et de la Blanchère *bull. du comité* a. 1886 p. 215; praeterea *ant. afr.* a. 1885 p. 136.

---

170 in fragmentis duobus tabulae marm. repertis uno in regione Dermesch, altero in vico Malga (ab altera parte est titulus, qui postea edetur).

a
VI NEI
PONT

b
B · IT

Descripsi *a*. Utrumque edid. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 87 n. 361.

a [*di*]*vi Ner*[*vae*].. *pont.* [*max.*].

---

171 in tabulae marm. cr. m. 0,04 fragmentis quattuor litt. 0,065; rep. Carthagine in novae ecclesiae fundamentis effodiendis.

a
A I

b
F · DIVI

c *d*
CVS · AE *dis?*
*or*N A V I T

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* V p. 306 cf. *ibid.* p. 133 n. 317.

a fortasse [*Tr*]*ai*[*ani*]. — *c* 1 [*porti*]*cus ae*[*dis*] Delattre cogitans de aede Concordiae commemorata infra in n. 188 eodem fere loco invento.

172 in tabula marm. alta m. 0,51, lata 0,30, litt. 0,08; rep. Carthagine in territorio q. d. Damus el-Karita (in eadem tabula est titulus, qui posthac edetur).

MPP · DIC
I N TACT
/ / / / / /

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 191 n. 397.

1 si ultima littera potest esse O, cogitaverim de eo quod est . . [*i*]*mpp. Dio*[*cletian* . . *et*] . . .

---

173 Carthagine.

vacat
*pert*INACIS

Descripsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1885 p. 134 n. 320.

---

174 St. Louis in museo.

SARM
MAX

Descripsi.

Sarm(*aticus*) . . . . . *max*(*imus*).

---

175 in fragmento tabulae marm. litt. m. 0,06; rep. Carthagine in regione q. d. Damus el-Karita.

PARTHICI
POTES

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 191 n. 396.

---

176 in fragmento litt. m. 0,13; rep. Carthagine in colle Byrsa. Nunc adservatur St. Louis in museo.

LEIX DLI
S AC · TRIVIA

Descripsi. — Cagnat *rapp.* I p. 132 n. 187; Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1885 p. 131 n. 310.

2 legas *victoris ac triumfatoris*, aut *victores* (vel *nobiles* cf. C. n. 7014) *ac triumfatores*. Pertinet titulus ad saeculum quartum.

177 in fragmento tabulae marm. crassae m. 0,04, litt. 0,02; rep. prope vicum Malga.

GALBAE
PIRI · CARBONIS
ANI · BESTIA*e*

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 189 n. 392.

Quo spectaverit monumentum, cuius hoc fragmentum pars fuit, cum nesciamus, etiam homines quinam hic nominentur parum constat. At ultimo loco quem habemus vix alius esse potest ac L. Calpurnius Bestia cos. a. 643, qui turpissimam illam cum Iugurtha pacem iniit. Papirius autem Carbo egomet dubito utrum credendus sit Gaius cum C. Graccho et M. Flacco III vir agris dandis adsignandis an id quod mihi minus placet Gnaeus a. 641 a Cimbris devictus apud Noreiam. Nec magis Sulpicius Galba constat sitne Publius a. 543 ab Hannibale superatus an Servius a Lusitanis victus a. 604 vel etiam consul a. 646. Videntur autem Carthaginienses aetate imperatoria titulis demandasse eorum virorum memoriam, qui partes quocunque modo insignes egissent in urbis suae vel Africae Romanae rebus cf. n. 178. [Quinam intellegantur tres viri, ignoro; sed collegium quoddam significari, puta legatorum trium vel missorum ad agros dividendos, probabile est. Quam ob rem si Bestia est, ut videtur esse, consul a. 643, aequales eius duo alii fuerint necesse est. Th. M.]

---

178 in tabulae marm. fragmento litt. m. 0,03; rep. Carthagine in regione Damus el-Karita.

*t*RANSPADANIS CONFLIXIT
M*ilib*VS · HOSTIVM · CAESIS
CEPIT · ET · CAS*tra*

Delattre *miss. cath.* a. 1886 p. 149, iterum idem *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 191 n. 395, tertium *bull. du comité* a. 1886 p. 234.

Optime conveniunt, ut me monet Philippius collega, quae hic commemorantur cum eis, quae de M. Marcello iuniore Livius narrat XXXIII, 36, 9 seqq. At requirimus hominem, qui in ipsorum Carthaginiensium memoria locum conspicuum teneat.

---

179 in fragmento rep. Carthagine in ruderibus magnarum scalarum, quae sunt pone Bordj el-Djedîd.

ISIDIO
pro COS ·
VB · LEG //
ISIANI

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 86 n. 359.

3 seq. cogito de eo quod est [*t*]*ub*(*icen*) *leg*(*ionis*) [*III Aug.* (*centuria*)] .... *isiani.*

180 St. Louis.

L · DES · F
· VIC · V

Descripsi.

Legerim sic dubitans: [*consu*]*l*.. *des*(*ignat*..) *f*.... *vic*(*ari*..) *u*[*rbis Romae*], nam *consul*.. sic perscriptum in aevi inferioris titulo vix offendit.

---

181 in basi rep. Carthagine in colle Byrsa in novae basilicae fundamentis.

RANIAE FLAVIAE IVLI
ANAE · OPTATAE · C · F ·
MATRI FLAVIORVM
FLAVIANI C · P · ET OPTA
TAE C · F · ET · FLAVIANIL
LAE · C q COI / MAKDE
S F

Contuli ectypum. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* V p. 304.

6 LAE C · F · COI//MAPOL Del. — C q = *c*(*larissimae*) *p*(*uellae*). — Litterae in fine K D non utique certae sunt. Legerim: *col*(*onia*) [*al*]*ma* (cf. C. n. 928. 1277) *K*(*arthago*) *de s*(*uo*) *f*(*ecit*). Aetatem Diocletiano inferiorem indicat etiam litterarum species. — Titulorum duorum, qui tamen pertinent ad tempora antiquiora, L. Ranii Optati urbani C. VI, 1507 quique ibi citatur Nemausensis me monet Mommsen. — 7 F ligatam videri cum P tradit Del.

---

182 rep. Marsae prope stationem viae ferreae.

SABINVS
PATRICIVS
DVLCIS
SIMO

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* VI p. 268 n. 426.

1 supra quaedam periisse ex coniectura indicavi. — 2 litteris minoribus postea additum esse putat auctor.

---

183 in tabulae marm. fragmento rep. Carthagine in colle Byrsa.

CLVTORIANVS · EQ R S

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* V p. 307 n. 349.

---

184 rep. Malga prope sepulcreta familiae imperatoriae; nunc est St. Louis in museo.

· SEVER
p RAEF · COH

Descripsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* III p. 294 n. 224.

185 in basi alta m. 0,80, lata 0,57, crassa 0,47; rep. Carthagine in regione Dermesch. Nunc est St. Louis in museo.

SEXTO · ATILIO
ROGATIANO PR · P
HEREDES EIVS ❧
CVRANTE · P · NO
NIO · FELICE · PR · P ❧
E · V · SOCERO ·
EIVS ❧

Descripsi. — Delattre *comptes-rendus de l'acad.* vol. XIII p. 96 et iterum *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 88 n. 364.

[2 et 5 PR · P est *primo pilo*. TH. M.]

---

186 in tabula marm. litt. fere saeculi quarti vel tertii exeuntis; rep. ut creditur, Carthagine. Nunc adservatur Madriti in museo archaelogico acquisita cum collectione Thomae Asensi.

OCT · OCTAV
7 PONTI · HER
MIL · B · AN · MIL
PER · OCT · DIDAM
ЄΥΨΥ

Exscripsi ex ectypo accepto ab Aemilio Huebner.

Fuit fortasse sic: *Oct(avius) Octav[ian(us) mil.]* ...... | *(centuria) Ponti Her[metis vix. ann.* ...] | *mil(itavit) (benificiarius) an(num unum), mil(itavit) [annos* ..., *pos(itum?)]* | *per Oct(avium) Didam* ..... | *εὐψυ[χεῖ]*. Diddae nomen iam prodiit C. n. 811, item Dida C. IX, 5205; est Graecorum Δίδας. [Possis item temptare *[tribuni] mil(itum) b(enificiarius), an(nos) mil(itavit)* .. TH. M.]

---

187 rep. Carthagine. Nunc est St. Louis in museo.

D ·
TITINI
VETE
C

Descripsi.

3 *vete[ran..]*.

---

188 in 21 fragmentis tabulae marm. litt. m. 0,06—0,035; rep. Carthagine in novae basilicae fundamentis.

....*o*CTAVIO · I....
flamini PERPETVO DIVI....
....*q*VOD · POLLICITVS · MV*nificentia*
....AEDEM · CONCORDIA*e*....
......TICIS · ET · RELIQVIS · OR*namentis*
P · P

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* V p. 305.

189 in fragmento litt. 0,085; rep. Tunete a. 1880. Nunc adservatur St. Louis in museo.

*k*ARTHAGINI · PATRIAE · SVAE
*p*OMPEIVS · FAVSTINVS ·

Descripsi et ectypum sumpsi. — Cagnat *rapp.* I p. 140 n. 226; Delattre *bull. épigr. de la Gaule* I p. 217.

---

190 rep. Carthagine; nunc St. Louis in museo.

IELSITVS
·ADLEC·PR·I·D
II VIR CV

Descripsi et ectypum sumpsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 319 n. 291.

1 IC SITVS Delattre; sed secundum et tertium, quae dedi, elementa certe pertinent aut ad EL aut ad FL. — 2 in. fuit fere [*dec. decr. aedilicius*] *adlec*(*tus*) cf. Wilm. exempl. n. 1727. 1729 al.; deinde *pr*(*aefectus*) *i*(*ure*) *d*(*icundo*). — 3 *II vir cu*[*rator r. p.?*].

---

191 in tabula marmor. rep. Carthagine in regione Damus el-Karita inter rudera basilicae et sepulcreti christiani.

ELNMDLECTVS EANDEM
· ET LVDOS FECIT EX CONS
IN LOCVM CN CALVINII
AVI · SVI ·
ANDRI · L · ALEXANDER

Descripsi et ectypum sumpsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 190 n. 393.

1 litterae primae, quae ita sunt in lapide, cum varie accipi possint, scilicet: *elnm* aut *elnaa* aut *elataa* etc., post eas legerim [*a*]*dlectus*, reliquae fortasse corruptae sunt pro *flam*(*en*). — 2 seq. *ex cons*(*ulto*) [*dec*(*urionum*) . .], nisi est *ex cons*(*ensu*), licet ea formula ad ordinem legitime non pertineat. — 5 [*Alex*]*andri l*(*ibertus*).

---

192 rep. Carthagine in regione Dermesch; nunc est St. Louis in museo.

*f*VNVS · PVB
*stat*VAM · DECREVI

Descripsi et ectypum sumpsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 110 n. 272.

193 rep. Carthagine in sepulcreto Bîr el-Djebana.

MAIOR CANISTRA
*ria pi*A · VIX · ANN · XXXV
PRI MIGENIVS · AVG · CON
IVGI · MERENTI · FECI
H · S · E ·

Descripsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1883 p. 28 n. 135.
Canistrariam iam habuimus eph. epigr. V n. 963 (= C. n. 9321) cf. C. n. 9337 cum add.

---

194 rep. Bîr el-Djebana in officialium sepulcreto priore.

TERTIVS · CAESARIS · N ·
TABELLARIVS
PIVS · VIXIT · ANNIS · XXIIX
EVPRASIA · CONTVBERNAL ·
PIO · FECIT ·

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* VI p. 271 n. 437.

---

195 rep. Bîr el-Djebana in officialium sepulcreto priore.

D M S
VICTOR · SVPRA
IVMENTIS · CAES
PIVS · VIX · ANN · LX
H S E

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* VI p. 271 n. 438.

---

196 rep. Malga ibi ubi n. 184, quocum etiam adservatur.

I
*au*G · SER *I*
*cubi*CLARI
*pi*VS · VIX ·
MEN · II · D
H · S · *e*

Descripsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* III p. 294 n. 225.

---

197 in basi rep. Carthagine in Byrsa; nunc est St. Louis in museo.

ANI
*m*AXIMI PRO
*den*DROFORI
PATRONO

Descripsi et ectypum sumpsi. — Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1885 p. 132 n. 313.
2 seq. fortasse *pro*[*cur. Aug.*].

198 rep. Carthagine in sepulcreto christiano prope pagum Malga.

FVLLONES

Delattre *miss. cathol.* 15 (a. 1883) n. 742.

---

199 in fragmento tabulae marmoreae litt. m. 0,03—0,01; rep. Carthagine prope portus antiquos; nunc St. Louis in museo.

RIB · NOST
ARIORVM
*da*T VINI Ꝗ
DAT · VINI Ꝗ
*d*AT · X
*d*AT · VINI XI ·
T ·

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1886 p. 142 n. 381.

Pertinere videtur hoc fragmentum ad legem collegii, quales sunt Wilm. n. 319 et eph. epigr. V n. 498.

---

200 in 14 fragmentis rep. in sepulcreto basilicae christianae Damus el-Karita (in altera parte est titulus item christianus, quem posthac edam).

palma DEVSDEDIT palma
palma LECTOR palma
in PA*ce*

Misit Delattre, qui edid. *miss. cath.* 1886 p. 79, iterum *ibid.* p. 102, tertium *ibid.* p .137, quartum *bull. du comité* a. 1886 p. 233.

3 IN PACE exempl. 1 et 2.

---

201 in tabula lata m. 1,57, alta 0,58; rep. Carthagine ad pedem collis St. Ludovici in curte domus Arabicae; nunc St. Louis in museo.

INIVS PRESBYTER IN *pace dp* .....
hyac? INTVS DIACONVS IN PACE DP XIII K*al* ...
*cy*PRIANVS PRESBYTER IN PACE D*p* ....
APRONIANVS DIACONVS IN P*ace dp* ....
III A

Delattre *ant. afr.* a. 1885 p. 248.

---

202 in opere musivo rep. Carthagine in sepulcreto christiano prope pagum Malga.

IVGVRTA IN PACE

Delattre *miss. cath.* 15 (a. 1883) p. 94 n. 716.

Hic refero propter nomen illustre in titulis Africanis primum, nisi fallor, obvium.

XLV. THVBVRBO MINVS (*Teburba;* C. p. 148. 931).

203 in basi litt. m. 0,05; rep. Teburba ad portam domus privatae.

trib. mil. leg.
~~III CYRENAICAE X VIRO STLITI~~BVS
IVDICANDIS
I GEMINIVS SATVRIANVS
PATRONO
POS DAT /// D

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 99. Vidit magis integram, sed imperite descriptam edidit Pricot de Sainte-Marie *mission à Carthage* p. 120.
1 *III Cyrenaicae* et 5 litteras primam et tertiam non satis certo se legisse adnotant auctores. — 5 est fortasse *pos*[*uit*] [*loco*] (vel [*l*(*oco*)]) *dat*[*o d*(*ecurionum*)] *d*(*ecreto*).

XLVI*a*. THIBIVCA (*Hr. Zuitana* et *Hr. Kessa*).

Rudera, quibus hodie nomen est Hr. Zuitana, sita sunt 7 fere chil. a Teburba occidentem versus, c. 800 metris a Bagrada flumine. Unde qui c. 700 metra amplius progreditur, invenit rudera q. d. Hr. Kessa, 500 m. a Bagrada. Has vero utrasque esse reliquias Thibiucae oppidi antiqui apparet ex titulis, quos infra referemus. Cuius oppidi nomen iam prodierat in C. n. 10551 ex ruderibus Hr. Zuitana deducto. Praeterea id commemoratur in actis St. Felicis (ed. Ruinart p. 313), qui fuit episcopus ecclesiae Thibiucensis. Nam nomina corrupta, quae traduntur in codicibus, velut *Tibiurensis, Tubizacensis, Tubizocensis,* optime correxit Tissot *géogr. de l'Afrique rom.* II p. 288.

204 ad C. n. 10551. Basim fractam repertam esse Hr. Zuitana et inde deductam el-Batan ex schedis Tissotii referunt Reinach et Babelon *bull. du comité* a. 1886 p. 68. Iidem coniciunt in lapide fuisse *d*[*e*]*vo*[*ta*] *Thibiuca* probabiliter.

---

205 in basi alta m. 0,95, lata 0,60; rep. Hr. Kessa (in latere continente n. 206).

PRINCIPI
IVVENTVTIS
D · N
FL · VALEN
TINIANO
INVICTO · AVG
DEVOTA · THIBIVCA

Reinach et Babelon *bull. du comité* a. 1886 p. 67.
Spectare videtur ad Valentinianum iun., cf. Mommsen *röm. Staatsr.* II^2 p. 800.

206 in basi alta m. 0,95, lata 0,60, litteris longiusculis; rep. Hr. Kessa (in eiusdem lapidis latere continente n. 205).

Q · CAECILIO · Q · F · ARN · MAR
CELLO DENTILIANO · X VIRO STLI
TIB · IVDIC · TRIB · MIL · LEG // CL · PIAE · FID ·
quaest. PROVINC · AFRIC · AED · CVR · CANDI
DATO · DIVI · HADRIANI · PR · CANDIDATO
EIVSDEM · LEG · PROVINC · CRETAE · CY
RENAR · LEG · PROVINC · HISPAN · PROCOS
PROVINC · CRETAE · CYRENAR · LEG · LEG ·
XII · FVLMINATAE · LEG · AVG · PR · PR · PRO
VINCIAE · GALLIAE · AQVITANICAE
COL*oniae* PATRONO
THIBIVCENSES · AERE · CONLATO

Reinach et Babelon *bull. du comité* a. 1886 p. 67.

1 seq. Q. Caecilius Dentilianus consul suffectus a. 167 notus est ex diplomate C. III p. 888. — 3 legio est aut septima aut undecima. — 4 [Hic primus est qui innotuerit aedilis curulis candidatus principis. Cf. *Staatsrecht* 2, 886. TH. M.]

XLVI*aa*. *Hr. Schuegi* (C. p. 931).

Rudera quibus nomen est Hr. Schuegi magno numero cisternarum et aquaeductu conspicua sita sunt ad pedem meridionalem montium qui separant valles fluviorum Medjerda et Wed Djumin 7 fere chiliom. a Teburba septentrionem versus (v. Tissot *bull. du comité* a. 1886 p. 100 seq.).

207 in basi marm. alta m. 0,64, lata 0,43, litt. 0,055; rep. Hr. Schuegi, in pariete posita intus in villa Martel.

AIVS
ob honorem DECVRIONA
tus atque ob HONOR AEDILI
tatis eX HS II M DCXXXXII N̄
*promis*ISSET ADIECTA AM*pli*
us a SE PECVNIA · FECIT IDEMQ
*dedica*VIT D D ET AMPLIVS
VL POPVLO DEDIT

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 100.

Initio videtur fuisse [*cum . . . . pater e*]*ius* vel etiam [*cum pater eius . . . . . .*] *atus* cet. — 8 in. potest esse [*ep*]*ul*[*um*]; [*sport*]*ul*[*as*] supplent auctores.

XLVI *b*. *Hr. Djelâl* vel *Sidi Hassan Scherîf* (C. p. 931; eph. epigr. V p. 544).

Rudera quibus nomen est Hr. Djelâl vel Hr. Sidi Hassan Scherîf (cf. Tissot ***bull. du comité*** a. 1886 p. 104) sita in monte Ansarîn a Teburba occidentem versus post Tissotium (cf. C. p. 931) et Roux (cf. eph. epigr. V p. 544) denuo examinaverunt Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 101 seqq.

---

208 ad C. n. 10555 cf. eph. epigr. V n. 1241. Ita referunt Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 102.

MERCVRIO
AVG · SACR
PRO SALVTE IMP
CAESARIS TrAIA
NI HA*driani aug.*

versus 4 evanidi

---

209 ad C. n. 10056 cf. eph. epigr. V n. 1242. Ita referunt Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 102.

VICTORIAE
AVG · SACR
PRO SALVTE
IMP CAESARIS
TRAIANI
*ha*DR*ia*N*i* *a*VG
L · RVTILIVS · L · F · SII
//PR//////////
/////////CII //

7 ultimam litteram non esse L adnotant auctores.

---

210 ad C. n. 10557. Epistyliorum fragmenta tria litt. m. 0,10 denuo exceperunt, quartum ob ornamentorum speciem et litterarum magnitudinem adiunxerunt Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 103.

a — ALVTE I | VS · MAXIMVS · C

b — MP CAES I AEL*i* | IVLIVS · IANVARIVS · C · IVLI*u*

c — HAD | S APVLVS

d

*column*NAS CHARYSTIAS IIII C

211 ad C. n. 10558. Ita referunt Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 103:

M · AVRE*lio*
CAES
IMP · CAESARIS
ANTONIN*i*
aug. pii fil.
cet.

XLVII. VTICA (*Hr. Bu Schater;* C. p. 149. 931; eph. epigr. V p. 320).

1. Bu Schater.

212 in tabula marm. rep. Uticae in sepulcreto Romano sito ad pedem collium Bagradam versus.

D · M · S ❧
IVLIVS FORTVNATVS
HOMO BONVS ❧
MVLTICIARIVS
INVICTVS · VIXIT
ANNIS · XXIIII · MEN
X · DIE · I · HOR · VI ❧

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1886 p. 144 n. 1; ad exempla eiusdem et Ch. Nicolas edid. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 148.

4 *multiciarium,* qui hic primum videtur prodiisse, esse textorem multiciorum explicat Delattre. [At *invictus* quod est requirit athletam vel gladiatorem. Th. M.]

3. Inter Uticam et Hipponem Diarrhytum.

213 in lapide alto et lato m. 0,80; rep. inter Bu Schater et Bizerta.

MEOR H H NAHSHI QVIR
DIXI NCD CIOIPQVI
SN 7 AVR HIS IN HO VF
HM SSLSIL RTIORVM
DVCENIA ILLVDIS CAL
NICIOVODANNIS NATAII
IN RINIVRTIDICVR I
SSINCVLIS SPORIVLAI
INIDARINIVRIDRI

Descriptam a ductore quodam Gallo edid. Espérandieu *bull. d'Hipp.* XXII p. 134.

Est particula testamenti, cuius haec fere intelleguntur: ... *s[e]s[te]rtiorum* | *ducen[t]a [mil. n., ut] ludi sca[e]|nici [q]uodannis nata[l]i* | *[meo ede]r[e]n[t]ur [et] d[e]cur[ion|ibu]s singulis spor[t]ula[e ...] dar[e]n[t]ur* ...

La. PROPE VAGAM TVCCABOR VERSVS (C. p. 932; eph. epigr. V p. 540).

214 ad eph. epigr. V n. 1229 = C. n. 10566. Contuli ectypum, sed non satis bonum, acceptum a Cagnato, unde refero 1 ALEXAND mihi visum esse consulto erasum.

LI. VAGA (*Bêdja;* C. p. 156; eph. epigr. V p. 320. 541).

215 in fragmento litt. m. 0,08; rep. Vagae in aedibus Brahim ben Olmia.

SEPTIMI · SEVE*ri*

Vincent *bull. d'Hipp.* XIX p. 32.

---

216 in fragmento litt. m. 0,08; rep. Vagae in aedibus Alî el-Bakri.

ADIABEN*ici* PA*rt*HICI
PECVNIA FECIT ET DED

Vincent *bull. d'Hipp.* XIX p. 32.

---

217 Vagae in moenibus oppidi inter meridiem et occidentem.

ER GAVDE · QVI TALEM · MVRORVM
IOSISSIMVM · PRINCIPEM
CIRCVMDABIT · EX OPERE · ET INBIOLI
NIMEN · INMINENTEM · PAVLVM CO
ARIVM · DOMVS · DIBINE

Vincent *bull. d'Hipp.* XIX p. 26.

3 *circumdabit* est pro *circumdedit*; in fine est, puto, *inbiol*[*abile*]. — 4 fin. *Paulum co*[*mitem*], cf. titulum Calamensem huius omnino persimilem C. n. 5353. Hanc restitutionem mihi suggessit Mommsenus:

advena semp]*er gaude qui talem murorum*
ambitum prospexisti et lauda glor]*iossimum principem*
qui ab omni parte oppidum] *circumdabit ex opere et inbiol*[*a-*
bile reddidit, item in oppidi mu]*nimen inminentem Paulum co-*
mitem ? *tabul*]*arium domus dibine*

ut *inminere* sit id quod est *instare*.

---

218 Bêdja in limine aedium in via ducente ad mosqueam magnam.

M AVRELIVS AMAONIVS
MIL · COH I VRBANAE

Delattre *rec. de Const.* XXIII p. 4.

1 fin. velim *Ama*[*z*]*onius*. — 2 COH + editur, errore, puto, typothetae.

2. Vicinia Vagae.

Ain el-Sbir.

219 rep. ad fontem Ain el-Sbir, ad viam, quae a Bêdja ducens Sûk el-Khmîs transit Skira, 12 chil. fere a Bêdja occidentem versus.

SILVANO AVG SACR
PRO SALVTE PETRONI
POMPEI CHRESIMI
VOTO SVSCEPTO
CRESCENS · DE S P D D

Vincent et Papier *bull. d'Hipp.* XX p. 111.

Hr. el-Gheria.

220 in lapide rep. Hr. el-Gheria, 8 chil. a Bêdja magis occidentem quam meridiem versus. Nunc adservatur Bêdja.

VAC CVM ORDINE S
NSVLATV ACONIS CATV
/ E T A I P I I ... V I E A G E
R · REIP · DEVOTI N

Cagnat *mélanges d'arch. et d'hist. publiés par l'école franç. de Rome* VII (a. 1887) p. 7 (ed. separatae).

1 [*cives*] *Va*[*g*(*enses?*)] *cum ordine s*[*plendidissimo?*] — 2 [*proco*]*nsulatu Aconis Catu*[*llini*]. Quod nomen cum iam prodiisset in titulis C. VI, 1780. II, 2635 et praeterea repperiretur apud chronogr. anon. a. 354 p. 630 edit. Momms. et in rescriptis Constantii II cod. Theod. VI, 22, 2; VIII, 12, 2; XII, 1, 24, tamen *Aconius* an *Aco* vera esset eius forma, hucusque in ambiguo relictum erat. Quae quaestio iam dirempta est hoc titulo invento. Ceterum Aconem Catullinum consularem Byzacenae a. 314 (v. Gothofr. ad cod. Theod. IX, 40, 1 adn. *b*), proconsulem Africae a. 315—319 (cf. Tissot *fastes de la prov. d'Afrique* p. 202 seq.) separandum esse ab Acone Catullino Philomathio vicario Africae a. 338—339, praefecto urbi a. 342—344, consule a. 349 (cf. Tissot l. l. p. 203) probare studuit Cagnat l. l. p. 9 seqq. Cuius opinionem quominus pro certa habeam, eo impedior, quod potuerunt intercedere caussae singulares, ne Aco Catullinus intervallo solito inde a proconsulatu Africae in honorum cursu progrederetur. — 3 fortasse *age*[*ntis vices praefectorum praetorio*]. — 4 fortasse ..*p* (vel *r*) *rei p*(*ublicae*) *devoti n*[*umini maiestatique* ...].

Menzel el-Gorschi.

221 rep. Menzel el-Gorschi, prope arcum in territorio gentis Uled Khallef.

CA
VE THVB
O VICTORI
ANTANO ET
*fe*LICE PHILOME
II VIR QQ

Vincent et Papier *bull. d'Hipp.* XX p. 113 n. 2.

2 THVB est sine dubio initium nominis oppidi. — 5 fin. fortasse *Philo-me[lo]*.

Bîr el-Afû.

222 in lapide alto m. 0,98, lato 1,70; rep. Bîr el-Afû in territorio gentis Fetnassa.

FOXIV IVALI
RI · NI . . . . DIVI · MAGNI · ANTONINI . . MA
ANTONINI . . . AI . . . DIVI TRAIANI · SAC · CERERIS ET ESCVLAPI S
. . . . ANTONINI SAC . . . . . . OT . . M . . IOVIS

Bourier *bull. d'Hipp.* XVIII p. 154.

Repetivi edita. Videntur complura dedicantis sacerdotia indicata esse.

LI*c*. *Gasr Mezudr* (eph. epigr. V p. 322. 542).

223 ad eph. epigr. V n. 465 et 1239. Ad n. 465, 8 fin. hanc coniecturam per litteras mecum communicavit O. Hirschfeld (cf. *ant. afr.* a. 1885 p. 135): m[*essibu*]s *cond*[*endi*]s. [Sed quae praecedunt *paleam in lateribus ducendis et* parum conveniunt eiusmodi supplemento. TH. M.] — Novum fragmentum huius tituli repperit Vincent et misit Alexandro Papier, qui edid. *bull. d'Hipp.* XXII p. 121. Ipse ex ectypo ab eo accepto sic exscripsi:

ELIO FECIMV
ROCVRATOI
SENS · ERIT · VITVI
G L OCTAV

1 . . *elio* (vel potius . . *ello*) *fecimu*[*s*]. — 2 [*p*]*rocurato*[*r*. .] — 3 [*ab*]*sens erit, vitu*[*peratione dignus erit*] vel tale quid. — 4 . . *g* [*L.*?] *Octav*[*i*. .] cf. eph. epigr. V n. 465, 9.

LII*a*. SALTVS BVRVNITANVS (*Sûk el-Khmîs, Aïn Zaga et vicinia;* C. p. 932; eph. epigr. V p. 326).

224 ad eph. epigr. V n. 471. Repetivit examinata imagine photographica Cagnat *bull. du comité* a. 1885 p. 326, unde refero 2 Commodi nomen ei visum esse in litura repositum.

LII*b*. BVLLA REGIA (*Hammâm Darradji;* C. 934. 980; eph. epigr. V p. 327).

225 Bullae Regiae, in furno calcario in pariete posita.

CVS HOnORE CONT*entus*
*s*VMTVM · REIP · REMIS*isset*
ORDO STATVAM PEDE*strem*
PONENDAM EI CENSV*it*
P P

Ad exemplum et ectypum acceptum a Winklero ed. Poinssot *ant. afric.* a. 1885 p. 187.

LII*c*. A *Fernâna* orientem versus.

226 in fragmento lapidis supra portam positi alti m. 0,25, lati 0,90, litt. 0,05—0,04; rep. prope Suk-Tleta 13 chil. a Fernâna inter septentrionem et orientem, in territorio tribus Uled Schiahîa.

*s*ATVRNO AVG SACR
*pro salute imp. caes. l. se*PTIMI SEVERI PERTINACIS AVG
et m. aureli antonini aug. et p. septimi getae caes. ET IVLIAE DOM
nae aug. matris augg. et castr ....FiL LVCANVS SACERDOS SATVRN TEMPLVM
*sua pecunia f*ECIT ET DEDICAVIT

Ad imaginem photographicam acceptam a Vincent edid. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 153.

2 in. PTIMIS SEVERI traditur errore, puto, typothetae. — 4 in. FEL Papier.

LIV. SIMITTHVS (*Schemtû;* C. p. 158. 935. 980; eph. epigr. V p. 328. 543).

227 in saxo marm. eruto Schemtû ex lautumiis.

ORFITO I PRISCNO F COS a. 110
EX RAT CALLISI
N CII

Acceptam a Moerzio edidit Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 22.

1 *Orfito* [*et*] *Prisc*[*i*]*no cos.*; F ante COS errori auctoris videtur tribuendum. — 2 *Callis*[*ti*].

228 in marmore eruto ex lautumiis Schemtû.

HADRIANI AVG D
N A P
HIBERO COS a. 133
SA

Acceptam a Moerzio edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 22. Vereor ne non plene transscripserit titulum auctor, id quod facile fieri potuit in hoc genere titulorum lectu saepe difficili.

---

229 in massa marm. eruta Schemtû ex lautumiis.

M ANTONN AVG PI D
N / / / D F IVN
BARBARO F REGVLO a. 157
P C

Acceptam a Moerzio edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 23. 1 seq. *M. Anton*[*i*]*n*[*i*] *Aug. Pi*[*i*] *d(omini) n(umero)* . . . [*o*]*f(ficina)*, 3 E pro F, 4 P·C (cf. eph. epigr. V n. 479 seqq.) corr. Cagnat. — 2 fin. quid subsit, parum liquet.

---

230 in massa marm. eruta Schemtû ex lautumiis.

IMP L AVRELIO VERO III T QVADRATO a. 167
N I oF NOVA NCVSEA
HY

Acceptam a Moerzio edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 23. 2 videtur [*o*]*f(ficina) nova* [*Aug*]*us*[*t*]*a*, ut coniecit Cagnat.

---

231 in massa marm. eruta Schemtû ex lautumiis.

IIIP OT NOVA AVREL
IIINO II E FRONTONE COS a. 199
cAESVRA ATHENODORI PROC

Acceptam a Moerzio edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 24. 1 seq. [*n(umero)*] . . . . *o*[*f.*] *nova Aurel*[*iana*] | [*Anull*]*ino II e*[*t*] *Frontone* cos. recte restituit Cagnat.

---

232 in lapide fracto rep. Schemtû in ruderibus templi prope lautumias.

ERNO AVGVSTIA
patera TIA PHIL urceus
ATHAE AVG LIB PROC
M N

Acceptam a Saladino edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* vol. VI p. 25. A quibus partibus fractus sit lapis, an etiam a dextra litterae interierint, auctor non indicavit. 3 seq. *proc(uratoris) m(armorum) n(ovorum)* cf. C. n. 10589 et Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* I p. 88, 4.

233 Schemtû.

D M S

SAPIA	P PAPIR*ius*
PAVLI	SATVRN*inus*
NA PIA	VETER*anus*
A N N	LEG III *aug.*
LXI M	I V P V
V D X	

Acceptam a Vincent ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 150.
a 5 in. requiritur *v(ixit)*.

LIV*aa*. THVBVRNICVM? (*Sidi Ali Bel-Kassem, el-Gela, Ksar Um Nayel, Hr. Mussa;* C. p. 936; eph. epigr. V p. 336).

234 ad eph. epigr. V n. 506. Contuli ectypum subministratum a Cagnato, unde refero unum: 12 Q · OCTAVIVS CELSVS PATER D D.

---

235 in basi alta m. 1,50, lata 0,60, litt. 0,06—0,05; rep. Sidi Alî bel-Kassem.

in margine superiore

A R N A S I

infra in basi

Q OCTAVIO Q F
CORN PRIMO
OMNIBVS HONO
RIBVS IN COLONI
A SVA FVNC
HV*ic* ORDO
CVM OB EXIMIAM
EIVS IN REM PVBLCM
OPERAM *et* IN CI
VES ADFECTIONEM
STATVAM DE PVBLI
C CL · STATVENDAM
CENSERET C OCTAVI
*u*S HONORATVS FIIIV*s op*
*ti*MO P*at*RI S I I I D D D

Exscripsi ex ectypo photographico, quod debeo humanitati Alexandri Papier, qui edid. *bull. d'Hipp.* XXII p. 154 seq.

6 et 7 lapicida spatia vacua reliquit ob lapidis vitium; item fortasse 13 post STAT. — 13 in. est, puto, € COL; lego igitur 12 seqq.: *de public*[*o*] *c*[*o*]*l*(*oniae*) *statuendam censeret, C. Octavi*[*u*]*s Honoratus filiu*[*s opti*]*mo p*[*at*]*ri s*(*ua*) *p*(*ecunia*) *f*(*ecit*) [*l*(*oco*)] *d*(*ato*) *d*(*ecurionum*) *d*(*ecreto*). — Eiusdem familiae homines habuimus eph. epigr. V n. 506 et 507.

LIV *c*. *Hr. el-Aluin* (eph. epigr. V p. 342).

236 in lapide alto m. 0,51, lato 2,00, crasso 0,26, litt. 0,15; rep. Hr. el-**Aluîn in stabulo** aedium (*Bordj*).

/IICIIAIAM PROMISIT · PRAETER STATVAM DIV*i*
/IS////// AII SALIENTIBVS · ET · PONDERIBVS IIRI
tertii versus vestigia tenuia supersunt

Exfodi stercore obrutam et aegre descripsi.

1 **in. fortasse** *legitimam*. — 2 Agitur, puto, de opere quodam publico salientibus et ponderario exornato, fortasse de macello cf. VIII n. 9062. 9063.

LVII. VALLIS (*Hr. Sidi Mediān* et *Gasr et-Tir;* C. p. 160. 937).

Melius disiungerentur tituli reperti in ruderibus prope Gasr et-Tir a Vallitanis, **sed** standum erat eo ordine quem instituit Wilmanns.

237 in lapide fracto alto m. 0,74, lato 0,56, litt. 0,055—0,04; rep. Hr. Breik **paucis** chiliometris a Gasr et-Tir, ubi nunc adservatur.

SERAPI · AVG · SACR
PRO SALVTE · IMP · CAES ·
M AVRELI COMMODI · ANTONINI · PII
FELICIS AVG TOTIVSQ DOMVS EIVS
DIVINAE
*iul*IANVS ROGATI · GEMNI SARDANI
*f*IL SVO · ET · ROGATIANI · ET · PRIMVLI
*e*T IVLIANI · ET · SECVNDIANI · FILIOR
*s*VOR · NOMINE · STATVAM QVAM *ex*
*li*BERALITATE · SVA PRO AMORE
*p*ATRIAE · AD · EXORNANDAM
*e*AM · EX · HS · III · MIL · N · PROMISIT
*amp*LI*a*TA · PECVNIA · FECIT · ET D*ed*.
ob cuius DEDICATION*em* cet.

Exscripsi ex ectypo accepto una cum exemplo a Theodoro Pilter Anglo. — **Ad ectypum** sumptum a Letaillio edid. de la Blanchère et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 193 seq.

3 **Commodi** nomen erasumne sit an in litura repositum, in ectypo non **apparet;** COMMODI de la Blanchère et Reinach. — 13 in. *de*BITA de la Blanchère et Reinach. — 14 in ectypo meo non cernitur nisi D.

238 in lapide fracto alto m. 1,0, lato 0,54, litt. 0,10—0,06; rep. 2 fere chiliom. a Gasr et-Tir septentrionem versus. Nunc adservatur Gasr et-Tir apud Pilterum.

C · EGNA*ti*O · C · FIL
PAPIRIA · *fe*LICI AEDI
LI · IN*no*CENTISSIMO
AMICI · OB · M*er*ITVM · OB · CV
IVS · DEDICATIONEM · IDEM ·
EGNATIVS · PR*a*ETER · GYMNA
SIVM · ET · MISSILIA · QVAE · AEDI
LES · EDERE · *so*LENT · DIEM · SACR
LIBERALIORVM · AVXIT · ET · OMNI · IN
PENSA · SVA · EVM · CIVIB · VNIVERSIS ·
EXIBVIT·AMPLIVS ETIAM·LVDOS·SCENI
COS·EDIDIT·ET·EP*ul*VM·POPVLO·DEDIT
L · D · D D ·

Exscripsi ex ectypo non satis bono accepto a Theodoro Pilter Anglo. — Ad ectypum sumptum a Letaillio edid. de la Blanchère et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 194.

1 in. G de la Blanchère et Reinach. — 3 in. eosdem secutus sum, cum in ectypo meo litterae primae ante IN.. minus appareant.

---

239 in lapide alto m. 0,49, lato 0,60; rep. in ponte Vallitano.

vacat
\IIONEM LVDO
SIS CONDICVRION\

Descriptam ab J. Cabourg mihi misit Th. Pilter.

[*ob cuius dedic*]*ationem ludo*[*s* .... *et epulum univer*]*sis condecurion*[*i-bus dedit* ...].

LVIII. MEMBRESSA (*Medjez el-Bâb;* C. p. 162; eph. epigr. V p. 345. 650).

240 Medjez el-Bâb in statione viae ferreae.

PRO · SALVTE · IMPP · CAES*s*
LVCI · SEPTIMI · SEVERI · PII
PERTINACIS · AVG · ARAB*ici*

Descriptam a Letaillio edid. Villefosse *bull. du comité* a. 1885 p. 532 n. 3. Est Septimi Severi et Antonini filii eius.

LX. *Schauwâsch* (C. p. 164. 937; eph. epigr. V p. 345).

241 in fragmento litt. m. 0,08—0,07; rep. Schauwâsch.

TRAIAI
AVG · C

M. Boyé *bull. du comité* a. 1886 p. 238.

LX*a*. *Hr. Bedjar* et *Hr. Bir Sofuir.*

Rudera dicta ab indigenis Hr. Bedjar sita sunt in rupe, quam circumfluunt fluvii Wed Tin et Wed Bedjar, occidentem versus a Teburba. De nomine oppidi Romani, quod putant contineri n. 242, 3 seq., cum in universum tum ob lectionem dubiam non constat.

242 in basi alta m. 1,20, lata 0,48, litt. 0,06—0,035; rep. Hr. Bedjar.

MINERVAE · AVG
SACR
HONORATVS · ROGATI · CA
VAZ · OB DECVRIONATVM
ROGATI · FILI · STATVAM · EX
HS ƆCCCC · N · ADIECTIS · A · SE
HS CCCC · N D D · FACIEND · CVR
IDEMQ· DEDIC ·

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 105.

3 fin. CA probabilius videri quam CN adnotant auctores. Iidem de nomine civitatis cogitant, quale est *ca(stellum)* (vel *ca(stra)*) *Vaz*..., conferentes Οὐάζουα, quam Ptolemaeus IV, 3, 32 tradit μεταξὺ Θαβράκης πόλεως καὶ Βαγράδα ποταμοῦ, et episcopum *Vaziensem*, de quo vid. Morcelli *A. chr.* I p. 347. Addere potuerunt eundem Morcellium secuti in notitia dign. sub dispositione comitis Africae recenseri *praepositum limitis Bazensis*, ut videatur ibi etiam aevo inferiore praesidium fuisse ad barbaros coercendos. Nihilominus haec mihi ut audaciora reicienda videntur, praesertim cum ne de lectione quidem satis constet. Quamquam nomen civitatis hic posse latitare concedo.

---

243 in basi alta m. 1,55, lata 0,45, litt. 0,10; rep. Hr. Bedjar.

VICTO
RIAE
AVG

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 105.

244 in lapide alto m. 0,77, lato 0,87, litt. 0,16; rep. Hr. Bîr Sofuîr, quae rudera exigua sita in colle ad fluvium Wed Tin prope absunt ab Hr. Bedjar inter meridiem et occidentem.

. . . *et sabiniae tranq* VIILINAE
aug. totiusque diuinae domus e ORVM
DEDICAVIT

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 107.

Titulum etiam supra fractum esse ex coniectura indicavi. — Est Gordiani III et domus eius.

LX*c*. MVNICIPIVM SEPTIMIVM LIBERVM AVLODES (*Hr. Sidi Reiss*).

Nomen oppidi, quod olim ibi fere floruit, ubi hodie restant rudera Hr. Sidi Reiss 10 chiliom. ab Hr. Aïn Durât inter septentrionem et orientem, alibi nusquam traditur nisi in titulo, quem statim referam.

245 in basi alta m. 0,67, lata 0,36, litt. 0,05; rep. Hr. Sidi Reiss.

D N FL GRATIANO
PERPETVO AVG
MVNICIPIVM
SEPTIMIVM LI
BERVM AVLO
DES NVMINI
MAIESTATIQ
EIVS DEVOTIS
SIMVM

Cagnat et Reinach *comptes-rendus de l'acad.* a. 1885 p. 256 et iterum *bull. du comité* a. 1886 p. 108.

LX*d*. MVNICIPIVM ..... (*Hr. Bedd*).

Ibi ubi hodie sunt rudera dicta Hr. Bedd olim fuisse municipium Romanum docemur titulo n. 250. Nomen eius hucusque non prodiit.

246 (= eph. epigr. V n. 1228). Lapide lato m. 1,90, alto 0,85, litteris pulchris 0,20—0,13 exstante Hr. Bedd in Arabis mappali a se recognito titulum repetiverunt Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 13.

IOV*i* O*ptimo* . . .
pro salute imp. CAES · DIVI · L · SE*pti*M*i seueri* . . .
*diui trai*ANI PARTHICI ET DIV*i neruae* . . . .
*matris a*VG · ET CASTRORVM ET *senatus* . . . .

Est Caracallae et Iuliae Domnae.

247 in **basi supra** fracta alta m. 0,51, lata 0,35, litt. 0,035; rep. Hr. Bedd.

imp. caes. L. septimio
*seue*RO PIO PERTINACI
*au*G PARTH ARABICO PAR
th ADIABENICO · TR P $\overline{\text{IIII}}$ a. 196
*i*MP · VIIII COS $\overline{\text{II}}$ PR*oco*S
/ ALFIVS SECVNDVS F P STATV
AS EQVESTRES ///S EX HS
$\overline{\text{XII}}$ N̄ QVAE L ALFIVS FELIX PA
TER EIVS DVPLICATA SVMMA
HONORARIA F P EX SVA LIBERA
LITATE PROMISERAT PER
MISSV ORDINIS PO*suit*

Cagnat et **Reinach** *bull. du comité* a. 1886 p. 109.

6 [*dua*]*s* **potius** quam [*tre*]*s*. — 7 pro QVAE volunt QVAS scribi auctores **errore; spectat** *quae* ad *sestertium duodecim milia nummum*. — 9 F P est *f*(*lamonii*) *p*(*erpetui*).

---

248 in **basi** alta m. 0,82, lata 0,40, litt. 0,03; rep. Hr. Bedd.

. . . . AESAR
. . . . AVG
. . . . IMP CAES
. . . . IIII
. . . .
O . . . . . II . . . .
. . . .
. . OI . . . . O
. . V C . . . .
. . IELIC . . . . . Λ I
ILAV . . ICIIIS II
*st*ATVAM QVAM IDEM PA
*tu*R SV̄S PROMISERAT FECIT ET
OB DEDICATIONEM ORDI
NI · EPVLVM · DEDIT ·

Cagnat et **Reinach** *bull. du comité* a. 1886 p. 110.

13 SV̄S = *suus* cf. Hübner *exempl. script.* p. LXXII et LXXVI et eph. **epigr.** V **ad** n. 470, II, 6 fin. Ceterum *suus* pro *eius* positum est ut saepe **aevo inferiore.**

249 in basi litt. m. 0,05—0,07; rep. Hr. Bedd in pariete sanctuarii Arabici, quod est pro apiario.

M MVNIO ·
PRIMO OPT\
TIANO · EQ · ROM
/L PERP · CIVI
LARGISSIMO
ET · AMPLITER
MVNIFICO ·
PATRONIS ·

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 111.

2 seq. *Opt[a]|tiano.* — Ex 8 auctores recte videntur colligere hunc titulum partem fuisse monumenti patronis compluribus dedicati.

---

250 in basi alta m. 1,10, lata 0,56, litt. 0,08; rep. Hr. Bedd.

TI APRARIO FELICI Q FIL
PAPIRIA PARATO AEDILI
CIO FL PERP BONO VIRO A
MATORI ·T ALVMNO MVNICIP
SVI OB INCOMPARABILEM
MISSILIVM IN HONOREM
AEDILITATIS EDITIONEM MG
NAMQ ETIAM OPERIS SEP
TIZODI · NVDAE LIBERALTATIS
EXSTRVCTIONEM · POPVLVS
AERE CONLATO POSVIT LDDD

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 111.

4 T, fortasse pro E, traditur. — *alumno* significat puto Aprarium ibi illum quidem non natum, at tamen a puero educatum esse. — 8 seq. septizonia praeterea nota sunt Romanum ac Lambaesitanum C. n. 2657. Formae quae est *septizodium* exempla apud scriptores obvia collegit H. Schuchardt *Vocalismus des Vulgärlateins* vol. III p. 73. — 9 *nuda liberalitas* dicitur, ad quam praestandam nulla necessitate legitima, nimirum honore accepto, obstrictus fuerit. Nam liberaliter se gessit etiam in missilium ob aedilitatem editione ipsa solita ac legitima, cf. supra n. 238, 7 seq.

LX e. *Hr. Schelga.*

Rudera quae indigenis audiunt Hr. Schelga satis conspicua sita ad fluvium Wed Tin primi exploraverunt Cagnat et Reinach.

251 in fragmentis duobus altis m. 0,49, litt. 0,12; rep. Hr. Schelga.

DDD N N CONSTAN

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 113.

Est filiorum Constantini Magni.

LX*f*. VCCVLA (*Hr. Durât*).

Haec rudera sita sunt in valle fluvii Wed Tin superiore prope fontem et rivulum dictos ab indigenis Aïn Durât. Ibi olim floruisse *civitatem* nomine Ucculam eamque posthac *municipii* iure usam esse duo tituli docent n. 253 et 254. Etiam episcopi Ucculenses occurrunt in collatione Carthaginiensi a. 411 (Harduinus *acta concil.* I p. 1083 A) et in epistula ad Paulum patriarcham Constantinopolitanum contra monotheletas a. 646 data (*ibid.* III p. 751 A).

252 in lapidibus duobus litt. m. 0,05; Hr. Durât in moenibus quibusdam.

///// AVG SACRVM
IIAIIA/////|I F · AR*n* · //ATIANVS SVO ET FI
*l*IORVM *suo*|RVM NOMINE TE*mpl*V*m* AT
*qu*E CO*l*V*m*|*nas* SV*a* PE*c*V*nl**a* R*esti*TV*i*T
*ide*M|*q*V*e* *dedica*VIT

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 114, qui etiam supplementa addiderunt.

---

253 in epistylio alto m. 0,67, lato 1,0, litt. 0,075; rep. Hr. Durât.

pro salute IMP · CAES |M AVRELI|
NIVS / F · ARN · KARTHAGIN
AT EX INTEGRO AMPLIATO · O

Cagnat et Reinach *comptes-rendus de l'acad.* a. 1885 p. 254 et iterum *bull. du comité* a. 1886 p. 115.

1 nomen in litura repositum est, puto, Commodi aut Severi Alexandri.

---

254 in fragmentis tribus litt. 0,07; rep. Hr. Durât.

*opti*MO ET SVPER
omnes PRINCIPES
*inuicto i*MP CAES
*fl. constan*TINO MAXIMO
*perpetu*O AVG
uccula MVNICIPIVM
*deuotu*M NVMINI
EIVS

Cagnat et Reinach *comptes-rendus de l'acad.* a. 1885 p. 255 et iterum *bull. du comité* a. 1886 p. 115, qui etiam supplementa dederunt.

255 in basi litt. m. 0,07; rep. Hr. Durât.

C · ANNIOLENO · C F
ARN · KARTHAGI
sic NENSI GALLIANO
FLAM · DIVI · TITI
CIVITAS VCCVLA
DECRETO AFROR
POSVIT

Cagnat et Reinach *comptes-rendus de l'acad.* a. 1885 p. 253 et iterum *bull. du comité* a. 1886 p. 115.

6 *Afros* auctores dicunt esse indigenas circum Carthaginem habitantes. At cum decretum Afrorum nominetur, equidem potius concilium provinciae Africae hic significari crediderim, ut idem sit atque *ex decreto provinciae Africae,* vid. e. g. supra n. 12.

---

256 in lapide alto m. 0,78, lato 0,45, litt. 0,02; rep. Hr. Durât.

. N . . . .
II . . . .
INAIV// MVLIOS SINIIVSOS SEMPER II . . . . .
IN OMVM FELIX DVXIT ET MAIESTAS DEI IV . . . .
NA MARTIS FABRCATA MNV CONSTAT DEI NV/ . . . .
NI VIDIT FACTVM SIMIIM SIEIS SVO CVN . . .
IN MELIVS REFORMATVM FVT IMAGO CERTA SIO .
CVM VENERABILIOR VOLTVS ST ET OMNIA SIGNA SIC
TANTA OPERA PERFECTA IPSA RELIGIO DEMONSTRAI
OMNIS QVAE FECT CASTRA NIFERE SVA PERPETVO
CEIONIO FABRICANTE CVIVS MOR CRESCT ADHVC
IN NVMERVM MAIORVM QVIA HOC PRAT AT DIVS IA
LAETAM VITAM HABERE ET FAMA MELIORE SI NO . .
OSTENDIT VERVM ET VOTVM FECIT LIBENS ANIM .
NAM MARTENSIBVS GYMNASIVM VNVMQ DEDI SI .
INMERITO QVIA SOLVIT DONVM NVMINI BAESTA . .
VT CERTE IVSSIT ET SIGNVM DEDIT SVO NVN . . .
SICIIOIEME DEDIT OE. . . . .
. . . .

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 114.

Initio cum quattuor versus deletos esse adnotent auctores videntur intellegere eos ipsos, quibus supra numeros 1—4 adscripsi. Titulus lectu difficilis quamvis non satis bene exceptus sit, tamen pleraque intelleguntur, expressa sermone sane contorto atque impedito. In praesens in hunc fere modum titulum lego: 3 *mul[t]os sin[gul]os semper* ... | *in om[ni?] felix duxit, et maiestas dei i[am? divi]|na Martis fabricata manu constat, dei nu[men* | *se]*

vidit factum simi[le]m si[gno] suo (pro eo quod est: *vidit signum suum factum simile sibi*), *cun[ctum]* | *in melius reformatum fu[i]t, imago certa sig[ni],* | *cum venerabilior voltus sit, et omn[i]a signa sic* | *tanta opera perfecta ipsa religio demonstrat* | *omnis* (= omnium), *quae fecit castra ni[t]ere sua perpetuo* (nisi est *Perpetuo*) | *Ceionio fabricante, cuius amor crescit adhuc* | *in numerum maiorum* (pro *parem maioribus apud cives sibi gratiam comparat*), *quia hoc p[a]rat a[b] div[i]s* (vel *at div[o]s*) *ia[m]* | *laetam vitam habere, et fama meliore s[e] no[bis]* | *ostendit, verum et votum fecit libens anim[o].* | *Nam Martensibus gymnasium v[i]numq(ue) dedi[t] si[c]* (vel *s[et]*) | *inmerito, quia solvit donum numini p[r]aesta[ns],* | *ut certe iussit, et signum dedit suo nu[mini]* | *si[mil]em,* (vid. v. 6) *e[t] dedit.....*

At moneo Mommseno haec non videri sensum efficere satis tolerabilem, ut potius censeat a dextra haud pauca periisse. Quamquam auctores versus 8—12 tamquam integros ediderunt. Quod utut est, Martenses certe hoc titulo gratias agunt Ceionio, imprimis quod Martis signum vetustate corruptum egregie restauravit alia quoque deorum signa refecit nec non gymnasium vinumque ipsis dedit. Martenses autem sunt collegii sodales, veluti Beneventi, Mediolani, alibi Martensium collegia occurrunt. Atque eorum schola sive curia v. 10 *castra* vocantur.

Ad saeculum quarto prius ut titulum ne referamus, ipsum sermonis genus dissuadet garrulum ac prope barbarum.

LX*g*. *Hr. ben Glaia.*

257 in lapide litt. m. 0,05; rep. Hr. Ben Glaia (Bu Glaia Espérandieu).

SATVRNO · AVG · SACRVM
L · REMMIVS · FAVSTVS · CVM · AVITO
FIL · SVO · TEMPLVM · ET · STATVAM · EIVS A FVN
DAMENT · SVA · PEC · FECIT · ITEMQ · DEDIC · D · D ·

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 117; partem dextram solam descriptam a ductore Gallo edid. Espérandieu *bull. d'Hipp.* XXII p. 146.

---

258 in lapide lato m. 0,42 (potius, puto, 1,42), alto 0,58, litt. 0,085; rep. Hr. Ben Glaia.

*me*DICI PARTHICI MAX · TR POT · XXIIII · IM*p v cos. iii p. p.* a. 170.
ET COLVMNIS DVABVS CVM OPERE DED*icavit*
*ob dedicati*ONEM POPVLO · GYMNASIVM · ET *epulum dedit l. d. d. d.*

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 118.

Est M. Aureli.

LXI. TVCCABOR (*Tukâber;* C. p. 165. 937; eph. epigr. V p. 346.)

259 in fragmentis duobus altis m. 0,50, litt. 0,08; Tukâber intus in aedibus binis in parietibus posita.

|I A N V S| |OMNI M*agnificentia*
|ET OB DE*dicati*|ONEM S|
*epulu*M| ET GYMN*asium* |L V D O R|*umque*
specta|C V L V *m*| *populo* |D E D I T| *l. d. d. d.*

Cagnat et Reinach *bull. du comité* a. 1886 p. 119.

---

260 Tukâber.

D M S
P · FELIX · P · VIXIT
ANNIS · XXI · MEN
SES · DVO · S ZIES
V ·

Cagnat *rapport* I 1882 p. 78 n. 30.

Titulum hic rettuli propter scripturam 4 ZIES. Nam *duos zies* certe legendum est.

LXV. THVBVRSICVM BVRE (*Teburauk;* C. p. 177. 938; eph. epigr. V p. 349. 545).

261 in lapide alto m. 0,28, lato 0,61, litt. 0,05; rep. Tebursuk in mola quadam olearia.

IO/VMIVSABIRI
ARA DIVI · AVG · FAC · C
// IDEMQVE DED

Contuli ectypum acceptum a Cagnato. Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 24.

Num fractus sit lapis non traditur. Idcirco certo restitui titulus nequit. Cogitavi de his supplementis: [*P*]o[*st*]*umius Abiri* | *ara*(*m*) *divi Aug*(*usti*) *fac*(*iundam*) c|[*ur*(*avit*)] *idemque ded*(*icavit*). At 1 post O una littera mihi visa est interiisse. — Abiri nomen aliunde quod sciam non est notum.

---

262 in lapide alto et lato m. 0,60, litt. 0,08; rep. Tebursuk in aedibus Mohammed Bu Beker.

//IO SALLVS*tio*
D//E ADLECTO
*magis*TRO EPISTVLAR*um*
BVS A MILITIS T

Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 24.

3 nomen magistri epistularum ante tertium saeculum non invenitur cf. Friedländer *Sittengesch. Roms* I[4] p. 179.

LXV. 2. MVNICIPIVM THIMBVRE (*Hr. Kuschbatihia;* C. p. 181.)

Rudera nomine Hr. Kuschbatihia sita ad Gorrae montis pedem septentrionalem pertinere ad municipium Thimbure docuerunt tituli duo a Cagnato et Reinachio reperti. Aliunde de eo nihil compertum est.

263 Hr. Kuschbatihia.

FORTISSIMO
AC · NOBIL · CAE
FLAVIO VALE
RIO · CONSTAN
TIO RESP · MV
NICIPII THIM
BVRE NVMINI
EORVM · DEVO
TA IN AETERNVM

Descriptam a Bordier et Tauzia de Lespin edid. Cagnat *bull. du comité* a. 1885 p. 158 n. 13; ab ipsis recognitam Cagnat et Reinach *comptes-rendus de l'acad.* a. 1885 p. 258.

7 seq. *numini eorum* referendum esse ad bases complures iuxta positas Constantii eiusque collegarum collegaeve cuiusdam animadverterunt editores.

---

264 Hr. Kuschbatihia.

tres versus evanidi
*g*VSTO RES *pub*
LICA MVNI*c*
THIMBVRE
*n*V*mini* *eo*
RVM · DEVOTA

Cagnat et Reinach *comptes-rendus de l'acad.* a. 1885 p. 258.

Hanc basim coniunctam fuisse cum n. 263 coniciunt editores. — 7 in. /VL editur.

THIBARIS (*Hr. Amâmet*). Inserenda post caput praecedens.

Rudera Hr. Amâmet ab Hr. Kuschbatihia 12 fere chiliom. absunt occidentem versus, 3 a Djebba pago Arabum ad montem Gorram sito. Quas esse reliquias oppidi Romani, cui Thibaris nomen erat, iam constat ex titulo, quem infra referam. Neque alioqui exstincta est illius memoria, cum exstet epistola Cypriani data ad plebem Thibari consistentem (n. LVIII Hart.), et episcopi Thibaritani interfuisse tradantur conciliis Carthaginiensibus anni 255 a Cypriano convocato et, cuius saepe mentionem feci, anni 411 (cf. Harduinus *acta conc.* I p. 170*B*. 1087*D*. 1099*E*). Denique etiam rivulus ista rudera praeterfluens, Wed Tibar, oppidi antiqui nomen servat. Erravit igitur Harduinus, qui quod inter alios Byzacenos Thibaritani episcopi in collatione Carthaginiensi evocati sunt, ad Byzacenam provinciam Thibarim revocavit (cf. Morcelli *Afr. christ.* I p. 315).

265 Hr. Amâmet.

GENIO THIBARIS
AVGVSTO
SACRVM
R P THIB

D d

Descriptam a Bordier et Tauzia de Lespin edid. Cagnat *bull. du comité* a. 1885 p. 156; ab ipsis recognitam repetiverunt Cagnat et Reinach *comptes-rendus de l'acad.* a. 1885 p. 257.

---

266 rep. in ruderibus uno fere chil. occidentem versus (versus Hr. Sûk el-Khmîs) ab Hr. Amâmet; litt. m. 0,08.

EQ · PVBL · ADLECT · A DIV
NVM · EQVITATAE · IN

Descriptam a Bordier et Tauzia de Lespin edid. Cagnat *bull. du comité* a. 1885 p. 156 n. 6.

Est [*inter equites*] *eq(uo) publ(ico) adlect(us) a div*[*o... praef. coh(ortis)*.....] *num equitatae in*...

Hr. Schett et *Bordj Abd el-Melek.* Inserenda post Hr. el-Maatria eph. epigr. V p. 545.

Exstant haec rudera ad montis Gorrae pedem meridionalem 3 fere chiliom. a Bîr el-Afû.

267 (= C. n. 10618). De lapide alto m. 0,42, lato 1,80, litt. 0,14, qui nunc est pro poste in porta curtis Bordj Abd el-Melek, exceptam a Royio ed. Poinssot et Demaeght *ant. afr.* a. 1883 p. 264 n. 105; iterum de visu Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 30 n. 708.

SAC DEI AESCVLAPI ET

AESCVLA Roy; ESCVLAPI cet. omissa A Poinssot.

---

268 in lapide alto m. 0,60, lato 1,65, litt. 0,10—0,06; rep. ad fontem Ain Trab prope Bordj el-Melek.

h E R C V L I V CIIA
L V A / / I . VS MAXIMV
RIVS FAVSTINVS SFI I *ob* HONOREM FAVST
PROMISISSET AD ORNANDVM OPVS QVOT · IN HONOR
HERCVLIS SVA PECVNIA POSVIT ITEMQ · DEDICAVIT · P ·
PROMISSVM A SE OB HONOREM S *val*ERI FAVSTINI FIL · SVI · SVA · PEC · FECIT ·

Exscripsi ex ectypo accepto a Poinssotio, qui ad idem maxime edid. *ant. afr.* a. 1885 p. 32 n. 717.

Sic fere titulum intellego: [*H*]*erculi* ..... *L. Va*[*ler*]*ius Maximu*[*s* .... *cum P. Vale*]*rius Faustinus* [...... *fil.? ob*] *honorem Faust*[*ini filii sui templum Herculi?*] *promisisset, ad ornandum opus, quot in honore* [*Faustini fil. P. Valerius Faustinus incohaverat, aram*] *Herculis sua pecunia posuit itemque dedicavit; P.* [*Valerius Faustinus templum*] *promissum a se ob honorem S.* [*Val*]*eri Faustini fil*(*ii*) *sui sua pec*(*unia*) *fecit* ....

---

269 Bordj Abd el-Melek.

D M S
Q LIVINE
IVS SIPO SEVE
RIANVS MEDI
5 CVS VIR PIISSIMVS
VIXIT ANNIS LXXII
H S E

Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 31 n. 714.

Hr. Bent el-Ariane. Inserenda post caput praecedens.

Sita sunt haec rudera ad montis Gorrae pedem meridionalem ab Hr. Bîr el-Afû occidentem versus.

270 in epistylio alto m. 0,50, lato 0,80, litt. 0,05; rep. Hr. Bent el-Ariane in ruderibus templi.

FORTVNAE · AVG · SACRVM

Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 29 n. 706.

LXV*a*. VCI MAIVS (*Hr. ed-Duâmis;* eph. epigr. V p. 350).

271 in epistylio lato m. 1,50, alto 0,55, litt. 0,06; rep. Hr. ed-Duâmes (ab altera parte n. 275).

AESCVLAPIO AVGVSTO SAC*rum*
L · SOLLONIVS · P · F · ARN · LVPVS · MARIAN*us*
CONTVLIT · ET · IN · PATRIA SVA OMN*ibus honoribus functus*
ex opere QVADRATO SVA PECVNIA FECIT

Descriptam a Balthazar ed. Tissot *arch. des miss. scientif.* X p. 135 n. 4 et *comptes-rendus de l'acad.* X p. 295; melius ed. Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 38.

2 D SOILONIVS P · F · ARNIPVS cet., 3 in. CONIVIVII ET Balth.; idem 4 in. hiatum non indicavit. — 3 in. CONTVLIT num recte exceptum sit dubito. 2 seq. [fortasse *Marian*[*ae quo se*] *contulit;* ita Lupus oriundus Uci incola degebat Marianae in Corsica. TH. M.]. Vide ne spatium deficiat.

272 Hr. ed-Duâmes in parietinis aedium moenibus oppidi adstructarum prope mosqueam Sidi Messaud.

SALVTI AVG SACRVM
C · PACVVIVS · C · F · FELIX SVO ET
TVLLIAE PRIMVLAE VXORIS SVAE
nomine FECIT · ITEMQVE DEDI*cauit*

Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 39 n. 739.

---

273 in basi alta m. 0,80, lata 0,48, litt. 0,05; rep. Hr. ed-Duâmis.

*do*MINO · TRIVMFI · LI
BERTATIS · ET · NOSTRO
RESTITVTORI · INVIC
TIS · LABORIBVS · SVIS
PRIVATORVM · ET
PVBLICAE · SALVTIS
c FLAVIO · VALERIO
CONSTANTINO · PER
PETVO · SEMPER · AVG · R · P
COL · V · M · DEVOTORVM
NVMINI MAIESTATI
QVE EIVS IN AETERNVM

Tissot misit Mommseno, mihi Poinssot. Descriptam a Balthazario edid. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* X p. 295 et *arch. des miss. scient.* X p. 134 n. 3; Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 37 n. 734.

1 [*do*]*mino* restituit Tissot. — 7 in. L Balthaz.; corr. Tissot. — 9 fin. AVG P et 12 N pro IN Balth. — 10 *col*(*oniae*) *U*(*citanorum*) *M*(*aiorum*).

---

274 in lapide alto m. 1,40, lato 0,45, litt. 0,065; rep. Hr. ed-Duâmis.

MARCIO HONO
RATO FABIANO
EQ · R · E · M · *Viro*
CIVI ET PATRONO
RESPVBLICA COLO
NIAE MARIANAE AV
GVSTAE ALEXANDRIN
AE VCHITANORVM
MAIORVM
D D P P

Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 36 n. 731.

3 *e*(*gregiae*) *m*(*emoriae*) *v*(*iro*). Similem formulam de vivo habuimus eph. epigr. V n. 749.

275 Hr. ed-Duâmis (ab altera parte n. 271).

LIBERORVM
DEM · PRAEF · I · D · QVIN////
VS PATER · EIVS · SVO · ET · MAR
IONEM · FRVMENTVM DEDIT

Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 38 n. 738.

Sic fere intellegenda est: 2 [... *aedilis, i*]*dem praef*(*ectus*) *i*(*ure*) *d*(*icundo*) *quin*[*q*(*uennalis*)] .. 3 seq. *suo et Mar*[... *et ... filiorum suorum nomine fecit idemque dedicavit et populo ob dedicat*]*ionem frumentum dedit.*

LXVI. THVGGA (*Dugga;* C. p. 182. 938. 979; eph. epigr. V p. 353).

276 ad eph. epigr. V n. 572. Versus sexti reliquias exiguas excepit et duo nova huius monumenti fragmenta alta, ut *c*, m. 0,48, lata *a* 0,75, *b* 1,0 invenit Poinssot, qui mihi subministravit exempla sua — fragmentorum *a* et *b* bina, *c* unum — et edidit, tantum omissis versibus tertio et sexto, *ant. afr.* a. 1885 p. 43 n. 753. Ego iam titulum ad exempla Poinssotiana manuscripta et fragmenti *c* meum sic edo pleniorem:

a *b* *c*

PRO SALVTE · IMP · CAESARIS · TRAIANI · HADRIAN
PATRONVS · PAGI · ET CIVITATIS · M · GAPINIVS · QVIR · BASS
ET · CIVITATIS · TEMPLA · CONCORDIAE · *fr*VGIFERI · LIBERI · PATR
SOLO SVO A FVNDAMENTIS · SVA · PECVNIA · STRVXERVNT · INQV
MVLTIPLICATA PEC CONSVMMAVERVNT · ITEMQ · DED · CVRA
FORTVNAT O [illegible]

a in exemplo Poinssotiano priore omissus est v. 1, v. 3 in altero. — *b* 3 CONCORDIAE E in exemplo priore, cum in altero sit CONCORDIAE M GA litteris ultimis errore ex v. 2 repetitis; correxi *Concordiae,* [*fr*]*ugiferi,* nam *e*[*t fr*]*ugiferi* spatio minus commendatur. — Discrepantias binorum Poinssoti exemplorum reliquas, cum sint momenti exigui, non refero. — *c* in exemplo meo est 2 in. PINIVS, 3 in. 'GIFERI ·, unde quod editio mea differt, errori tribuas. Videtur igitur titulus sic restituendus esse: *pro salute imp. Caesaris Traiani Hadrian*[*i Augusti* [*nomen*] ..... | *patronus pagi et civitatis, M. Gabinius Quir. Bass*[*us* ..... *patronus pagi*] | *et civitatis templa Concordiae, frugiferi Liberi patr*[*is,* — tertii dei —] | *solo suo a fundamentis sua pecunia struxerunt inqu*[*e* tot *annis? ex promissa primum, deinde*] *multiplicata pec. consummaverunt itemq. ded. cura*[*ntibus* .... *Fortunato* ....].

277 Dugga.

*satur*NO AVG
pro salute M AVRELI
*antoni*NI AVG PII
parthici BRITANN*ici*
maximi cet.

Marius Boyé *bull. de la soc. arch. du Midi de la France, séance du 12 juin* a. 1883.

Est Caracalli.

278 in lapide alto m. 0,54, lato 2,30, litt. v. 1 0,20, v. 2 0,14; rep. Duggae in moenibus, quae sunt circa templum.

au C GERMANICI PONT MAX TRI*b* POT
PAP FELIX IVLIANVS ///M//ITD

Mihi misit Poinssot.

279

VM . . . .
cras SVS · AE · D · OR · N · TR · MIL
/N · GERM · PRAEF · FAB
Q · DES · PATR · PACI · DE
RESTITVTVS D · S · P · F · D

Descriptam a Mario Boyé edid. Le Bègue *mém. de la soc. arch. du Midi de la Fr.* vol. XIII (a. 1884) p. 109 seq.

Lapidem a lateribus fractum esse ex coniectura indicavi; num etiam supra quaedam perierint dubito. — Pertinet titulus ad eosdem fere homines, ad quos C. n. 1478, nisi forte est alterum eius exemplum paullulum discrepans. Legas igitur ibi 3 fin. *tr(ibunus) m[il(itum)]*, 6 in. *[patron]us*. — 3 in. est, puto, *[in] Germ(ania)*. — 5 fin. fortasse *d[edicavitque d. d.]*.

---

280 in lapide rep. Thuggae in moenibus Byzantiis, quae sunt circa templum, ad dextram portae cuiusdam.

AVIO PRAEFECTO
//ANAE IN SYRIA
C · C · II · PATRONO PAG
pa GVS TVGG · EX D · D
II

Ad exemplum Saladini edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* VI p. 18.

1 in. fuit fortasse *[P]au[l]o*. — 2 in. X (?) ANAE traditur. — 3 in. Cagnat cogitat de eo quod est *[adlecto dec(urioni) a] c(olonis) c(oloniae) I(uliae) [K(arthaginis)]* cf. VIII n. 1413. Deinde est aut *patrono pag(i)* aut *patrono pag(i) [et civitatis]* .... — 4 *[pa]gus T[h]ugg(ensis)*, ut opinor. — 5 est fortasse *[p. p.]*.

LXVII. AGBIA (*Hr. Ain Edja*; C. p. 189. 938; eph. epigr. V p. 354).

281 ad eph. epigr. V n. 577. Dele. Eadem est atque *ibid.* n. 374, cf. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* II p. 249 seq.

LXIX. MVSTI (*Hr. Mest* sive *Hr. Sidi Abd er-Rebbû;* C. p. 192; eph. epigr. V p. 357. 547).

282 ad eph. epigr. V n. 589. Repetivit Héron de Villefosse *bull. du comité* a. 1886 p. 533 n. 10, unde refero *a* 3 MA}ICA i. e. *Mazica* cf. C. n. 8817.

283 ad eph. epigr. V n. 1257. Ad ectypum acceptum a Josepho Letaille repetiverunt de la Blanchère et Héron de Villefosse *bull. du comité* a. 1885 p. 533 n. 8.

SVVM TEMPLO SVA IMPENSA EXSTRVXIT · ET · OB · MEMOR*iam*
I DONAVIT ET ARCVM CVM PARIETIBVS CONIVNCTIS · ET · PORTICVS INI
ET IN TEMPLO LIBERI PATRIS · ET VENERIS SVA PECVNIA FECIT ET EPVLVM OB DEDIC*ationem*
MIL · EX QVORVM VSVRIS QVODANNIS OB DIEM DEDICATIONIS EPVLVM ET

4 in. pro N corrigas ..II; in fine suppleas fere *epulum et* [*gymnasium populo daretur*].

---

284 Hr. Mest; litt. m. 0,10—0,08.

AVGVSTO . . . .
ANINO S III///IMO P*rincipi*
/MP

Boyé *bull. du comité* a. 1886 p. 239.

LXX. THACIA (prope *Bordj Messâudi;* C. p. 196; eph. epigr. V p. 360).

285 ad eph. epigr. V n. 593. Titulum repertum Hr. Bedji prope Bordj Messâudi ad ectypum acceptum a Iosepho Letaille et ad exemplum Cagnati et Reinachi repetivit Héron de Villefosse *bull. du comité* a. 1885 p. 534 seq. n. 11.

AIDI VC
. . . . S
INVICTISSI
MO D N MA
RCO FLAVIO
CONS*t*ANTI
NO *maximo pio*
felici aug. MVN
TAC · DEVOTVM
NVM · MAIES
TATIQVE EIVS

---

286 Bordj Messâudi in hortis.

HERENN*iae*
*et*RHVSCILLAE
*a*VG CONIVGI
AVG N

Ad ectypum acceptum a Iosepho Letaille ed. Héron de Villefosse *bull. du comité* a. 1885 p. 536 n. 14.

LXX*a*. VCVBI (*Hr. Kaussât;* eph. epigr. V p. 360).

Rudera, quibus antea nomen dederam Hr. el-Kedîm secutus auctores Cagnati *rapp.* II p. 148, sita ad pontem Romanum in media fere via inter Kef et Bordj Messâudi, nuncupari ab indigenis Hr. Kaussât iam testantur Poinssot et Espérandieu. Nomen oppidi Romani, quod olim ibi exstitit, nunc certo compertum habemus ex titulo quem infra invenies n. **291**, unde etiam lux affulsit versibus antea obscuris tituli n. 292, 5 seq. item exhibentibus nomen eius oppidi. Cuius rudera cum ab eis, qui ea exploraverunt, describantur ut admodum conspicua et satis late patentia, fortasse eodem referendum est Οὐκίβι, quod apud Ptolemaeum IV, 3 recensetur inter oppida sita in Numidia nova Ampsagam fluvium inter et Thabarcam. Ceterum Ucubi ea saltim aetate, ad quam pertinent tituli n. 291. 292, castellum fuisse rei publicae Siccensi, ut videtur, attributum exposui in adnotatione ad n. 291.

287 in lapide alto m. 0,60, lato 0,35; rep. ad pontem Romanum.

GENIO AVG
SACR
Q PVLLENI
VS · CELER · F ·
SVO · ET · Q · PVLLE
NI · CELERIS · F · SVI
NOMINE · S · P · F
IDEMQ
DEDIC

Descriptum a Royio ed. Poinssot *revue de l'Afr. fr.* IV (a. 1886) p. 251.
4 fin. est fortasse *f(lamen)* [*p(erpetuus)*], nisi vero F male exceptum est pro P, i. e. *p(ater)*, ut suspicatur Mommsenus.

---

288 ad pontem Romanum, qui est inter Kef et Bordj Messâudi.

IOVI
AVG
*s*ACRV*m*

Roy *ant. afr.* a. 1885 p. 255.

---

289 in arae parte superiore alta m. 0,50, lata 0,90, litt. 0,10; rep. Hr. Kaussât.

MARTI
AVG

Mihi misit Poinssot, qui edid. *ant. afr.* a. 1885 p. 178; Espérandieu *bull. d'Hipp.* XIX p. 62 n. 4.

290 rep. ad pontem Romanum.

MINERVA
FELIX ARMII\I
IVS FVSCVS PRO

Roy *ant. afr.* a. 1885 p. 255 n. 982.
Videtur fracta esse tam a sinistra quam a dextra. — In editione inscriptio altera eaque sepulcralis huic errore adiuncta est.

---

291 in lapide alto m. 1,20, lato 0,47, litt. 0,04; rep. inter Bordj Messâudi et Kef ad pontem Romanum.

IMP CAES M AVRELIO
ANTONINO PIO AVG FE
LICI PARTH MAX BRITT
MAX GER MAX PONT MAX
TRIB POT XVII IMP III COS IIII a. 214
PP PROCOS OPTIMO MAXI
MOQVE PRINCIPI DIVI
L SEPTIMI SEVERI ARAB
ADIAB PARTH MAX BRIT
MAX FIL DIVI M ANTONINI
GER SAR NEP DIVI ANTONI
NI PII PRONEP DIVI HADRI
ANI ABNEP DIVI TRAIANI ET
DIVI NERVAE ADNEP · DECVI//
SIG VCVBI MORANTES ET SENI
ORES I VCVBIS AER*e* CONL*ato*
D D

Descriptam a Royio ed. Poinssot *revue de l'Afr. fr.* IV (a. 1886) p. 250.
14 seqq. quae traduntur, non attigi; nomen rei publicae, quod hic bis legitur, est VCVBI; *seniores* [*k*(*astelli*)] *Ucubis* — nam hastam quae traditur 16 post ORES censeo intellegendam esse K cf. C. n. 1615. 1616 *seniores kast*(*elli*) — appellantur pro decurionibus, nimirum in re publica maiori attributa. Quo autem referendi sint *decuriones Sig....*, dubitari potest. Putare possis nomen ipsius oppidi, ubi titulus prodiit, incipere a litteris *Sig*-eique Ucubi castellum alicubi in vicinia situm fuisse attributum. Nam decuriones eos extra caput reipublicae in castello ei attributo domicilium habere et statuam imperatori dedicare mirum est et cum a more solito tum a legibus Romanis (cf. eph. epigr. II p. 134) alienum. At praeter hos duos titulos (n. 291. 292) certe tertius ibidem prodiit postea edendus ab amico, in quo iidem seniores Ucubitani nominantur dedicationem facientes, nec credibile

est, nomen reipublicae, cuius seniores totiens occurrant in titulis eo loco repertis haud multis, non ad ea ipsa pertinere rudera, sed ad gentem alibi sedes habentem eique oppido attributam. Atque domicilium primarium, quamvis in castello fundos possiderent et partem anni morarentur, nihilominus in capite reipublicae decuriones illi habuisse possunt. Ergo Ucubi castellum eo ipso loco fuit, ubi hi tituli prodierunt, et DECVI // SIG intellegendi sunt *decu*[*r*(*iones*)] *Si*[*c*(*censes*)]; pertinuit igitur ad territorium Siccense castellum illud conditum fortasse ad pontem istum, ad quem ea rudera exstare diximus, ut viam Thacia Siccam ducentem defenderet.

---

292 in basi alta m. 1,50, lata 0,60, litt. 0,05; rep. Hr. Kaussât.

/ / / / / O / / / / / /
/ / R / / / / EN / / /
/ / / / / / M / / / / /
/ / II / / / / / / / / / / /
NIC / / / / / / *u*CV
BITAN *aer*E CoN
LATO POSVERVNT
METTIVS SECVNDVS
MEMMIANVS PIARCE
VS NVMIDICVS II VIR
Q Q DEDICAVERVNT
D D

v. 1—5 secundum Espérandieu:

RNIO · I
/ / / / / / / /
C POPVLA
III
NIO CV

Mihi misit Poinssot, qui edid. *ant. afr.* a. 1885 p. 178 n. 865; praeterea edid. Roy *ibid.* p. 254 n. 980 et Espérandieu *bull. d'Hipp.* XX p. 62 n. 2.

Ante v. 5 quinque versus litteris evanidis refert Poinssot. 6 in. RITAN praeter Poinssotium reliqui. Legendum esse [*U*]*cu*|*bitan*(*i*) constat ex titulo modo relato n. 291, 15 seq. Ceterum sicut illic fortasse etiam hic nominati erant [*decur*(*iones*) *Sig* . . . . . *Ucubi morantes et se*]*nio*[*res U*]*cubitan*(*i*). — 7 fin. POSVERVNT Poinssot et Espérandieu. — 8 METIVS cet. Roy, MESSIVS SECONDVS Espérandieu. — 9 fin. PIARCI idem. Est sine dubio *P.* [*L*]*arc*[*i*]|*us* cet. — Ceterum qui statuam dedicant II viros q. q. Siccenses esse ex eis sequitur, quae exposui ad n. 291.

LXXII. SICCA (*el-Kef;* C. p. 197. 938; eph. epigr. V p. 363. 547).

293 Kef *place Logerot sur un pavé près du Hammâm;* litt. 0,09—0,12.

*ui*RTVTI

Mihi misit Espérandieu.

294 Kef, Bordj Turki.

AVG SACRVM
VS ET SECVNDIANVS D
te? MPLI SOLVERVNT

Mihi misit Espérandieu; descriptam a Royio edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* vol. III p. 186 n. 1.

---

295 Kef, in coemeterio Iudaeorum.

C IV†VS *(sic)*
RIXVLA VE
ƎRANVS
LEG X GE
MINAE PI
VS VIXIT
ANNIS
LXII
H S E

Mihi misit Espérandieu; edid. Cagnat *rapp.* I p. 100 n. 110.
1 est certe IVLVS.

---

296 in sarcophago rep. Kef in curte mosqueae ad Bab el-Scherfiin.

D M S
L CORNELIVS ANTONI
ANVS OMNIBVS HONORIBVS
FVNCTVS VIXIT ANN LVII

Mihi misit Espérandieu; acceptam a Roy edid. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* a. 1883 p. 299 n. 66.

---

297 Kef in aedibus Sidi Alî ben Tajeb prope mosqueam Sidi Hamza.

/ / / V K O
V / / / C / P /
L FLAVIVS
SALVINI
NVS SACER
DOS V / / / /
/ / / / / / / /

Mihi misit Espérandieu.
5 in. est fortasse NVS.

LXXII*a*. REGIO OCCIDENTEM VERSVS A SICCA.

298 Ksar Oghab, in territorio gentis Wargha, inter fluvium Mellêg et fines Algeriae.

SALVIS EVSTOCHIIS
CC VV
CRESC ET MAGNA
SECVNDVM VOTA
EVGRAFIORVM

Descriptam a Cuinet ductore Gallo edid. Roy *ant. afr.* a. 1885 p. 49.

Eugrafios collegium fuisse familiae Eustochiorum docet I. B. de Rossi *bull. dell' Istituto* a. 1885 p. 20 seq. Esse titulum quarti vel quinti fere saeculi non solum nomen suadet quod est *Eustochiorum* verum etiam *f* littera scripta pro *ph* in nomine *Eugrafiorum*.

LXXIII. LARES (*Lorbus;* C. p. 209; eph. epigr. V p. 371).

299 (= eph. epigr. V n. 637). Ad plenius Letaillii exemplum edid. Villefosse *ant. afr.* a. 1884 p. 354 sic:

qu|IR · AEMILIANVS|
flamo|NI · PERPETVI · AD|*iectis*
legitim?|AE · FLAMONI · PE|*rpetui*
e|X · HS $\overline{CX}$ M · N · F|*ecit*
P|ISCO · PrOCOS · VNI|*uers..*

Hic fere fuit tenor tituli: [.... *Qu*]*ir. Aemilianus* [..... *quod promiserat ob honorem flamo*]*ni perpetui ad*[*iectis* HS.. *m. n. legitim*]*ae flamoni pe*[*rpetui, amplius ob honorem* ...... HS .. *m. n. e*]X HS $\overline{CX}$ *m. n. f*[*ecit, ob cuius dedicationem* ..... .*isco p*[*r*]*oco*(*n*)*s*(*ule*) *uni*[*verso populo epulum dedit l. d. d. d.*]. — Cognomen proconsulis est [*Pr*]*iscus* vel etiam [*Vop*]*iscus*.

LXXIII*a*. AVBVZZA (*Hr. Djezza;* eph. epigr. V p. 371. 548).

300 ad eph. epigr. V n. 1261. Ex lapide ipso, qui nunc est Kef apud Roy, titulum descripsit Cagnat, qui edid. *rapp.* III p. 260, unde refero haec: 6 TRIB · I AR (an [*p*]*ar*(*tis*)? Sed monendum est Cagnatum de sua ipsum lectione dubitare); in fine AE'IA — 7 in. ʏ · ERON (malim FRON, ut nos legimus in ectypo), in fine PORƚC — 8 CHORTE (= curtem). — 11 seq. CVRATORE SEVERO SIL|VANI VIND*i*CIS FLM P · P. Itaque F · post nomen patris omissum est ut saepe in titulis ingenuorum Afrorum.

301 Hr. Djezza in moenibus castelli.

*pa*RTHICI MAXIMI FORTIS[*simi felicissimi*
*trib. p*OT V COS PROCOS
*totius*QVE DOMVS DIVINA]*e* a. 202

Cagnat *rapp.* III p. 261.

Esse hunc titulum Septimi Severi et filiorum coniugisque eius Cagnatus recte dixit, quamquam non omnes probo quibus is usus est rationes (cf. e. g. VIII 884. 1628 al.).

---

302 Bordj Bîr bu Achmed 4 chil. magis meridiem quam orientem versus a Djezza.

/ O N I E
F / I
C · C A E L[*ius*
R O G A T[*us*
vIso · ALT[*eri*
VS · ADMON[*itus*
SVA · PEC · F[*ecit*
IDEMQVE D[*edic.*

Cagnat et Roy in illius *rapp.* III p. 259.

Titulus traditur tamquam supra integer, itaque lego 1 seq. [*b*]*oni E*[*vent*]*i* cf. *boni Eventus* C. II n. 1471; *Eventi* ut *Evento* C. II 2412. V 3218. VII 97. Orell. 1894; *Bonevento* IX 1560. — 2 litteram primam esse aut F aut E addit Cagnat. — Supplementa reliqua sunt fere eiusdem.

LXXIII*aa*. OBBA (*Ebba*).

Obbam stationem itinerariorum in via Carthagine-Thevestem ante Althiburum ibi fuisse ubi hodie est vicus Arabum Ebba et nomen eius suadet et qui refertur inter Obbam et Althiburum milium numerus.

303 Ebba, litt. m. 0,10—0,05.

*mi*NERVAE AVG SAC
*simul*ACRVM CVM G*rad*IBVS ⌐/////⌐IAM
*f*ECIT IDEMQ_EI DEDICAV*it* /////IB

Cagnat et Roy in illius *rapp.* III p. 255.

2 *g*[*rad*]*ibus* supplevit Cagnat.

---

304 Ebba; litt. m. 0,10—0,03.

*i*MP CA*es* I
ANT//// DIVI
IIO \

Cagnat *rapp.* III p. 255.

2 erat, puto, ANTONN F, nam NEP aut PRONEP cet. spatium non videtur admittere.

305 in fragmentis duobus litt. m. 0,20; rep. Ebba.

a	*b*
IMP *caes*	*a*NTO*nin*
	*di*VI *Traiani*

Cagnat *rapp.* III p. 255.

LXXIV. Planities *el-Ghorfa* (eph. epigr. V p. 374. 548).

1. *Hr. Bu Avitta.*

306 Hr. bu Avitta (Bahiret el-Ghorfa).

D M S
M VALERIVS M FIL
CORN FELIX GAL
LIO AEDILIC · QVINQ SA
CERD DEI DITIS IN LOC
PRIM BON PROB INCMP
P V A LXV · H S F AVSPICI

Descripsi ad ectypum. — Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 109 n. 836.

4 seqq. *aedilic(ius), quinq(uennalicius), sacerd(os) Dei Ditis in loc(o) prim(o), bon(us) prob(us) incomp(arabilis).* Cum *sacerdote Dei Ditis in loco primo* conferendi sunt *sacerdos Cererum loci primi* VIII, 6359; *sacerdos primus* VIII, 10564; *sacerdos Cereris publica prima* vel *summa* X, 4794. 4793; *sacerdos secundo loco* XV *viralis* — *sacerdos prima* IX, 1541 al. [*Sacerdos loci primi* et *loco secundo* ut recte dicitur, ita parum Latine *sacerdos in loco primo;* possis temptare *in loc(o) prim(o) bon(is) prob(atus).* Th. M.] — 7 fin. fortasse *h(ic) s(itus)* [*e(st)*]. *Auspici,* ut *Auspicius* sit signum M. Valerii, id quod me monuit Mommsenus collatis titulis C. III, 2296. 2706, cum ipse cogitarem de eo quod est *f(austis) auspici[s]* in sepulcrali titulo vix admittendo.

---

3. *Hr. el-Ust.*

307 ad eph. epigr. V n. 1264. Repetivit Poinssot *ant. afr.* a. 1885 p. 111 n. 844, ubi 1 seq. Commodi nomen et honores in litura reposita esse refert.

PARS QVARTA.

PROVINCIA NVMIDIA.

I. THEVESTE (*Tebessa;* C. p. 215. 939; eph. epigr. V p. 375).

308 rep. Tebessae ibi ubi eph. epigr. V n. 651.

pars dextra ad exemplum A. Farges:

ṆVTE EI //CT · IMP · C	.....T IMP C
Ṇ ṬONINI / / / / /	VIX
ṆECIL SATṆ / / / /L I	..... LEXETI
S · L · A · XV · Ṛ//////IA	.......LANT
CO	COS

Descripsi quae supererant fragmenta. Reliqua a militibus Gallis, ut mihi narraverunt lapidum domini, una cum aliis una repertis fracta et posthac in opere posita sunt. Edid. Farges *rec. de Const.* XX p. 238 n. 7.

Restituendus videtur titulus in hunc modum: [*pro sa*]*lute et v*[*i*]*ct*(*oria*) *imp. C*[*aes. M. Aure*|*li A*]*ntonini* [*Aug. pont. ma*]*x.* [*trib. pot. ... cos. ..* | *L. C*]*aecil*(*ius*) *Satu*[*rn*(*inus*) *P*]*ulex et* I .... | [*v*(*otum*)] *s*(*olverunt*) *l*(*ibentes*) *a*(*nimis*) XV *k*[*al. Apri?*]*l. Ant....* [*et*] ...... *cos.* — L. Caecilium Saturninum Pulicem sacerdotem iam habuimus eph. epigr. V n. 656.

---

309 in lapide supra fracto alto m. 0,90, lato 0,45; rep. Theveste in necropoli.

OTIARE IVENILIS AMOR
ṆVLLO MAGISTRO DATA
RELIQVIS TOTIDEM ANNIS VIXI
BENE · VT · FATA · SCRIBSERE · MIHI
FERARVM MVLTO FVIT POTIOR
QVEM DOMVI·QVADRIPEDⱯ FRENO
MILIBVS · VT . VILI · VINTI · FVIT · SVB
MESI/// VICE CVRRIT ECVS
MĀE · QVOD · FVIT · OPTABILE · MORTE
SVM · CORNV · C///ISVS
SICVT · FVIT · IN VOTO · PEṆ//I LICET
OB · GRAVE · CASVS
NVNC · REQVIESCVNT · RELIQVIAE · FRIG
//RI·SOLO · PER · QVO FVI NOTVS
C · IVLIVS CAMMA//////

A. Farges *rec. de Const.* XXIII p. 144.

5 *ferarum* genetivus pro ablativo. — 6 est, puto, QVADRIPEDEM. — 9 seq. *quod fuit optabile(m) morte(m),* — accusativus rustice pro nominativo — *sum cornu o*[*cc*]*isus. Sicut fuit in voto, per*[*im*]*i* (vel *per*[*ire*]) *licet. Ob grave casus* (pro *gravem casum*) *nunc requiescunt reliquiae frig//ri(?) solo, per quo(d) fui notus.* Cf. eph. epigr. V n. 1176 et titulum nuper repertum prope Anadolköi in regione Küstendsche *arch.-epigr. Mitth. a. Oesterr.* VIII p. 8: Ἄτταλος ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι, παροδεῖτα, κυνηγός, | πολλοὺς [ἐν] σταδίοις πλήξας βόας, ἴ[ς φθι]μένους δέ | ἤλυθον [ἀνσχόμε]νος βοῦν ἄγριον, ὅς με κ[ατέκτα].

[Possis talia comminisci: [*voluisti per annos tot, amica, mecum*] *otiare, iuvenilis amor,* [*n*]*ullo magistro data* (= quam mihi elegi praecipiente nemine). *Reliquis totidem annis vixi bene, ut fata scribsere mihi. Ferarum multo fuit potior quem domui quadripedem freno* (= eques venator) — *milibus* (= per viam?) *vi veli venti fuit* (malim *ivit*) *sub me; si*[*ne*] *vice* (= non mutatus?) *currit ecus.* ?[*Celeri*], *quod fuit optabile, morte sum cornu o*[*cc*]*isus, sicut fuit in voto. Per*[*ii sc*]*ilicet ob grave(s) casus. Nunc requiescunt reliquiae frig*[*ida*]*ri (?) solo, per quo(?) fui notus.* TH. M.].

II. VICINIA THEVESTINA MERIDIEM VERSVS.

9. *Hr. Bir Umm Ali* (C. p. 236. 943).

310 (= C. n. 10657). Edit Cagnat *rapp.* III p. 185 n. 129 sic:

DISCIPLINA
MILITARIS

311 (= C. n. 10658). Melius edidit Cagnat *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 294 et iterum *rapp.* III p. 183 n. 128:

imp. cAES
5 versus evanidi
7 I M I I I I I / / / / / / / / / IIII a. 164
COS II
COH I CHALCD EQ
10 C MAESIO PICATIANO
LEG · AVGVSTOR · PR · PR

Titulum gemellum eius, quem infra edam, n. 313 spectare ad L. Verum probavit Cagnat. — 7 supplendum est *im*[*p. II trib. potest.*] *IIII* cet. cf. VIII n. 4207. — 9 de cohorte I Chalcid. cf. III, 129 et VI, 3538 et infra n. 313, de C. Maesio Picatiano Cagnat *bull. de corr. afric..* a. 1884 p. 292 seqq.

312 Bîr Umm-Alî.

*ha*NC · *t*IBI
QVAM VO
VI POSVI
BONE · IVP
P*i*TER ARM
PRAEF · COH
NOMINE
GALLONI
VS

Cagnat *rapp.* III p. 186 n. 131.

1 *ha*NC · IBI Cagnat; in lapide aut est aut fuit ✝BI. — 9 fin. Cagnat falso supplevit *l. a.* Enimvero nihil desideratur; leg. *nomine Gallonius.* Ceterum disticho composita est dedicatio:

[Ha]nc [t]ibi quam vovi posui, bone Iupp[i]ter, aram
Praefectus chortis nomine Gallonius.

---

313 Bîr Umm-Alî.

IMP CAESARI
M · AVRELIO · ANTON*i*
NO AVG DIVI ANTO
NINI FIL DIVI · HADRI
ANI NEP DIVI TRAIA
NI PARTHICI PRONEP
DIVI NERVAE APNEB *sic*
IMP II · PONT · MAX · TR
POT · XVIII · *Cos iii* a. 164
COH · I · CHALCID *eq*
C MAESIO PICAT*iano*
*l*EG · AVGVS*torum*
PR · PR

R. Cagnat *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 295, iterum *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 293, tertium *rapp.* III p. 182 n. 127.

11 seqq. C. Maesius Picatianus praeterea commemoratur VIII, 4591. 10658 (cf. supra n. 311). V, 4338. Ceterum videas quae adnotavimus supra ad n. 311.

---

314 Bîr Umm-Alî.

| | | | | |
| | O M O I I I D I
*an*N · XVIII · RARAE · AD
QV*e* CASTISSIMAE · MVLIE
RI INCOMPARABILIS · AD
FECTVS · CONIVGI · M · POME
NTINVS MAIOR 7 LEG III AVG
MA*r*ITVS

Contuli ectypum a Cagnato subministratum, in quo tamen litterae primae omnium versuum deessent; edid. Cagnat *rapp.* III p. 190 n. 142.

III. VICINIA THEVESTINA SEPTENTRIONEM VERSVS.

10. *Sidi Brahîm.*

315 in lapide alto m. 1,30, lato 0,30; rep. in parietinis, in quibus nunc est morabetum Sidi Brahîm, 44 circiter chiliometris a Sûk Aghâs ad cursum viae ferreae, quae Sûk Aghâs coniunget cum Theveste.

D
LIVIYC · H
Q · F · DORY/
II · POSIEA · A
HORᴧ · CONST
ꟷIC · SITA · EST · AP
LIVIVC · H
E · B · M · E ·

ENΘAΔЄ · THN · I
KЄΦAΛHN · KATA · Γ
KAΛYΠTЄI · ЄY · Y Y
C · APAC · THC · AΠOΛ/
C · TON · BION · AΠOΛ
ΓЄNOMЄNHN ·
NЄIKOMHΔЄO
BIѠCAMЄNHN
N · ЄTON · OY ΘЄO
HΘЄ · ΛHCЄ

Acceptam a Pauly et Dunand edid. Abel Farges *bull. d'Hipp.* XVII tab. I cf. p. 1 seq.

Titulum Latinum ita fere temptaverim restituere: *D.* [*M.*] | *Livius H*[*onoratus?*] | *q*(*ui*) [*et*] *Dory*[*laus h. s. est* | *et*] *pos*[*t*]*ea A*[*pollonia* | *Fl*]*ora Const*[*antini? fil.*] | *Hic sita est Ap*[*ollonia*], | *Livius H*[*onoratus?* | *f*(*iliae*)] *b*(*ene*) *m*(*erenti*) [*f*(*ecit*)]. — Livium H[onoratum?] v. 2 crediderim esse patrem, Apolloniam Floram matrem, Ap[olloniam] v. 6 filiam Livii H[onorati?] iunioris, qui titulum dedicavit. Graecus incipit a versu in hoc genere tritissimo: *ἐνθάδε τὴν ἱ*[*ερὰν*] *κεφαλὴν κατὰ γ*[*αῖα*] *καλύπτει.* Reliqua soluta oratione composita sic fere restituo dubitans: *εὐ*[*ψ*]*υ*[*χήση*]*ς.* Ἄρας (?) τῆς Ἀπολλ[*ωνία*]|ς *τὸν βίον* Ἀπολ[*λωνίαν*] *γενομένην* [*γυναῖκα?*] Νεικομήδεο[ς] … *βιωσαμένην* [*βίον ἐπαί*]*νετον οὐ θεὸς* . . . . *ἠθέλησε*[*ν*].

V. **Regio inter** *Hr. Metkides, Negrîn, Khenschela* (C. p. 247. 946).

XI. VAZAIVI (*Aïn Zui* C. p. 248. 949; eph. epigr. V p. 378. 551).

316 ad eph. epigr. V n. 669 cf. n. 1274. Hunc titulum a dextra integrum esse adfirmat A. Farges *bull. d'Hipp.* XXI p. 132. — Ipse ectypis nisus, quae spectata humanitas Alexandri Papier mihi subministravit, chartaceo et nuper photographico huic testis oculati iudicio utique adversari non audeo. At dicam saltim mihi visum esse huic lapidi alium tam a dextra quam a sinistra aut perditum aut adhuc latitantem adiunctum fuisse. Infra quaedam periisse posse ad n. 1274 falso adnotavi. Praeterea addo FVIT 6 in. me in ectypo photographico certo dispexisse. 22 CIRCA videtur esse in lapide.

---

317 rep. Ain Zui ad basilicam, orientem versus.

DIS
OMNIBVS
C IVI
MARTINVS
B F COS LEG
III AVG
PROVINCI
AE
DACIAE

Acceptam ab A. Farges ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 104.

---

318 Zui.

I · O · SAC
POSTVMI
ARICVS
FRVMEN
RIO · BF · COS
S · L · V · A

ORENEIVS

Farges *bull. d'Hipp.* XX p. 149 n. 19.
Non attigi.

---

319 in operculo sarcophagi rep. Ain Zui in ruderibus ecclesiae antiquae.

IMP · CAES · DIVI · VESPASIANI · F
DOMITIANO · AVG · GERM · PONT · MAX · TR

Farges *bull. d'Hipp.* XX p. 140.

320 in fragmento alto m. 0,86, lato 0,43, quod fuit pro basi columnae; rep Aïn Zui.

I · COH · MILI
leg. III · AVG
PRINC
IAN

Farges *bull. d'Hipp.* XIX p. CXXII et iterum XX p. 149 n. 17.
1 elementum primum omittitur in editione 2; in fine leg. *mili*[*aria*].

---

321 rep. Ain Zui ad basilicam, orientem versus.

a	b
D IS	DIS
MANIBVS	MANIBVS
SAC · FACT P	SAC · FACIT PIVS
IVS L POM	L POMPONIVS
PONIVS IOV	SVCSOR VIXIT
INVS VOTA	ANIS XXI VO
REDIT VIXIT	TA RDIT
ANIS XXI	
SACRD	
OTVS SAT	
VRNVS	

Descriptam ab A. Farges ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 105.
Repetivi edita. — *a* 3 est, puto, FACT. — 9 fortasse SAERD (vel SACRD). — 9 seqq. est pro *sacerdos Saturni.* — *b* 5 *Suc*(*ces*)*sor.* — 7 fortasse EDIT.

---

10. CEDIA (C. p. 256. 949; eph. epigr. V p. 380).

322 ad eph. epigr. V n. 670. In locum verborum *entre Oum Kif et* substituas *de.*

---

323 ad C. n. 10728. Repetivit A. Farges *bull. d'Hipp.* XXII p. 173, unde refero 4 seq.: P · IVLIVS CHE|LIA cet.

VI. MASCVLA (*Khenschela;* C. p. 248. 950; eph. epigr. V p. 381).

324 in lapide rep. in ruderibus, quae sunt 2 fere chil. a Khenschela ad viam Baghai ducentem.

IOVI STATOR
SAC
L SEPTIMVS
CARCHEDON
VS VS

A. Farges *bull. d'Hipp.* XXI p. 73.

325 in lapide rep. Khenschela in fundamentis novae ecclesiae.

L · CAECILIVS
NOVELLVS
EX IMPER
FECIT

Acceptam ab A. Farges ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXI p. 85.
3 *ex imper(io)*.

---

326 Khenschela.

imp. caes. t. aelio hadriano antoni
*no aug. pio diui hadria*NI · F · DIVI *tra*
iani parthici nep. diui NERVAE · PR*onep.*
pont. max. trib. potest. iiii COS · III · P · P · GRO//// a. 141?
//////////////////// T · CAESERNI ///
/////////////////////////////

Farges *bull. d'Hipp.* XX p. 165.
Lapidem etiam supra et infra fractum esse ex coniectura certa, puto, indicavi. — T. Caesernium Statium a. 141 Numidiae praesidem iam habuimus C. n. 2361 cf. infra n. 338. Nomina honoresque plena exhibet C. n. 7036.

---

327 in fragmento rep. in ruderibus quibusdam sex septemve chil. a Khenschela septentrionem et Baghai versus.

*an*TONINO
AVG · PIO
ARID · CVRIAM
COMISIT · LARVM CAES
SVIS · OB HONOR
PERPETVI A SOLO SVA P FEC

Acceptam a Rouquette sacerdote ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXI p. 94.
4 in. est fortasse *[pr]omisit.* — 5 seq. *[statuas cum basibus?] suis ob honor[em flamoni] perpetui* cet.

---

328 in fragmento litt. grandium rep. Khenschela prope carcerem publicum. Nunc adservatur in museo. (Propter litterarum formam et magnitudinem id separavi a fragmentis duobus una repertis n. 331.)

PIO FELICE

Descriptam ab A. Farges edid. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 106.

329 in fragm. litt. m. 0,04—0,05; rep. Khenschela.

NN
ET VALER
ORIBVS A
*o*RBIS ORIGO
VVCCC PV
E CONS · ET LVX T
*a*LTERA NVMIN

Farges et Papier *bull. d'Hipp.* XX p. 115 n. 4.

Est fortasse Diocletiani et Maximiani, nisi forte accessit etiam tertius collega, cf. v. 5. — 3 [*vict*]*oribus?* — 6 fin. *lux t*[*errae*]?

330 in lapide alto m. 0,40, lato 0,90, crasso 0,30, litt. 0,06; rep. Khenschela in aedibus Rodriguès prope carcerem publicum. Nunc adservatur *dans la cour du cercle militaire.*

DD NN LAVI
TI ET GLORIO
TE ETIAM CONL
LI RESTITVERVN . . . . . . AN

Acceptam ab A. Farges ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 151.

Addit editor lapidem a dextra fractum et corruptum esse. Idem cogitat de imperatoribus Flaviis Valentiniano et Valente, fortasse recte.

331 in fragmentis duobus rep. una cum n. 328 Khenschela prope carcerem publicum. Nunc adservantur in museo.

a	*b*
VM DD	. . LIO B . .
A	*cu*RATORE R*ei publicae*

Ad exemplum Abeli Farges ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 106.

Num coniungenda sint, videtur non constare. *a* 1 erat fortasse [*pro salute invictissimor*]*um* (*dominorum*) . . [*nostrorum*].

332 in fragmento litt. m. 0,035—0,04; rep. Khenschela.

EPVB
/ECIT DEDIC
*c*ONS · SEXFA*scalis*
O PROBATI /ONEIA
/ELICITER

Farges *bull. d'Hipp.* XVIII p. 34; iterum idem et Papier *ibid.* XX p. 113 n. 3.

1 REPVB — 3 fin. FAS — 4 fin. FƆOHA edit. I; Papier dicit inter I et O cerni in ectypo elementum tale ŕ; est fortasse F. — Titulum esse infimae aetatis docet dignitas consularis sexfascalis provinciae Numidiae.

333 in lapide rep. prope Khenschela in mappali Arabis in montis Djaffa clivo septentrionali, quo deductum putant ab Hr. Taghfaght.

☧
M E M
O R I A
A P O S
T O L O
R V

Acceptam a Rouquette sacerdote ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXI p. 93.

VIII. REGIO INTER MESKIANA ET TIMGHAD (C. p. 254. 950; eph. epigr. V p. 381).

2. *Ain Beida.*

334 in lapide litteris prostantibus rep. in ecclesiola antiqua ad viam novam ab Ain-Beida Tebessam ducentem loco 8 chil. illinc distante. (Capita columnarum duo ibidem reperta sunt monogrammate christiano exornata).

DEO LAVS ET GLORIA

Rousset *bull. de corr. afr.* a. 1884 p. 315.

---

6. *Fedj Bu Kahil.*

335 in fragmento alto m. 0,58, lato 0,30, crasso 0,30; rep. in loco q. d. Fedj Bu Kahil 12 chil. a Khenschela orientem versus.

I CAE
VI NE
E A V A
O AVG
5 DACICO
M FACIEN
V N O N I

Acceptam ab A. Farges ed. Papier *bull. d'Hipp.* XXII p. 152.

[*Imp.*] *Cae*[*sari* | *di*]*vi Ne*[*rvae* | *f. N*]*e*[*r*]*va*[*e Tra*|*ian*]*o Aug.* [*Ger*|*man*(*ico*)] *Dacico* [*sta*|*tua*]*m facien*[*dam* | *cur*(*avit*) *M.* (?)] *Noni*[*us*].... — Titulus positus est ante *Parthici* cognomen a Traiano adsumptum i. e. ante a. 116.

---

7. *Immetterschû.*

336 ad eph. epigr. V n. 681. Fugit me, cum hunc titulum ederem, exemplum Masquerai *bull. de corr. afr.* fasc. VI p. 278 n. 242, unde iam refero haec: 4 fin. V AN (*sic*). — 5 fin. XXX.

VIII. THAMVGADI (*Timghâd;* C. p. 259. 951; eph. epigr. V p. 383. 550).

337 ad C. n. 2348 cf. eph. epigr. V p. 688. Fragmenta nova quattuor ed. A. Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 232, ut totus titulus iam in hunc modum sit restituendus:

imp. caes. m. aur. antonino aug. armen. PARTHICO MAX · *Medico*
PO*nt. max. imp. v tribun. potesta*TIS XXI CONSVLE III *p. p. et* a. 167
IMP C*aesari l. aurelio uer*O · AVG PON · MAX · IMP V *tr. p. vii*
COS *iii p. p. diui antonini fil. diui h*ADRIANI NEPOTIBV*s diui*
TRA*iani parth. pronep. diui neru*AE *a*BNEPOTIBVS STATVAS /////
/////////////////////////D//////////////////////////

5 ante BNEPOTIBVS traditur IAE/.

338 ad C. n. 2361. Huius tituli fragmenta quattuor, quorum tria sunt nova, unum = C. n. 2361*c*, edidit A. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 359 n. 104 et XXIII p. 234 n. 38. Est igitur totus titulus sic restituendus:

imp. CAES *t. ael*IO HADRI*ano a*NTONINO AVG PIO DI
*ui ha*DRI*ani f.* DIVI · TRAIA*ni par*T NE*poti* DIVI NERVA*e*
pro N*epoti po*NTI *f. max. tribun. potest*ATIS IIII COS III*i* a. 141
*p. p. l. caeserni*VS · ST*atius leg. aug.* PRO PR · CO*s*
*designatus pat*RONV*s col. dedica*VIT D D P *p.*

3 *potest*ATE Poulle.

339 ad C. n. 2391. Flavii Pomponiani memoriam investigavit apud Charisium p. 145, 29 ed. Keil. Franciscus Buecheler mus. Rhen. vol. 42 p. 473 eumque aetate putat posteriorem Frontone, supparem Iulio Romano.

340 in ara alta m. 0,50, lata 0,72, litt. 0,09; rep. Timghâd in foro.

MERCV*rio*
SACRV*m*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 238 n. 50.

341 rep. Timghâd in foro; litt. 0,07.

*imperatori caesari d*IVI · TRAIAN*i parthi*
*ci f. diui neruae nepot*E TRAIA*no hadria*
*no aug. pontifici max. tri*BV*n. potestate* cet.

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 236 n. 43.

342 in fragmento litt. 0,06—0,045; rep. Timghâd in foro.

*imp. caes. diui hadriani fi*LI*o diui*
*traiani parthi*CI NEPOTI *diui ner*
uae pron. t. aelio hadriano ANTONINO AVG *pio*
pontif. max. tribunic. potest. XV IMPERATORE II a. 152
*cos. IIII p. p. m. ualerius etrus*CVS LEG AVGVSTI PRO *pr.*
. . . . *exstruct?*AM ET EXORNATAM DE*dic.*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 235.
M. Valerium Etruscum praesidem Numidiae a. 152 cognovimus ex C. n. 2543.

---

343 rep. Timghâd in foro.

imp. caes.
t. aelio ha-
DRIAN*o anto-*
NINO · AV*g. pio di-*
VI · HADR*iani filio*
DIVI · TR*aiani nepo-*
TE · PONT *max. trib.*
PO*test.* cet.

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 236 n. 40.

---

344 in fragm. litt. m. 0,07—0,03; rep. Timghâd in foro.

*antoni*NO AVG / / / / /
*patr*ONVS COLONIAE

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 232 n. 34.
Est aut Antonini Pii aut M. Aurelii.

---

345 rep. Timghâd in foro.

*h*ADRIA*ni*
O ANTO*nino*
*p*OTEST*ate*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 237 n. 45.
Est, opinor, aut Antonini Pii aut M. Aurelii.

---

346 Timghâd.

*c*AES T AE*li*
NEPOT
S E

A. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 359 n. 103.
Ad Antoninum Pium Augustum utrum pertineat an ad M. Aurelium Caesarem diiudicari nequit.

347 in basi alta m. 1,19, lata 0,70, litt. 0,06—0,05; rep. loco antiquo Timghâd prope introitum fori occidentalem.

M · AVRELIO
CAES
IMP · ANTO
NINI · AVG
PII FILIO
M · CAELIVS
M · F · HORATIA
SATVRNINVS
OB HONOREM
QQ INLATA R P
SVM · HONORA
RIA EX HS V N PO
SVIT ID DED DD

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 229 n. 30.

Haec statua coniuncta erat cum paterna ab eodem homine simul dedicata C. n. 2362 (cf. Poulle l. l.).

---

348 in fragmento alto m. 0,78; rep. Timghâd in foro.

*fi*LIO DIVI
*p*RO · NEPOTE
*ponti*FICE
maximo trib. pot. . . . imp. . . cos. II P P
. . . . *c*OLONI
*coloniae thamugad. p*EC P P

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 236 n. 41.

Spectat fortasse ad M. Aurelium.

---

349 in fragmentis tribus litt. m. 0,09; rep. Timghâd in foro.

imp. caes. l. aurelio uero ARMENIACO·AVG·DIVI ANTONINI·*fil. diui hadri-*
ani nepoti, diui traiani PARTHiCI · PRONEPOT*i diui neruae abnepoti*
pontif. max. tribunic. potest. II Cons*VLI II · PRO*cos. p. p.* ///////////////// a. 162
QRE ·PA

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 234 n. 37.

3 seq. erat, puto, . . . [*D. Fonteius Frontinianus leg. Augustorum pro praet*]*ore pa*[*tr(onus) col(oniae) dedicavit*].

---

350 in fragmento epistylii rep. Timghâd.

*imp. c*AESARI *l.* AVRELIO VE*ro*

Poulle *rec. de Const.* XXII p. 352 n. 89.

351 in fragm. litt. m. 0,07; rep. Timghâd in foro.

IMP · CAES · D*iui*
MAX · PONT
IVI ANT*onini*
D

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 236 n. 46.
Est fortasse M. Aureli et L. Veri.

---

352 in fragmento litt. 0,08; rep. Timghâd in foro.

diui COMMOD*i fratri*
*pi*O PERTIN*aci*
ADI*abenico*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 232 n. 33.
Est Septimi Severi.

---

353 in tabula alta m. 1,03, lata 3,89, litt. 0,08; rep. Timghâd iuxta basim suam ad porticum fori meridionalem.

M · AVRELIO ANTONINO CAESARI · IMPERATORI DESTINATO IMPERATORIS CAES a. 197
L·SEPTIMI·SEVERI·PII·PERTINACIS·AVG·ARABICI·ADIABENICI·VINDICIS·ET·CONDITORIS
ROMANAE DISCIPLINAE · FILIO · DIVI · M · ANTONINI · PII · GER · SARM · NEPOTI
DIVI · ANTONINI · PII · PRONEPOTI · DIVI · HADRIANI · ABNEPOTI · DIVI · TRAIANI PAR
THICI ET DIVI NERVAE · ADNEPOTI · DECRETO · DECVRIONVM · PECVNIA · PVBLIC ·
Q·ANICIVS FAVSTVS · LEG · AVGVSTORVM · PRO PRAETORE · PATR · COL · DEDICAVIT

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 230 n. 31.
De Q. Anicio Fausto vide indicem Corp. p. 1065 et infra n. 354 et 390. — [Notabile est cum imperatore destinato Antonino, id quod cadit in a. 197, coniungi legatum Augustorum, id quod factus est Faustus non ante a. 198. Th. M.]

---

354 in basi fere dimidia alta m. 1,04, lata 2,14, litt. 0,07—0,065; rep. Timghâd ad fundamentum suum prope crepidinem fori meridionalem.

IMP CAESARI M AVRELIO ANTONINO AVG PAR*thico maximo tribuniciae potes*
TATIS BIS PROCONSVLI · IMPERATORIS CAESAR*is L. septimi seueri pii pertinacis aug.*
ARABICI ADIABENICI PARTHICI MAXIMI FORTIS*simi felicissimique principis filio*
ET IVLIAE AVG MATR CAST ET SEN AC PATRIAE DIVI M *antonini germanici sarmatici nep. diui*
ANTONINI PRONEP DIVI HADRIANI ABNEPOT*i diui traiani parthici et diui neruae*
ADNEPOTI DEDICANTE Q ANICIO FAVSTO *leg. augustorum pro praetore cos. am*
PLISSIMO PAT COL ET SAEVINIO PROCVLO TRI*buno laticlauio curatore r. p. d. d. p. p.*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 231 n. 32.
4 in. verbis *L. Septimi Getae nobiliss. Caesaris fratri* erasis Iuliae Aug. nomen in litura repositum est (cf. Poulle l. l.). — 6 Q. Anicium Faustum consulem iam habuimus in C. n. 2553. — 7 Saeuinium Proculum praeterea occurrere in C. n. 2437 recte monuit Poulle.

355 in fragmentis duobus rep. Timghâd in foro.

diui neruae ad NEPO *ti m. aur. antonino pio felici aug. parth. max.*
brit. max. germ AN MX PO*ntif. max. trib. potest. xvii.. c* OS IIII P P · P
rocos. et iuli AE AVGVSTA*e matri* *castrorum et aug. e* T SENATVS · A
tque patriae RESPVBLICA C*ol. tham. numini eorum de* VOTA · DE*d*

a *b*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 237 n. 47.
a 3 fin. AVGVSTA/PI, *b* 4 fin. DEC traditur. — Titulus non ante a. 213 scriptus est.

---

356 rep. Timghâd in foro; litt. m. 0,08.

seueri I · PII *a*RABICI · A *diabenici*
*d*IVI M ANTO*nini*
diui HADRI*ani abn.*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 237 n. 44.
Est aut Caracalli patre mortuo aut Elagabali vel etiam Alexandri.

---

357 rep. Thimghâd in foro; litt. m. 0,08—0,075.

*imp. caes. m. a*NTONIO GO*rdiano inuicto pio*
felici aug. PONTIF MA*x. tribun. potest...*
*cos. p. p. proc*OS DIVI GO*rdiani nepoti et di*
ui gordiani SOROR*is filio* cet.

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 237 n. 48.

---

358 in ara alta m. 1,15, lata 0,60, litt. 0,07; rep. Timghâd in foro.

DIVO
AVRELI
ANO

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 238 n. 49.

359 in fragm. litt. m. 0,12—0,075; rep. Timgbâd in foro.

L MV*natius* a. 100
G A L*lus leg.*
A V G *pr. pr.*
d E D *icauit*

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51 *b*.

Lapidem supra fractum esse et 4 in. litteram periisse ex coniectura indicavi.

---

360 ad eph. epigr. V, 1270. Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 243 n. 54 sic edit:

QVIECER (on the left margin, outside the frame)

VENARI	avis	LAVARI
priore, at, ut monet Mommsen, pro *d* littera scripturae cursivae, quam ad hanc figuram prope accedere monstrat tabula prima Zangemeisteriana ad C. vol. IV adiuncta in fine — id, inquam, satis comprobatur horarum numeris, qui fundis singulis adscripti sunt, comparatis cum eorum mensuris, quas numeris post K positis contineri statuimus. Cui rationi quicunque examinaverit tabellas fundorum horarumque infra a me propositas quin adstipuletur facere non poterit. Etenim horas vel copiam aquae distribuendae constitui pro singulorum fundorum magnitudine ex eis manifestum est. Quae regula cum pessime turbetur, si etiam illud a sicut alteram notam pro CC esse dicamus — nec minus vice versa, si hanc confundamus cum a (= D), — contra praefulget clara et stabilis, si id accipimus, ut docui, pro 500. — E. g. *I*, 12 cum fundo K 220 attribuantur horae III, *I*, 16 fundo K 450 horae VI S, cum eis numeris optime conveniunt horae VII S adscriptae fundo K 500 *I*, 14, quae minime responderent fundo K 200. Quamquam, ut indicavi, tota ratio ex tabellis meis elucens magis idonea est ad persuadendum quam hoc vel illud exemplum. — Erat autem in iis componendis bene distinguendum inter aquae Claudianae descendentis atque ascendentis mensuras; nam aquae ascendentis, ut par est, quippe lentius fluentis, multo plures horas videmus attributas esse eiusdem magnitudinis agris quam descendentis. Ceterum quod aqua Claudiana descendens invenitur ex die VII ad V Kal. Octobr. (= Sept. 25—27), a. d. XIIII Kal. Nov. (= Oct. 19), a. d. VIII Kal. Nov. (= Oct. 25), a. d. XV et XIIII Kal. Dec. (= Nov. 17. 18), ex die VIII Kal. Dec. ad Kal. Dec. (= Nov. 24—Dec. 1), ascendens autem ex die XIII ad VIIII Kal. Nov. (= Oct. 20—25), ex die XIII ad VIIII Kal. Dec. (= Nov. 19—23): haec descensionis ascensionisque vicissitudo eo videtur facillime posse explicari, quod fonte in mediis fere agris sito, quibus aquam largiebatur, cum ii essent acclives inaequabilesve, ut omnes deinceps irrigarentur, modo deorsum modo sursum aqua curreret necesse fuit. Quo loco aquam ascendere, sursum currere non proprie dici vix est quod moneam. Enimvero ad loca inferiora cum certe ex ipso fonte protenus deflueret, ad superiora machina nescio qua in receptaculum levata tubis erat ducenda. Quamvis igitur etiam ad ea revera ac proprie aqua descenderet, tamen in sermone volgari tum eam ascendere dici potuisse facile est intellectu. Utique autem multo plus temporis opus fuisse ad parem aquae copiam ita deducendam ad loca superiora, nimirum tubis, cursu adstricto atque impedito, quam ad inferiora, sine tubis, cursu pleno ac libero, manifestum est.

Tabula *A*.

col. I.

Claudiana descendente:	
κ 308	h. 4½
κ 350	h. 5
κ 117	h. 1½
κ 110	h. 1½
κ 110	h. 1½
κ 220	h. 3
κ 500	h. 7½
κ 450	h. 6½
κ 400	h. 6
κ 200	h. 3
κ 200	h. 3
κ 150	h. 2
κ 150	h. 2
κ 100	h. 1½
κ 200	h. 3
κ 40	h. 1½

col. II.

Claudiana descendente:	
κ 260	h. 4
Claudiana ascendente:	
κ 790	h. 16½*
κ 406	h. 9½
κ 600	h. 14½
κ 600	h. 14½
κ 600	h. 14½
κ 550	h. 13
κ 165	h. 4
κ 360	h. 8½
κ 300	h. 7
κ 340	h. 8
κ 803	h. 17*
Claudiana descendente:	
κ 450	h. 6½
κ 440	h. 6½
κ 250	h. 3½

col. III.

Claudiana paullo amplius descendente quam ascendente:	
κ 4000	h. 71½
Claudiana ascendente:	
κ 1000	h. 24
κ 918	h. 22
κ 700	h. 16½
κ 540	h. 13
κ 490	h. 11½
Claudiana descendente:	
κ 655	h. 10½*
κ 200	h. 3
κ 1300	h. 19½
κ 1210	h. 18
κ 748	h. 12½
κ 420	h. 6
κ 400	h. 6
κ 385	h. 5½
κ 360	h. 5½
κ 2065	h. 31
κ 730	h. 11
κ 1350	h. 20
κ 1050	h. 17

Tabula *B*.

	Claudiana descendente:	Claudiana ascendente:
h. 1½	= K 40. 100. 110 (bis). 117	—
h. 2	= K 150 (bis)	—
h. 3	= K 200 (quater). 220	—
h. 3½	= K 250	—
h. 4	= K 260	165
h. 4½	= K 308	—
h. 5	= K 350	—
h. 5½	= K 360. 385	—
h. 6	= K 400 (bis). 420	—
h. 6½	= K 440. 450 (bis)	—
h. 7	= K —	300
h. 7½	= K 500	—
h. 8	= K —	340
h. 8½	= K —	360
h. 9½	= K —	406
h. 10½	= K 655*	—
h. 11	= K 730	—
h. 11½	= K —	490
h. 12½	= K 748	—
h. 13	= K —	540. 550
h. 14½	= K —	600 (ter)
h. 16½	= K —	700. 790*
h. 17	= K 1050	803*
h. 18	= K 1210	—
h. 19½	= K 1300	—
h. 20	= K 1350	—
h. 22	= K —	918
h. 24	= K —	1000
h. 31	= K 2065	—

Adnot. Horas 16½ et 17 (*col. II*) quamvis mixtas, tamen, quia multo maior est in iis numerus horarum aquae ascendentis, earum tabulae inserui, sed asterisco notatas; similiter h. 10½ (*col. III*) tabulae aquae descendentis attribui item asterisco notatas. Quod ne obliviscaris in iis numeris iudicandis.

col. I. 16 K ACCL Dessau; quod edidi ego ad ectypum, idem rationi par est; (habet igitur excusationem Masqueraianum K OAIL). — 18 K ACC Dessau. — 19 post EIVSDEM in lapide non videri esse D quod adnotat idem, in ectypo res dubia videtur. — 26 post KAL· quadratarius OCT omisit. — 32 ante XXXX videtur continuo fuisse K.

col. II, 6 utrum CCCCVI an ∞CVI in lapide esset, cum diu haesitasset Dessau, postremum hoc praetulit; sed illud verum esse ratio monstrat (ccCvi Masqueray). — 18 K CCCLX Dessau; in ectypo primae duae C ligatae cernuntur. — 20 ꝏC Dessau falso; in ectypo est CCC idemque ratio postulat. — 22 K ꝏCXL Dessau, quod correxi ex ectypo. — 24 numerum qui est post K, licet in ectypo perlegi non possit, recte a Dessavio ex lapide exceptum duco. — 26 H IIII pro III quadratarius per errorem incidit. — 27 numerus post K cum in ectypo non satis cernatur, tamen quin sit CCCCL, non ∞ CL, ut excepit Dessau, noli dubitare; (prope recte Masqueray K ꝏIIL). — 29 ∞ CXL Dessau ad ectypum, quod correxi ad idem (ꝏIIX Masq.). — 33 post K sitne ꝏ (= 500), ut excepit Dessau, an CC (= 200), cum ex ectypo non pateat, horarum numero deficiente statuere omnino non possumus.

col. III, 12 K ∞ CLXXXX Dessau; ectypum admittit CCCCLXXXX, quod respondet rationi; (prope ad verum accessit Masq.). — 25 CCCCXX (= 420) non ꝏCCXX, item 27 CCCC, non ꝏCC legas contra Dessavium, at secundum ectypum. — 31 K CCCLX Dessau recte, nisi quod duae primae C ligatae sunt. — 39 ꝏCCCL idem; qui numerus licet in ectypo legi nequeat, tamen certo corrigendus est in ∞ CCCL. — 41 ꝏL Dessau; quem numerum quamvis in ectypo evanidum falso exceptum esse adsevero; fuit potius ∞ L. — 44 *d* inserui ex coniectura.

col. IV, 1 aut VET aut etiam VEL cerni adnotat Dessau; est sane VET cf. *col. I*, 4; *II*, 8; *IV*, 7; deinde ⋇ Dessau; est ꝏ linea persecata (= D). — 2 FVRNI vel FVRNE cerni adnotat Dessau; mihi est FVRNI, nam intellegendum puto, sicuti *col. IV*, 7 et fortasse 26 (*inibi Messi*), possessorem pristinum, ut qui haud raro adiciatur ad fundum quendam accuratius significandum; legendum fere *q(uondam) f(uit) Furni*, 7 *q(uondam) f(uit) Nargu(dudis)* cf. *Nargeudud* C. n. 284. — 7 Q̲ F NARGV potius quam NARCV Dessau, quod confirmatur ectypo. — 12 K ꝏCVIIII Dessau, quod correxi ad ectypum (vid. etiam Masq.). — 19 post SCALA· numerum puto interiisse cf. inscr. 5 in.; (errorem Masquerai, qui etiam *III*, 21 exceperat SCALA, correxit Dessau). — 26 *inibi Messi* = ibidem quondam fuit Messi fundus, nisi forte significat: eo fundo Messi fundus circumclusus itaque eius mensura comprehensus est. — 29 AEL VICTOR Dessau; correxi ad ectypum; (recte Masq.).

XXIII. *Sidi-Yûsef* et *Hr. Ksar Djabêr* (C. p. 468. 956; eph. epigr. V p. 416).

789 ad C. n. 4635. Principium tituli recognovit Dessau Sûk-Aghâs in museo, unde refero ante v. 1 hunc:

C SCEPRVM REGI CESSII QVOD SOLVS HABE

quem ita legimus Dessau et ego: [*a*]*c scep*[*t*]*rum regi cessit, quod solus habe*[*bat*].

XXV*a*. *El-Hassi.*

790 in lapide sculptura ornato rep. Duâr el-Hassi, *quartier* el-Beridj, in sepulcreto q. d. Meharab Uled Bu Salem, ad viam ab Ain Beida ducentem Wed Zenati a dextra, 15 fere chiliometris ab Ain Beida.

HĆ HEMoRIE ƧAИCTo
RV PAVLI PETRI DoNATI HI
ϚINIS BARICIS

Descripsit Dessau et ectypum sumpsit, ex quo et ipse exscripsi.
1 HIC Dessau. — *Hic memori(a)e sanctoru(m) Pauli Petri Donati Miginis Baricis.*

XLI. THIBILIS (*Annûna*; C. p. 541. 963; eph. epigr. V p. 431).

791 Arae titulos *Genio domus* scil. Antistiae a liberto eius consecratae a. 164, in ruderibus Thibilitanis recens repertae, excepit Dessau indicatos a Poullio. Quos cum huic ante me edendos relinquam, unum inde refero nomen plenum Q. Antistii eius, qui iam prodierat eph. epigr. V n. 854 et hic appellatur *Q. Antistius Adventus Postumus Aquilinus leg. Aug. leg. II adiutricis*, eiusque coniux nominatur *Novia Crispina*, filia, puto, L. Novi Crispini praesidis Numidiae a. 147—150.

XLIII. SIGVS (*Sigus* vel *Bordj Ben Zekri;* C. p. 552. 964. 979; eph. epigr. V p. 432; supra p. 134).

792 in basi calcar. praegrandi rep. Sigus a. 1887. Nunc adservatur Constantinae in hortis publicis.

BALıDDIRS · ИG
SANCṪ PATRİI DEİ
STATVAM
QVAM · M · IVLIVS · Q · F Q · PROCV
LVS OB HONOREM FL · PERPEV́
DIVI MAGNI ANTONINI · EX
ƧƧ · ĪICC · Ñ · SVMMAE HONORARI
AE EİVS · HONORIS POLLICITVS
EST ADIECTIS AT EA QVANṪT*a*
TE EX SVA LIBERALITATE ƧƧ ⋈̄ *n*
ET AT BASEM ƧƧ CCCC Ñ EX
ƧƧ ĪĪĪDC · Ñ POSVIT IDEMQ
DEDICAVIT
L D D D

Descripsit Dessau.

1 voluit, puto, scriptor BALIDDIRS; mallemus *Bal[a]ddir[i]s*, sicut habu mus *Abaddiri* supra n. 529, vid. quae ibi adnotavimus et cf. praeterea insc Sem. Cirtens. Costa 2 bis; attamen cum hic lectio satis constet, tum eide *deo patrio Baliddiri Aug.* dedicatus est alter titulus *castelli Siguitani* nupe rime repertus, quem Poullio primum edendum relinquo. — *Baldir August* iam prodierat C. n. 5279.

---

793 in basi calc. rep. Sigus a. 1887. Nunc adservatur Constantinae i hortis publicis.

L · APRONIO PIO
LEGATO AVGVSTI
PRO PRAETORE
CLARISSIMO VI
RO · CONSVLI DE
SIGNATO PATRO
NO COLONIARM
OB INSIGNEM ER
GA CIVES BENI
VOLENTIAM ET
IVSTITIAM EIVS
RES · PVBLICA
SIGVITANORVM

Descripsit Dessau.

1 seq. L. Apronium Pium praesidem Numidiae iam habuimus eph. epigr. V n. 669, quem titulum ad tertium fere saeculum medium revocaveris, eundem que restituendum duco C. n. 8782.

LVIII. INTER CHVLLV ET MILEV (C. p. 700. 967. 979; eph. epigr. V p. 447).

794 (= eph. epigr. V n. 909). Recognovit Dessau titulum litteris pulcher rimis primi fortasse saeculi m. 0,075.

A P O L L I
NI · AVG
G · M · T

3 nomen dedicantis intellegendum esse etiam Dessavio in re praesenti verisimile visum est.

LXI. CVICVL (*Djemila*; C. p. 708. 967. 979; eph. epigr. V p. 452. 558; supra p. 140).

795 ad C. n. 8304. Recognovit Dessau, qui 6 AVGGG tradit.

---

796 ad C. n. 10894. Recognovit lapidem, qui nunc est pro poste in mappali quodam, H. Dessau, unde refero haec: 1 fin. ANTONINO. — 2 COS · II. — 3 in. IMP ·

4 seqq. ARAB · ADIAB · PARTH · MAX · PONT · MAX · PARTHI
CI MAXIMI · BRITTANNICI · MAXIMI · PAT PATRAE SE
VERI AVGVSTI cet.

Haec igitur erasa sunt: *fratri L. Septimi Getae nobilissimi Caesaris* SE*veri*, ex quibus extrema 6 in. errore.

---

797 (= add. supra n. 458). Recognovit et fragmentum recens repertum adiecit Dessau.

A A D
fl. simplicius v. c. consularis sex FASC *alis p*ROVIN
*ciae numidiae constantinae cur*ANTE AC PROPRI
*o sumptu faciente adq. exaedificant*E RVTILIO SATVR
NINO · V · C

798 in lapide litt. m. 0,065—0,04; extat Djemîla in macerie quadam.

GENIO · POPVLI · CVIC*ulitani*
L CLAVDIVS TI · FIL · QVIR · HONORATVS · TRIB · M*il. leg.* .... *praef. alae*
Ī · AVG · P · AN · EQVO · PVBL · EXORNAT · AB · IMP ANTONIN*o augusto pio* ....
COL · CIRT · DEC · ET · AED · COL · CVIC · DEC · ET · AVG · EXEDR*am* ....
QVAM · CL · MODESTVS · PATER · SVVS · OB · HONOR · PONTIF · SI *facturum promiserat ex decr. d.*
FONTEI · FRONTINIANI · LEG · AVG · PR · PR · C V · AMPLIATA · PECV*nia extruxit idemq. dedic. l. d. d. d.* a. 160

Descripsit Dessau.

2 seq. [*praef. alae*] Ī *Aug(ustae) P(arthorum) An(toninianae)* cf. C. n. 9827. 9828. 9371. — 4 seq. *col(oniae) Cirt(ensis) dec(urio) et aed(ilis), col(oniae) Cuic(ulitanae) dec(urio) et aug(ur) exedr[am* ....] cet. — 5 fin. aut SI aut SE esse, non SV, cum adnotet auctor, est, puto, *se*. — 5 seq. cf. e. g. C. n. 2353. — De D. Fonteio Frontiniano cf. C. p. 1065. [Ne hic quidem titulus, pariter atque monui de n. 9827. 9828, ea aetate scriptus esse potest quam enuntiat; nam Pio imperante numeri nondum ab imperatore vocabula trahebant. Th. M.]

799 in fragmento columnae litteris pessimis et neglegenter incisis eisdemque evanidis; rep. Djemîla ad theatrum.

☧

D N

ↃNSTANTINO INV P F AVG ET

/ / / / / I INV P F AVC ET

/ / / / /

Descripsit Dessau et ectypum sumpsit, ex quo et ipse exscripsi.

3 in. prorsus detritum, in fine ET in litura repositum, etiam 4 fortasse erasum esse adnotat Dessau. — Pertinet titulus, puto, ad saeculum septimum (cf. C. p. XIX), sed ad quos imperatores revocandus sit, utrum ad Heraclium Constantinum (a. 641) an ad Constantem filium eius, qui etiam Constantinus appellabatur (a. 641—668), et alterius utrius imperii consortes, mihi videtur parum constare. Etiam num possit pro miliario accipi titulus, egomet non diudicaverim.

---

800 in cippo rep. Djemîla in necropoli 1000 passus a coloniae ruderibus occidentem versus.

D M S

T FLAVIVS

CASTVS SACER

DOS V A

XXXV H S E

Descripsit Dessau.

PARS QVINTA.

PROVINCIA MAVRETANIA SITIFENSIS.

XVI. *El-Gehara.* *Msad* (C. p. 747).

801 in ara non integra nisi infra; rep. el-Gara.

deo SANCTO
*mal*AGBELO
*macri*OBIVS · SE
*c*INDVS · ARAM
INSTITVIT · ET .
DEDICAVIT ·
V · S · L · A ·

Fix ductor Gallus *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1887 p. 11.

2 de Malagbelo vid. ad C. n. 8795*add.*. — 4 et 5 ab auctore inter se commutatos in ordinem redegit Papier.

---

802 in ara fracta infra et a sinistra; rep. el-Gara.

deo SOLI · INVICTO
MITHRAE *s*
///LIVS · FLORVS
/// LEG · III · AVG
///VS · PASTOR
*si*G · AL · I PA*ns*
*pom*IPONIVS · MA
*xi*MVS · B · F
*c*OS
v *s* L · A

Fix ductor Gallus *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1887 p. 8.

6 fin. PAM traditur; corr. Papier.

PARS SEXTA.

PROVINCIA MAVRETANIA CAESARIENSIS.

VI. AVZIA (*Aumale*; C. p. 769. 974; eph. epigr. V p. 457. 560. 651; supra p. 152).

803 in ara alta m. 0,70, lata 0,30; rep. Aumale.

VICTO
RIAE
AVG
C · CAES
IVS CEL
SVS AE
DILIS
V S L A
CCXIII a. 252

Fix ductor Gallus *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1887 p. 6.

Hr. el-Grimidi. Inserenda ante IX*a*.

804 in lapide fracto lato m. 1,35, alto 0,78, crasso 0,20; rep. in ruderibus el-Grimidi in territorio gentis Uled Sidi Aissa (cf. C. n. 10440; tab. III CD*l*).

imp. caes. l. septimius seuerus pius PERTINA*x* AVG *a*RA*bic.*
*adiabenic. parthic. maximus pont. maxi*MVS TRIB *p*OTES*t* . . . IMP . . . *cos.*
. . . *p. p. procos. et imp. caes. m. aureliu*S ANTONINVS AVGVSTVS
et l. septimius geta aug. . . . . *mauret*ANIAE CAESARIENSIS
. . . . P*e*R *c* OCTAVIVM PVDENTEM
caesium honoratum procur. suum a CENSIBVS

Fix ductor Gallus *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1887 p. 7.

5 in. PRO OCTAVIVM traditur. — Idem praeses iam prodiit C. n. 9049 (*proc. Auggg.*) et 9370 (*proc. Auggg.* — nisi est *Auggg.* — *a censibus*). — Fortasse titulus pertinuit ad viarum restitutionem, ut 4 seq. ita fere sint legendi: . . . . [*Aug. vias prov. Mauret*]*aniae Caesariensis* [*longa incuria corruptas restituerunt*] *p*[*e*]*r* cet.

XX*a*. GVNVGI (*Sidi Brahim;* eph. epigr. V p. 478; supra p. 161).

805 rep. Sidi Brahim (Gurâya) ibidem fere ubi eph. epigr. V n. 1038.

l · IVL · Q · F · QVIR
*c*LEMENTI · AED ·
ii VIRO · ITERVM · II
*u*IRO · Q̄ · Q̄ FLAM · AVG ·
*t*RIB · AB · ORDINE
*e*LECTO · PAGI · SA ·
*lu*TARIS · SILONEN
*s*IS · L · SEMPRONI
*u*S · VENVSTVS · AMI
co · OPTIMO · OB · MER

Ad ectypum acceptum a du Rieux Gunugitano edid. Villefosse *comptes-rendus de l'acad.* a. 1887 p. 246.

Docemur hoc titulo tam pagis quam castellis (cf. eph. epigr. V n. 1261) uti pluribus magistros ita nonnullis tribunos fuisse praepositos. Eos electos esse ab ordine rei publicae eius, cui is pagus idve castellum essent attributa, consentaneum est. Ceterum cf. Mommsen ad eph. epigr. V n. 1261. — Pagi Salutaris Silonensis ad territorium Gunugitanum sane pertinentis haec prima est mentio quae innotuerit.

XXXIX. ALTAVA (*Hadjar er-Rûm* sive Lamoricière; C. p. 841. 975; eph. epigr. V p. 488).

806 in tabula alta m. 0,55, lata 0,60, litt. 0,07; rep. Lamoricière in condenda statione viae ferreae.

· SNCTAE ·
NC · TEMPORE ·

N · INSTANTE
*alta*VENSES PERFECER

Mihi misit Demaeght, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1887 fasc. XXXV p. 290.

Titulus inter christianos sepulcrales temporum inferiorum repertus potest esse et ipse christianus.

PARS SEPTIMA.

PROVINCIA MAVRETANIA TINGITANA.

I. TINGI (*Tandja* vulgo *Tanger;* C. p. 854. 983).

807 in fragmento rep. Tanger, litteris bonis.

PROVINCIAE · NO*uae hisp.*
VLTERIORIS · TIN*gitanae*
POPVLVS TI*ngitanus*
STATVAM · SVA · IMP*ensa posuit*

Mommseno misit Villefossius, qui supplementa addidit et edidit, ligno quoque incisam, *revue archéol.* a. 1887 p. 283 et tab. XIX.

Continetur hoc titulo testimonium huc usque, nisi fallor, antiquissimum adiunctae provinciae Tingitanae ad Hispanias, id quod inde a Diocletiano obtinuisse dudum notum erat. Neque minus eodem tollitur, ut vidit Villefossius, controversia quae inter homines doctos olim exstitit de CIL II, 1970 v. 9 seq., ubi PROVINC · VETERIS · (non VLTERIS) HISPAN | BAETIC · cum Beyéro legendum esse iam apparet. Instituta autem est nova illa provinciarum divisio non ante saeculum tertium. Nam ut omittamus etiam in vita Alexandri c. 58 Mauretaniae Tingitanae mentionem fieri, Septimio Severo imperante veterem provinciarum ordinem obtinuisse Mommsenus certo conficit ex titulis C. VIII n. 9366 et 9371, ubi nominantur procuratores duo *Auggg.* *u*[*t*]*r*[*ar*]*umque Mauritaniarum Tingitana*[*e et Caes*(*ariensis*)] (sic n. 9366; *utriusq*(*ue*) *prov. Mau*[*re*]*taniae* n. 9371). Quae cum ita sint, etiam illum titulum C. II, 1970 ad saeculum alterum tertiumve iniens ab Huebnero aliisque falso revocatum esse constat.

VIAE PVBLICAE PROVINCIARVM AFRICANARVM.

XVI. INTER THEVESTEM ET THAMVGADI (C. p. 879. 977; eph. epigr. V p. 505).

808 (= C. n. 10171). Sic excepit Dessau titulum, qui nunc adservatur Tebessae in fundo Cambon:

D D D D
/ / / / INV
DIOCLETIAN
ET M / X ////
///// ET IN
PP DD NN C
OSTANTIO
ET MAXIM *sic?*
O INVICTIS
AVG //////
/////////
/////////

Quinque primos versus penitus erasos incertae lectionis esse, contra 5 fin. seqq. data opera retentos certo legi adnotat auctor.

---

809 ad C. n. 10172. Recognovit Dessau, qui sic excepit:

d N
*flaui*IO CL
*aud*IO CON
*sta*NTIO
pio FELICE
AVG

'I

3 seq. cf. C. n. 8475 et eph. epigr. V n. 1112 et ibid. ad n. 1148.

---

810 ad C. n. 10208. Recognovit Dessau. — 2 CLAVDIO.

811 in columna mil., quae nunc adservatur in fundo Cambon prope Tebessam. Hic inserui ex coniectura, ut puto, probabili.

IMP C
MAGNO
MAGNEN
TIO AVG

Descripsit Dessau.
Cf. eph. epigr. V n. 1116 et supra n. 659.

CORRIGENDA.


Subicio hic observationes, quas mihi subministravit qui mappam composuit Ricardus Kiepert:


ad p. 11 n. 28. Beni Hassen distat a Lamta chil. 15—16.
p. 13 n. 34. Rudera Hr. Zaâtli a Feriâna absunt chil. 18 orientem versus.
p. 27. Hr. Ain Djellûla chil. 31 abest a Kairuân.
p. 33. Rudera Hr. Tombra falso mihi dixerunt sita esse ad confluentes fluviorum Wed Siliâna et Wed Bu Arada; immo influit hic in fluvium Wed Miliâna. Ceterum vide mappam.
p. 129 n. 421 corr. Ain Suda.
p. 176 n. 565 Umm el-Wahad mavolt Kiepert secutus Tissotium.

Io. Schmidt.


Formis Academicis (G. Vogt).

Tab. I.


F
G
a
b
PROM. APOLLINIS
Râs Sidi Ali el-Mekki
PROM. MERCVRII
Râs Addar
MISSVA
en-Nibi
la Marsa
CARTHAGO
St Louis
MAXVLA
Ghades
Hammâm Lif
CLVPEA
COLONIA IVLIA CARPIS
Kurba
VINA


Sidi Ahme
Testûr
P.A.
et Morro

Tab. II.


F
G
Sidi Ahmed Djedidi
MEMBRESSA
Medjez el-Bâb
VALLIS
P.A.
a
Bu Thaleb
CHIDIBBIA?
Slugia
Testûr
Hr. el-Thil
(Zezia)
MVN. SEPT. AVR. SEV. AP. SVLVLITANVM
Hr. Bîr el-Oesch
Meschta Khalifa
LXII
b
Bu Djelida
Sidi Brik
c

ADDITAMENTA QVARTA
AD CORPORIS VOL. VII.

Postquam sylloge inscriptionum Britannicarum in Corporis inscriptionum Latinarum volumine septimo emissa est anno 1871, prodierunt in hac Ephemeride additamenta eius tria vol. III p. 113—155. 311—318 et vol. IV p. 194—212. Iam vero elapsis decem annis post auctarium inscriptionum Britannicarum novissime in hac Ephemeride editum adhortante Mommseno id opus suscepi, ut si qui tituli intra hos annos aut reperti aut melius lecti essent, eos hic componerem. Titulos quos quidem adire potui, ipse contuli: libros ad rem spectantes pro viribus excussi. Et horum quidem magna est copia; cum enim numquam ii fuerint antiquarii qui chartae parcerent, tum prae ceteris hos nostros scribendi quoddam cacoethes invasit. Eduntur societatum archaeologicarum acta, transactiones sive memorias quas vocant, rudis indigestaque moles et sepulcro potius archaeologiae quam monumento futura. Accedit quod titulus unus et idem multis locis edi solet, in ephemeridibus primum oppidanis, deinde Londiniensibus, postea in actis societatum quattuor vel quinque. Quae res ut studium sane laudabile habet, ita movit me ne omnes in omni titulo scriptores adlegarem. Satius visum est unum testem fere semper laudare, W. T. Watkin dico civem Liverpooliensem nuper mortuum, quem honoris causa nomino. Fuit ille vir ad antiquam normam factus, impiger, iracundus, inexorabilis, et ut erroribus admodum obnoxius, ita de re epigraphica optime meritus. Supplementa annua in ephemeride *Archaeological Journal* ita edidit, ut titulos ipse fere nunquam inspiceret, sed qui reperti essent diligenter colligeret, qui latuissent in lucem protraheret. Scripsit item opera maiora infra laudata, verbosa illa quidem,

sed erudita, tabulis optimis ornata, singulari diligentia condita. Errores exagitare nolui hominis qui vitam et valetudinem rei epigraphicae dederit. Neque mihi obliviscendum est me quoque ansas ad reprehendendum in his meis daturum esse.

Titulos quos noverim recepi omnes, nisi quod fragmenta sex septemve, quorum de lectione non satis constabat, omisi, item supellectilem cretaceam omnem. Quippe nomina vasculis inscripta neque volebam colligere, nec si voluissem, potuissem. In recensendis singulis pravas lectiones coniecturasve priorum et omnino minoris momenti additamenta multa suppressi.

Amicis denique et viris doctis qui multi me adiuverunt gratias ago maximas, I. C. Bruce, Th. Hodgkin, R. Blair, R. S. Ferguson, I. Clayton Britannis septentrionalibus, I. Raine Eburacensi, A. W. Franks, A. H. Smith Londiniensibus, C. R. Smith Cantio, A. I. Evans Oxoniensi. Maximis me beneficiis devinxerunt Bruce, Blair, Clayton, dum titulos per lineam valli repertos compono. In recensendis titulis benigne me adiuvit Theodorus Mommsen.

Auctores suo quemque loco laudavi: qui graviores visi sunt, recensentur hic breviter.

Titulos per universam Britanniam repertos ediderunt

W. Thompson Watkin annuis supplementis insertis ephemeridi *the Archaeological Journal* (London. 8. vol. XXXVI—XLV, a. 1879—88). Obiit ille a. d. X kal. Apr. a. 1880. Supplementa pro viribus ipse continuabo.

Scriptores varii in *the Proceedings of the Society of Antiquaries* (London. 8. 1879—89. vol. IV—XIV).

Qui sequuntur partem tantum Britanniae attigerunt.

I. O. Westwood, *Lapidarium Walliae, the early inscribed and sculptured stones of Wales* (Oxford. 4. 1876—79) cum tabulis plurimis.

Th. Wright, *Uriconium, an historical account of the ancient city* (London. 8. 1872).

W. T. Watkin, *Roman Cheshire or a description of Roman remains in the county of Chester* (Liverpool. 4. 1886).

I. P. Earwaker, *Recent discoveries of Roman remains found in repairing the North wall of Chester* (Manchester. 8. 1888).

W. T. Watkin *Roman Lancashire or a description of Roman remains in the county of Lancaster* (Liverpool. 4. 1883).

I. C. Bruce, *The Handbook to the Roman Wall* (Newcastle on Tyne. 8. ed. 3. 1885).

I. C. Bruce, R. Blair et alii in *Archaeologia Aeliana* (Newcastle on Tyne. 8. vol. X 1885, vol. XI 1886, vol. XII 1887, vol. XIII 1888—9) et *Proceedings of the Newcastle Society of Antiquaries* (South Shields. 8. vol. II 1885—6, vol. III 1887—8, vol. IV 1889).

Accedunt societatum archaeologicarum ephemerides, quae singulae fere singulis in comitatibus eduntur; deinde ephemerides duae Londinienses *Academy* et *Athenaeum*.

I. DVMNONII.

812 ad C. n. 1 (cf. Eph. III p. 114). Patera ex plumbo et stanno (*pewter*) facta, a. 1756 apud *Bossens* rep., dono Guilelmi Borlase in museum Ashmoleanum Oxoniense pervenit, ubi nunc, una cum C. n. 1279, prostat. Veram lectionem scriptam in circulo non pleno

ΔIILIUS MOÐIISTUS ΔIIO MARTI

in medio

R

enucleavit A. I. Evans, musei curator, quo adiuvante descripsi.
Aelius Modestus deo Marti.
Inter *Modestus* et *deo* nihil deest.

II. DVROTRIGES.

813 post C. n. 4. In fastigio super anaglyphum *Easton Grey* prope *Malmesbury* (*North Wiltshire*), una cum statuae capite et nummis rep.; servat G. Smith.

CIVILIS IISII

Hoare *ancient Wilts* p. 100 cum tabula; Watkin *arch. journ.* XXXVII 145 (misit Raven). Confer. *Proc. of the Wilts Arch. Soc.* VIII 16.

IV. VENTA.

814 ad C. n. 5. Contuli: initium v. sexti deesse legendumque *Lu*]*cretianus* iam observavit Huebner in annuario Bonnensi vol. 59 p. 148.

VI. REGNI.

Moenia oppidi *Winchelsea* origine Romana esse errore contenditur (C. p. 17). Prodierunt inde reliquiae Romanae nullae. Temere quoque archaeologi Britannici Portum Adurni (Notitia Occ. XXVIII 11) prope *Shoreham* vel *Bramber* in *Sussex* collocant.

815 ad C. n. 14. Servatur dimidiatus Regnis in hortis episcopalibus, ubi vidi. Pravam tituli lectionem exhibent Watkin *arch. journ.* XLIII 286 et C. R. Smith *Assoc. journ.* XLIII 16; correxi *arch. journ.* XLVI 70.

VIII. LONDINIVM.

816 ins. post C. n. 20. Anaglyphum marmoreum optime sculptum 18 dig. altum, 22 dig. latum; Londinii in *Walbrook* a. 1889 rep. una cum fragmentis duobus statuarum dei nescio cuius fluviatilis et genii, item operis eximii, acubus quoque aeneis et supellectile cretacea, ut haec omnia pateat non extrinsecus in Angliam advecta esse, sed origine esse Britannica. Servat W. Ransom in *Fairfield, Hitchin.*

		EMERI
VLPI		TVS·LEG
VS·	*sacrificium Mithriacum*	II . AVG
SILVA	*tralaticium; circum in*	VOTVM
NVS	*circulo signa zodiaca*	SOLVIT
FAC		ARAV
TVS		SIONE

Descripsi.

[*Emeritus* legionis reperitur item inter alios in titulo Britannico C. n. 51 et in Gallicis C. XII n. 687. 2230, quorum hic confirmat eum non differre a veterano honesta missione misso. Hunc militem legionis Britannicae audimus missionem accepisse ab imperatore morantem in Narbonensi provincia Arausione; similiter centurio legionis Aegyptiacae ait ordinem sibi datum esse ab imperatore Alexandriae (Henzen n. 7170). Th. M.]

---

817 post C. n. 35. Pavimentum tessellatum 48 dig. longum, 30 dig. latum, Londinii inter *Pudding Lane* et *Botolph Lane* a. 1887 rep. Periit simul inventum est.

.....WVNANI..
.....NIIISTGNA+VS
.....IMNTESSELSTRAT
.....SEMDSΓD.......

Descripsit qui viae muniendae praefuit Jolly: inde F. G. Price *proc. soc. ant.* XII (1888) 128, Watkin *arch. journ.* XLV 184.

3 [*pav*]*im*[*e*]*nt*(*um*) [*t*]*essel*(*latum*) *strat*(*um*) *proposuit* O. Hirschfeld.

818—824 post C. n. 35. Fragmenta e muris oppidanis extracta n. 818—821 in *Castle street*, n. 822 in *Houndsditch*, n. 823. 824 in *Camomile street*: nunc in mus. urbico *Guildhall*.

818 12 dig. altum, 8 dig. latum.

AVI
NTIO
R LXX

819 32 dig. longum, 14 dig. altum, litteris aetatis sequioris.

. . . ET · MEMORIA
VLLIAE · NVMIDI
NTISSIME FEMIN
ISPEIIOVA · CAV

820 23 dig. latum, 5 dig. altum.

CANDIDI

821 18 dig. longum et latum.

IVL
S
D

822 14 dig. altum, 9 dig. latum, punctis triangularibus.

M
L I V
T V S ·
VI · A N L
CA · S E R T
. . N T N A E *nius*

823 13 dig. altum, 9 dig. latum.

I V
F V
M

824 4 dig. longum et latum.

D
IIA C A V

Contuli omnia. Edidit Watkin n. 818—821 *arch. journ.* XLII 156 (misit Price), n. 822 XXXVIII 289 (non recte), n. 823 Price *excavations in Camomile street* (Westminster 1880) p. 31, Eph. IV p. 193, n. 663 (non recte).

IX. AQVAE SVLIS.

Quae in hac urbe inde ab a. 1878 reperta sunt, ea fere omnia ex balneis prodierunt. Nam cum a. 1878 magistratus decrevissent, ut balnea publica augerentur, inventae sunt reliquiae thermarum veterum insignes: effossiones deinde perfecerunt antiquarii. Itaque non solum balnea Romana magna ex parte patefacta sunt, sed etiam res magnitudinis, non pretii, minoris

prodierunt, anaglypha quaedam, velut Aesculapii et Hygiae, persona e metallo facta, imprecatio denique plumbo inscripta. Illud dolendum quo partem balneorum aedificiis novis hic illic superimpositis obtexerunt ma gistratus. De effossionibus scripserunt inter alios C. E. Davis *Academ* 1880 p. 347, *Athenaeum* 1880 p. 641, *Transactions of Bristol and Gloucest archaeol. soc.* VIII 89; H. M. Scarth *arch. journ.* XLII (1885) 10, *proc. so ant.* XI (1886) 103; H. Winwood *Proc. of Bath Field Club* IV 357, VI (188 75 adiectis anaglyphorum imaginibus photographicis.

825 post C. n. 44. Aquis Sulis a. 1776 sub fundamentis aedium *Westga House*; 27 dig. longum, 15 dig. latum. Dicitur mox latuisse.


A E S V o V
E s C A N
I E N
D M

Bath Chronicle (d. 13 m. Iun. 1776); inde H. M. Scarth *arch. journ.* XXXVI 300; ex schedis Ioh. Watsonis Watkin *arch. journ.* XXXVII 145.

Potest eadem esse ac C. n. 44, primum eruderata a. 1776, deinde amiss iterum a. 1861 reperta.

826 ad C. n. 46. Primum versum DEA · DIA habet ephemeris, in qua primu edita est, *Bath Chronicle* (d. 25 m. Iul. a. 1776); itaque illum genuinum ess crediderim. Neque lapidem qui examinavit id reiciet. In fine eadem ephe meris L · M.

827 post C. n. 60. Lamella plumbea, $\frac{1}{20}$ dig. crassa, $2\frac{13}{16}$ longa et lata Aqui in balneis excavandis a. 1880 rep.: servatur *in the Pumproom* inter alia reliquias eodem tempore et loco inventas. Litterae saeculi sunt fortass secundi.



Q(ui) mihi ma(n)teliu(m) in[v]olavit, sic liquat c(..?) com(odo) aqua el[la] muta(?), ni(?) q(ui) eam [sa]lvavit, Vinna vel Exsupereus, [V]erianus, Severianus, A(u)gustalis, Comitianus, Catusminianus, Germanill[a], Iovina.

Contuli. Edidit primum C. E. Davis *Bath Herald* (d. 24 m. Aprilis a. 1880), post eum multi, denique Zangemeisterus in Hermae vol. XV p. 588 imagine usus photographica ea ipsa, quam supra repetivimus; inde Huebner *Exempla scripturae* n. 947. Solvi secutus Zangemeisterum, ad quem remittimus propter interpretationem; eandem fere proposuit Huebner. Constabat tamen mihi in re praesenti in v. 1 non MATELIV sed MAIBLIV legendum esse; in v. 3 visus sum mihi *muta* videre.

Ex tabula altera plumbea eiusdem fere magnitudinis simul reperta equidem literas nullas efficere potui.

---

828 post C. n. 60. Aquis Sulis in *York street* a. 1879.

Q · POMPEIVS
ANICETVS
. . . .

Watkin *arch. journ.* XXXVII 136 (misit Scarth).

---

829 litteris 6 dig. longis. Aquis Sulis fragmentum in balneis a. 1880 rep.

SSIL

Descripsi.

---

830 arae pars infima. Aquis Sulis in balneis a. 1880 rep.

v. s. l. m.

Descripsi.

---

831 Aquis Sulis fragmentum eodem loco quo C. n. 38. 39, a. 1878 rep.

T ·
E T

Watkin *arch. journ.* XXXVI 163.

---

832 post C. n. 64. *Littleton* (prope Pitney, cf. C. n. 64) in pavimento tessellato.

FLA . . .

Hoare *gent. mag.* 1827 II 113, inde Watkin *arch. journ.* XLV 185.

X. DVROCORNOVIVM.

833 ante C. n. 65. 19 dig. latus: pars inferior in effodiendo periit; *Cirenceste* in *Sheep street* a. 1880 rep., nunc in museo.

G · S · HV · I \ /S · LOC/

genii figura
in anaglypho

Descripsi. Watkin *arch. journ.* XXXVII 322, XXXVIII 289.
G(enio) s(ancto) huius loc[i].

---

834 ad C. n. 66. Contuli. In v. 4 fine legendum IF, in v. 5 initio F.....IVS plures litterae quam LAV perierunt.

---

835 ad C. n. 68. Contuli. In v. 2 lege GENALIS, v. 5 ST.

---

836 ad C. n. 70. 71. Servantur *Cirencester* in museo, ubi vidi.

---

837 ad Eph. IV p. 196 n. 665 (ins. post C. n. 72). Lapis est 8 dig. longus, 9 dig. altus, litteris malis: prostat *Cirencester* in museo, ubi vidi. In v. 2 lege

GENIOCHOCVNC

Watkin *arch. journ.* XXXVI 166 interpretatur *genio c(o)ho(rtis) [c]unc(tae)* perperam.

---

838 post C. n. 72. Fragmenta Cirencestriae rep., nunc ibi in museo, *a* 6 dig. longum litteris bonis, *b* 8 dig. longum, *c* 8 dig. latum.

a II / E · AVGV

b I / PH / NI

c A

Descripsi omnia. Ed. *a* Watkin *arch. journ.* XLIII 285, *b* ib. XXXVI 166.

---

839 post C. n. 72. Lapis ansatus 29 dig. altus et latus, litteris evanidis et aetatis labentis, *Siddington* prope *Cirencester* a. 1887 rep. Servat *Mr. Bowly* in *Siddington Hall.*

GEN | IO
. . | .
. . . . | EDI
. . TIVSTH | VS
V · S · L

Describere conatus sum, adiuvante A. I. Evans.

840 ins. post C. n. 76. Lapis est 38 dig. altus, 20 dig. latus, *Weston Birt, Beverston,* prope *Lasborough* rep. a. 1846: nunc *Cirencester* in museo.

D M
METTIN
ATION
GETA
VIXIT
ANN · XXX
H · P

Descripsi. Maclean *Transact. of the Bristol and Gloucester Archaeol. Soc.* XI 336 cum fig.; inde Watkin *arch. journ.* XLV 183.

[Si hoc significatur: *d(is) M(anibus) Metti nation(e) Geta,* servus Mettus is fuit Graecanice dictus Geta pro Daco. Th. M.]

XI. DOBVNI.

841 ad C. n. 79 et Eph. III p. 116 n. 56. Idem est titulus.

842 post C. n. 79. Fragmenta duo coniungenda, 18 dig. longa, 15 dig. alta litteris magnis, *Peterborough* in muris ecclesiae cathedralis a. 1888 rep.



Ectypum misit I. Th. Irvine. Edita non recte in ephem. *Antiquary* XIX (1889) 76.

Diiudicare vix poteris utrum ex *Castor* (Durobrivis) an ex *Chesterton* venerint et hic lapis et C. n. 79. 1156. Apud ambo vicos vestigia sunt Romana (hinc tessera C. n. 1264 et catini, illinc pelvis C. n. 1267 et vasa cretacea). Nec multum inter se vici distant.

843 ad Eph. III 57 (ins. post C. n. 86). Fuisse in urna litteras alias testatur is qui in Eph. *gent. mag.* edidit. Una quoque videtur inventum esse *a piece of iron, two inches long, fixed in a horn handle,* fortasse culter, in quo legebatur P : R : M.

XII. CAMVLODVNVM.

844 post C. n. 87. Optimis litteris, 50 dig. altus, 24 dig. latus. Camuloduni *in Balkerne lane* a. 1881 rep. Nunc in museo ibidem.

MATRBVS
SVLEVIS
SIMILS · ATTI · F ·
CI · CANT
V · L · S

Descripsi. H. Laver *proc. soc. ant.* VIII (1881) 543; W. T. Watkin *arch. journ.* XXXIX 356 cum fig.; I. E. Price et C. R. Smith *Transact. of the Essex Archaeol. Soc.* II 267, III 142.

V. 3 dat Watkinus ATTI, sed est ATTI in lapide casu tantum fracto.

Matribus Sulevis Similis Atti f(ilius) ci(vis) Cant(ius) v(otum) l(ibens) s(olvit).

---

845 post C. n. 92. *Colchester, Balkerne lane,* a. 1889 rep. fragmentum marmoris Purbeckiani 16 dig. altum, 5 dig. latum, litteris bonis.

D *m.*
AR
RE
VAL
Ī · VA
QVI
r I I

Descripsi edidique *arch. Ael.* XIII 358. In v. 5 videtur nominari *cohors*] I aut *Va*[*ngionum* aut *Va*[*rdullorum.* Cf. C. n. 91. 92.

XIII. XV. ISCA. OPPIDA CAMBRIAE.

Titulos aetatis Romanae posteriorisve intra Cambriae fines repertos collegit optimisque tabulis descriptos edidit Io. O. Westwood, professor Oxoniensis, in libro *lapidarium Walliae, the early inscribed and sculptured stones of Wales delineated and described* (Oxonii 1876—9, 4). Accessere tituli novi non multi reperti apud Iscam, *Goldcliff, Caernarvon* (Segontium), *Tommen-y-Mur, Llanio, Llanbadarn, Caer-Gai.* Effossiones data opera, si *Llanio* exceperis, factae sunt nusquam. Omisi titulos aliquot quos cum Romanos Westwood dicat, magis crediderim posterioris aetatis esse.

846 post C. n. 135. *Cilsant* prope Iscam extare partem lapidis sepulchralis *to the memory of Vindutius, a soldier of the second Augustan legion, aged 45,* affirmat Coxe, *Monmouthshire* I p. 115: inde Watkin *arch. journ.* XXXVI 167.

847 post C. n. 136. Iscae in museo 12 dig. longum.

SDEMEX
VOTOPO
VSVIT

Westwood lapid. p. 227 adiecta tabula; inde Watkin *arch. journ.* XXXVII 136.

---

848 post C. n. 136. Lapis est 36 dig. longus, 14 dig. latus; pars inscripta 6 dig. alta, litteris malae aetatis. *Goldcliff,* prope confluentes fl. *Usk* et *Severn,* ubi ripae partem abripuerat aestus, a. 1878 rep., nunc Iscae in museo.

C O H T
Ɔ S T A T O R I
M A X ·· M I

Ectypum misit T. H. Thomas. Ediderunt Oct. Morgan *Goldcliff and the Roman inscribed stone* (Newport 1882); C. R. Smith *assoc. journ.* XL (1884) 186, Watkin *arch. journ.* XXXVII 137, qui lapidem centurialem esse putant insertum aggeri cuidam Romano contra aestum facto. Forma sane ab centuriali diversa est, nec quanta pars perierit, constat. In v. 3 lege *Max[i]mi.* Mira coniecerant priores, velut *M(uri) m(ille) I.* Omisit Westwood.

XIV. FANVM DEI NODONTIS.

849 Antiquitates omnes hic repertas ediderunt W. H. Bathurst et C. W. King in libro suo *Roman Antiquities of Lydney Park* (London 1879) cum tabulis multis. De quo vide quae scripserunt Huebner et Mommsen *Bonner Jahrb.* 67, 29 et 68, 53. Novi nihil accessit praeter litteras aeneas ad C. n. 141 addendas. Sunt autem comprehensis quinque iam ab Huebnero in C. editis, ut affirmat King (p. 51, tab. XXII), hae:

A C D E I M O Q (?) R S	*semel*
N	*bis*
V F	*ter*
T	*quater*

XV. CAMBRIAE OPPIDA.

850 ad C. n. 142 (cf. Eph. III p. 119). Nunc *Caernarvon* in museo. Addenda sunt fragmenta duo ibidem servata; litterae sunt bonae.

1 A N   2 S E

Westwood lapid. p. 172 cum tab. Rep. est Segontii *a gold Basilidian talisman inscribed with Greek and gnostic characters* saeculi ut affirmatur secundi, de quo scripsit Barnwell Archaeol. Cambrensis X (1879) p. 102 cum tabula; Huebner Inscr. Chr. Brit. 215.

---

851 ad C. n. 1339*a* (post 145). Edidit melius Westwood lapid. p. 155 cum tab. (LXXIV 2). Lege

Ↄ I V L
P E R P E T V I
· P · X X I

---

852. 853 *Tommen-y-Mur* tituli duo similes qui servantur cum C. n. 144 in *Harlech castle* (Westwood tab. LXXIV 3 et 4).

852 Ↄ P E R P E T V I
P X X I I

853 Ↄ I V L I
P E R P E T V I
P X X X V

---

854 post C. n. 145. *Tommen-y-Mur* 18 dig. longus, 12 dig. latus.

D M
B A R R E C T
C A R A N E I

Westwood lapid. p. 157 (ectypum misit Wynne) adiecta tab. LXXVIII 4. Scriptura etsi aetatis est infimae, formula *d(is) m(anibus)* in titulis Christianis nostris, quod sciam, nusquam apparet.

---

855 ad C. n. 146. 147. Edidit Westwood lapid. p. 54 qui negat superesse. Repperisse dicitur postea Berrington n. 146 *in the gate way of Tretower House,* n. 147 in villa vicina *Tyllys* dicta. Legit idem

146 › V A L E N T I · F

147 v. 1 › P E R E G R I

Watkin *arch. journ.* XXXIX 369.

Ex castris Romanis *the Gaer* utrumque huc venisse credo (cf. C. n. 153).

856 ad C. n. 148—150. De castrorum vestigiis apud *Llanio* et antea et a. 1887 effossis confer Io. W. Willis-Bund *proc. soc. ant.* XII (1887) 30 et archaeol. Cambrensis 1888 310—5. Titulos denuo descriptos ediderunt Westwood lapid. p. 143, Willis-Bund loc. cit.; adnotanda sunt haec. — Ad C. n. 148. Lapis est 11 dig. altus, 6 dig. latus; nunc in bibliotheca collegii apud *Lampeter*. Legendum est, ut ait Willis-Bund, v. 1:

> A R T I S M Ɔ

---

857 lapis similis, 14 dig. longus, 8 dig. altus ansatus, prope Llanio rep.

Ɔ A R T I

Willis-Bund archaeol. Cambrensis 1889 180 cum tabula.

---

858 ad C. n. 149. Lapis est 14 dig. longus, 4 dig. latus: nunc *in the wall of the farmhouse*. Legendum est, ut ait Willis-Bund:

D V E R V O N I

---

859 ad C. n. 150. Nunc *the corner stone of the wall of the stable.*

Westwood:	Willis-Bund:
Ɔ H II A S T . .	C O H II A S
. . . .	. . . .

Edidit primus R. C. Hoare *Giraldus Cambrensis* I p. CLIII, sed male lectum. Supplet Watkin *arch. journ.* XXXVI 165 *coh*[*ors*] *II As*[*turum*].

---

860 post C. n. 150. *Llandewi brefi* prope *Llanio,* nunc in ecclesia, fragm. 10 dig. latum et altum, litteris malis.

M I B V
T A S T \

Willis-Bund, qui descripsit, archaeol. Cambrensis 1889, 179 cum tabula; Westwood lapid. p. 141 cum tabula, ectypo usus, inde Watkin *arch. journ.* XXXVII 138, cogitans de cohorte II Asturum.

1 Westwood MIBVS.

---

861 post C. n. 153. *Caermarthenshire.* In hoc comitatu circa a. 1770 rep. esse dicitur ara *on one side of which appears a cornucopia; on the other an augural staff. By the inscription it appears to have been dedicated to Fortune* (*gent. mag.* 1770 p. 392). Rem totam ad exemplar arae Cambodunensis C. n. 199 (*gent. mag.* 1744 p. 165) fictam esse suspicatur Watkin *arch. journ.* XXXIII 269. Possunt tamen arae duae fuisse Fortunae dedicatae similiter ornatae.

862 post C. n. 153. *Llanbadarn Vawr* prope *Aberystwith* a. 1879 in eccl. restauranda rep., 14 dig. longus, ansatus.

ⲋ VAL·FLAVINI|

Westwood lapid. p. 240 cum tab.; Watkin *arch. journ.* XXXVII 137 (misit Berrington).

---

863 post C. n. 153. 30 dig. longus, 10 dig. altus. Periit quod supra fuit anaglyphum, ut videtur, hominis et ferae. *Caer-gai* prope *Bala,* ad caput fluminis *Dee,* a. 1885 rep. Nunc Devae in museo.

IVLIVS·GAVERONIS·F
FE·MIL·CHO·Ī·NER

Descripsi. Watkin *arch. journ.* XLIII 284; D. R. T. archaeol. Cambrensis 1885 203 cum tabula; Mowat *bulletin epigr.* V 149. Lapis integer est: litterae FE postea additae esse mihi visae sunt in re praesenti. Errant qui *fe(cerunt) mil(ites)* proposuerunt; significatur opinor *fe(cit)* additum post tempus loco non suo.

Reperta sunt hic alia Romanorum vestigia, velut nummi frequentes. Salviani cuiusdam titulum pro Romano habet Westwood lapid. p. 168. 247; Huebner rectius inter Christianos aetatis posterioris inseruit (Inscr. Chr. Brit. n. 132).

XVI. VIROCONIVM.

864 ad C. n. 158. Edidit Th. Wright *Uriconium* p. 359. Contuli. In vv. 1. 2 lege TEI| |NTIVS, *Te[re]ntius*.

---

865 ad C. n. 159. Contuli. Ex Italia advectum esse, ut coniecit Huebner, et Wright *Uriconium* p. 360 affirmat et agnoscet qui lapidem viderit. Servabantur antea in eodem loco alii quoque Italicae originis tituli.

---

866 ad C. n. 160. Contuli: v. 5 lege ꟻATRE, *fratre*.

---

867 post C. n. 162. *Atcham* prope *Wroxeter* in muro ecclesiae.

RPAISO

Archaeol. Cambrensis 1881 p. 363; inde Watkin *arch. journ.* XXXIX 362 qui R·P·NATO conicit.

868 post C. n. 163. *Hereford* ara a. 1821, cum aedificabatur *the Subscription Billiard room*, rep., 40 dig. alta: nunc in museo. Venit opinor ex *Kenchester* (cf. C. p. 46). Litterae dicuntur esse elegantes, sed evanidae.

D E O
. . M I V
. . . I S
. . . I I

Transactions of the Woolhope Club 1879 p. 165 et 1882 p. 247; Watkin *arch. journ.* XXXVII 147. Qui mea causa inspexit H. C. Moore, ait DEO tantum legi.

XVII. DEVA.

Devae tituli novi non pauci iique fere omnes in muris urbicis reperti sunt. Primum enim a. 1883 n. 882 prope portam septentrionalem prodiit; postea a. 1887 cum in alia murorum parte ad septentriones et orientem versa renovanda reperti essent lapides sculpti et inscripti tredecim, socii archaeologici Devenses pecunia contributa effossiones eas perfecerunt aliosque titulos inde extraxerunt. Lapides Romani omnes in ipsis fundamentis inventi sunt, quorum fundamentorum cum aetas incerta sit, ipse Septimio Severo attribuerim (*Academy* n. 894), id quod etiam Huebner coniecit; C. R. Smith refert ad saeculum quartum (*Antiquary* XVII 41. 242, XIX 41), alii denique ad medium quod dicitur aevum. Illud certum, si quid ex litterarum formis colligere ausim, titulos hos omnes bonae esse aetatis et certe ante saeculi secundi finem esse positos.

Librum de effossionibus his edidit I. P. Earwaker, *Recent discoveries of Roman remains found in repairing the North wall of Chester* (Manchester 1888) titulis his insertis praeter n. 912. 913. 914; dixerunt de iis Watkin (p. 11—24) et Birch (p. 98—131). Egi de libro in ephemeride *Academy* (n. 894 p. 435): hic satis erit monuisse Birchium plurima pessime et legisse et interpretatum esse. Titulos a. 1887—8 in muris repertos reliquis ante repertis postposui.

869 ad C. n. 165. 166. 167. Servantur in museo, ubi vidi. In n. 167 Watkinus (*Cheshire* p. 170, *arch. journ.* XLII 148) litteras in dextro latere has

G . . .
. . . . .
C I . . .

detexisse se ait. Ipse nihil ibi distinguebam.

870 ad C. n. 169. Est in museo. V. 6 videtur esse M · AG//; Watkin *Cheshire* p. 182 M · A · G · P dat.

871 ad C. n. 170. Foote Gower in schedis in museo Britannico servatis (Add. 11338, fol. 91), descripsisse se ait a. 1771 sic:

N V M I N I B A V G
A L M A E C E R T I
T V S · A C T · C O R
. . . .
E X V O T O F A C I

Inde Watkin *Cheshire* p. 189.

872 ad C. n. 174. Periit. Ectypum gypso vel re simili factum, 2½ dig. longum, 1 dig. altum, litteris incisis nunc Devae in museo prostat, ubi vidi. Is qui antea habeat W. Gardner, adnotavit hoc: *Inscription from the centre of a Mosaic pavement found near the Castle* A. D. 1803, *from the collection of the Rev. T. Crane.* Lege:

C · VTI · L · A · R
P E S C E N N I N I

Edd. Watkin *Cheshire* p. 193 adiecta tabula; Th. Wright *Intell. Observer* II (1859) 67. Utios tribui Arniensi adscriptos habes in Italia (C. I 1273, IX 2691).

873 ad Eph. III p. 120 n. 69 (ins. post C. n. 174). Devae est in museo, ubi vidi. V. 2 lege FL, v. 6. 7 THESAEVS. Edidit cum tab. Watkin *Cheshire* p. 215.

874 ad Eph. IV p. 199 n. 672 (ins. post C. n. 175). Lapis, ut affirmatur, a. 1834 prope *the Castle* repertus est; erat tum 24 dig. altus, 14 dig. latus. Pars superior, quae periit, has litteras habuit

M
PR: IM
AE NA

Haec ex indicatione quadam ms. sumpta ab H. Williams Devensi habet Watkin *arch. journ.* XLV 181. In parte inferiore quae hodie in museo prostat lege

CVS · CV
VLSECV
ND · HE

Titulus fuit sepulchralis quem curavit faciendum heres.

875 post C. n. 168. Devae *close to the Eastgate* rep. a. 1884 fragmentum lapidis harenacei, 9 dig. latum, 40 dig. altum. Nunc in museo (catal. 24).

I O *vi*
avis O P T *imo*
M A X *imo*
V *s*

Descripsi. Watkin *arch. journ.* XLII 148, *Cheshire* 186.

876 post C. n. 168. Ara rep. a. 1875 *at the foot of Newgate street,* 26 dig. alta, 15 dig. lata: nunc in museo (catal. 13).

D E O //
M A R T I
C O N S E R V
T V S

Contuli. Watkin *arch. journ.* XLI 175, *Cheshire* 184 cum fig.

---

877 post C. n. 170. Fragmentum a. 1876 rep., 16 dig. longum, 17 altum, litteris bonis: nunc in museo.

numini B · AVGG · E

Descripsi. Watkin *Cheshire* p. 190, *arch. journ.* XXXVI 164.

---

878 post C. n. 173. Devae *Grey Friars* prope murum urbis a. 1886 rep., lamella plumbea, 2⅜ dig. longa, 1½ dig. lata. Servat qui invenit C. Roeder in *Manchester*. Utrimque inscripta est eodem fere modo.

1 C O II	2 C O I I
) A T I L I	) A T I L I
M A I O R I S	M A I O R I

Benigne inspiciendam misit Roeder; edidit, non recte, W. T. Watkin *arch. journ.* XLIV (1887) 125.

879—881 post C. n. 173. Lapides centuriales n. 879 ansatus, 16 dig. longus, 16 dig. altus, rep. a. 1868; n. 880 14 dig. longus, 6 dig. altus; n. 881 ansatus, 12 dig. longus, 7 dig. altus, rep. a. 1888 in *Eastgatestreet*: nunc omnes in museo.

879 7 Q MAX
880 7 Q T E R N
881 C H O R III
) T E R R O

Descripsi omnes. N. 879. 880 edidit Watkin *Cheshire* p. 123 cum fig., *arch. journ.* XLI 176; n. 881 *Proc. of Newcastle Soc. of Ant.* III 387.

N. 879 *c(enturia) Q. Max(imi)*, n. 880 *c. Q. Ter(entii) N...*, n. 881 *c(o)hor(s) III, c(enturia) Ter(entii?) Ro(mani?)*.

---

882 ins. post C. n. 174. In muris prope portam septentrionalem a. 1883 rep.; est lapis 17 dig. altus, 22 dig. latus, litteris bonis, hodie in museo n. 23.

D ❦ M
M · APRC *nius*
M · F · FA *bia*
T

Contuli. Edidit Watkin *arch. journ.* XLI 175, *Cheshire* 211 cum fig.

883 post C. n. 175. *a* Devae ad scholam regiam a. 1883 rep., *b* pro murum septentrionalem rep., 9 dig. latum. Utrumque nunc in museo.

a M II C   *b* I V / N E

a Watkin *arch. journ.* XLV 181.
b Descripsi.

Sequuntur n. 884—914 tituli nuper (1887—8) in muro septentrionali r perti. Descripsi omnes: postea G. W. Shrubsole ectypa egregie facta mis Praeter primum ceteri tituli omnes sepulchrales sunt. Facti sunt de lapi quodam rubro harenaceo (*red sandstone*) cuius in ipsa urbis vicinitate mag est abundantia.

884 fragmentum 24 dig. altum, 12 dig. latum, litteris magnis bonae aet tis: inerant fortasse litterae ex metallo caelatae. Pars videtur fuisse ep stylii.

M E T I
Λ C R Λ
F Λ

---

885 36 dig. latus, 33 dig. altus.

L · A N N I V S · L · F
T R O · M A R C E L *lus*

---

886 lapis 55 dig. altus, 28 dig. longus, fractus.

D I S · M N B V S
A T L A N · I · N
T R I T A N V S A II X
P R O T V S · A N X I I
P O M P E I V S
O P T A T V S · D O
M I N V S · F · C ·

2. 3 Descripsi. Quod ex ductibus efficitur *Atil*[*i*]*an*(*us*) *e*[*t*] *Antir*(?)*itilanu* non intellego.

---

887 36 dig. longus, 22 dig. altus.

D M
M · AVRELIVS · ALEXAND *sic*
PRAE . . . . CAST · LEG · XX
NAT · /VRVS CO
X · AN · LXXII . . . .
. . . ICES · ET · S

V. 4 legendum fortasse [*S*]*urus* *Co*[*mmagenus*], ut conicit Mowat, sed lit terae SY sive SV incertae sunt.

888 26 dig. longus, 20 dig. latus. Supra anaglyphum 22 dig. altum, militis in lecto recubantis, d. poculum tenentis: appositi sunt gladius et galea: adstat puer.

AVRELI · LVCI
EQVITIS
H · F · C

---

889 lapis magnus 71 dig. altus, 32 dig. latus. Supra anaglyphum centurionis et feminae. Sub centurione tabula

D M
M AVR · NEPOS 7 LEG ·
XX · VV · CONIVX ·
PIENTISSIMA · F · C ·
VIX · ANNIS · L ·

in latere intuenti sinistro

⊢
L
S V B
1210 **basis** marmorea. Ostiae, eodem loco.

DOMINO N̄ INVICTISSIMO
ET · SVPER · OMNES
FORTISSIMO · IMP
CAES · M · ANTONIO
GORDIANO
PIO · FELICI · INVICTO · AVG
PONTIF · MAX · TRIB · POT
II̅ · COS · PROCOS · P · P a. 239

/ / / / / / / / / / O PRAEF · VIG
P · V · CVRANTIBVS · AELIO ·
SPECTATO · SVB · PRAEF · VIG · V · E ·
ET · AVRELIO · MASCVLO · TRIBVNO
COH · VI · VIG · PRAEP · VEXILLAT ·

in latere intuenti sinistro:

AGENTIBVS
AVRELIO DIZA 7
ATILIO VITALE 7
L SEPTIMIO VICTORINO 7
MARCIO QVINTO 7
CORNICVLARIO TRIB
CVPENTIO GEMINIANO

in latere intuenti dextro:

DEDICATA · PR · NONAS · FEBR
IMP · GORDIANO AVG ET AVIOLA 4. Febr. 239
COS

Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 39.

Inscr. lat. v. 1 *agentibus* absolute dictum usurpatur etiam in titulo C. n. 13, item de centurionibus vigilum Ostiae constitutis. Ceterum nequaquam constat centuriones hos fuisse ex eadem cohorte sexta cuius tribunus vexillationem Ostiensem tum regebat; ut liquido apparet collato titulo Portuensi C. n. 13 quam dedicavit tribunus cohortis quartae, curam agente centurione cohortis secundae. Carent igitur fundamento quae disputata sunt *notizie* l. c., item *mélanges d'arch. et d'hist. publ. par l'école fr.* 9, 1889 p. 175, de vexillatione vigilum Ostiensi. — 6 *corniculario trib(uni).*

1211 basis marmorea. Ostiae eodem loco.

FVRIAE·SABINIAE· a. 241-4
TRANQVILLINAE·
SANCTISSIMAE · AVG
CONIVGI · DOMINI · N̄ ·
GORDIANI · AVG ··
CVRANTIBVS
VALERIO · VALENTE · V · P̄ ·
PRAEF · VIGIL · V · A PRAEF ·
PRAET · E · E · M · M · V · V · ET ·
VALERIO · ALEXANDRO · V · Ē ·
SVB PRAEF · VIGIL · ITEM ·
IVLIO · MAGNO · V · E · SVBPRAEF
ANNONAE · V · A · SVBPRAEF · VIGIL
COHORTES · SEPTEM VIGILVM · GORDIANAE

Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 41.

14 CORDIANAE ('*sic*') Lanc.

A. 241 Tranquillinam uxorem duxit Gordianus. Eo ipso anno crediderim positam inscriptionem aut paullo post; quamquam per partem certe anni 241 praefectum vigilum non Valerium Valentem (v. 7) fuisse, sed .... ltium Philippum titulus VI, 1092 docet.

Positi sunt tituli n. 1197—1201, 1203—1211 a cohortibus VII vigilum, ut diserte enuntiatur n. 1200. 1201. 1203. 1211, colligitur ex mentione praefecti vigilum et subpraefecti et tribuni cohortis vigilum n. 1204. 1205. 1206. Similes dedicationes factas imperatoribus ab universo corpore vigilum ex urbe Roma nullas habemus, cum Romae singulae cohortes in suis quaeque stationibus imperatores honorare consueverint. Ante hos titulos repertos in Portu Ostiensi magis quam intra moenia coloniae vexillationem vigilum stetisse credidimus (cf. C. n. 6. 13—15. 231). Nominantur autem in his et reliquis nuper repertis titulis praefecti vigilum hi:

a. 195: *nomen erasum* (n. 1203),

a. 207: Cn. M(arcius) Rustius Rufinus (n. 1204—1206). Praefectus fuerat iam a. 205 (C. VI 1056; cf. etiam C. IX 1582. 1583. X 1127),

a. 211: C. Iulius Quintillianus (n. 1207). Praefectus fuerat iam a. 210 (C. VI 1058. 1059; cf. etiam cod. Iust. 7, 45, 1),

a. 217: Valerius Titanianus (n. 1209),

a. 239: *nomen erasum* (n. 1210),

a. 241/4: Valerius Valens, idem vices agens praefectorum praetorio eminentissimorum virorum (n. 1211). Idem Valerius Valens paullo antea fuerat praefectus classis Misenensis (C. X 3336),

a. inc.: .... Scaevola (n. 1215),
a. inc.: (?) Marcius ... (n. 1214),
item subpraefecti vigilum
a. 207: C. Laecanius Novatillianus (n. 1204—1206), notus antea ex titulis C. VI, 1621 et Kellermaniano vig. p. 97 (= C. VI, 3431*),
a. 211: M. Firmius Amyntianus (n. 1207). Subpraefectus fuerat iam a. 210 (C. VI 1058. 1059), fuit etiam a. 212 (C. VI 1063),
a. 217: Flavius Lupus (n. 1209),
a. 239: Aelius Spectatus (n. 1210),
a. 241/4: Valerius Alexander (n. 1211). Eodem tempore Iulius Magnus v. e. subpraefectus annonae vices agebat subpraefecti vigilum,
a. inc.: ..... Archelaus (n. 1215),
a. inc.: [A]urelius Va ... (n. 1214),
a. inc.: ..... to (n. 1213 v. 3).

Ceterum longe alia et diversa in his inscriptionibus est mentio praefectorum vigilum, alia subpraefectorum. Nam praefectorum mentio fit honoris ut ita dicam causa, sic: *praefecto vigilum illo* (n. 1203. 1209. 1210) vel *sub illo praefecto vigilum* (n. 1204—1207), subpraefectus dicitur, cum primum memoratur — nam a titulo anni 195 (n. 1203) mentionem eius abesse notabile est — una cum tribunis praepositis vexillationis 'curasse' (n. 1204—1207. 1209. 1210), nempe ut basis recte collocetur; ita ut possis conicere, illis temporibus subpraefectum una cum praeposito vexillationis sedem habuisse Ostiae. 'Praepositus' autem 'vexillationis' vigilum Ostiensis fuit ex consuetudine unus ex tribunis cohortium vigilum, a. 195 Cassius Ligus (n. 1203) tribunus coh. IIII vigilum (C. XIV n. 13), a. 207 M. Fl. Raesianus, trib. coh. II vig. (n. 1204—1206), a. 211 M. Antonius Proculus tribunus cohortis sextae (n. 1206), a. 239 Aurelius Masculus — idem sine dubio qui postea fuit praeses Alpium maritimarum (C. V, 7881) — item tribunus cohortis sextae vigilum (n. 1210). Nescio quomodo explicandum sit quod in fragmento n. 1215 adsunt tribuni duo. — Centuriones ex cohortibus vigilum Ostiae 'agebant' (stationem puto, vel curam stationis, cf. adn. ad n. 1210 inscr. lat. v. 1) numero quattuor, certe quattuor adsunt non solum a. 239 in titulo n. 1210, sed etiam in titulo scripto a. circiter 195 C. n. 13, item ut videtur infra n. 1214. — De optionibus Ostiae consistentibus nihil certi videtur statui posse; memoratur optio infra n. 1213 v. 7 et C. XIV, 230. — Denique in partem curae stationis vigilum Ostiensis adsumptus erat cornicularius tribuni (n. 1210 inscr. lat.; cf. n. 1214 v. 6). — Inscriptiones graphio incisae dederunt *bucinatores* duos (n. 1218. 1219) et *exactum* (n. 1223). — Quot numero fuerint milites Ostiae consistentes, ex his titulis colligi non potest; id quod moneo contra Lancianium *notizie* 1889 p. 39. 40.

1212 basis marmorea Ostiae in thermis effossa.

T · PETRONIO · T · F
ANIENS · PRISCO
PROCVRATORI · AVG
FERRARIARVM · ET · ANNONAE
OSTIS · PRAEF · ALAE · II · PANNONIOR
TRIB · LEG · VII · GEMINAE · FELICIS
PRAEF · COH 'II ! ! ! ! ! ! ! !
TR ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! ! ! !
LYNTR ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
L D D !

Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 739.

V. 7 seq. erasi non ob damnationem memoriae, sed cum lapis ad alios usus adhibitus esset. — 7 fuit aut COH III aut VII. — 12 Lancianius cogitavit de collegio lyntriariorum (cf. C. II 1182. VI 9531), recte ut puto.

Petronii Prisci tribuni laticlavii (C. III 5657), de quo admonuit Lancianius, hic potest fuisse pater.

1213 fragmentum tabulae marmoreae crassae ca. 25 rep. Ostiae inter rudera castri vigilum.

NO II
II CoS
ERI TONE & PR
COH II ƆPVDENTE
VALERI VI IVLIO
ƆCTOBRE CO VI · OPILIO DEXT
E OPTIONE SVB CVRA FO
ECEMBR · 7 MARC
ꝚNVII FELIC

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 82. Vidit Huelsen et nonnulla (ut v. 7) correxit.

Annus huius tituli incertus; nam duo iterum consules, quorum alter nomen habeat in *-nus* finiens, non raro reperiuntur, ut a. 168. 173. 188. 203. — 6 fortasse *Octobre* (quod videtur fuisse cognomen; et est *L. Musius October miles in coh. IV vig.* C. VI, 2780), *co*[*h*(*orte*)] (*prima*). — 8 de mentione mensis Decembris cf. ad n. 1215 v. 6. — 9 *felic*[*iter*]. — Cum hoc titulo et eo qui sequitur componendus erit titulus C. 230.

1214 Ostiae rep. fossionibus anni 1888/9.

pro sa LVTI ET · VI
MARCIC C · V ·
VRELIO · VA .... *? subpraef* VIG ·
*i*VLIO · S *ca* NDIDIANO · 7 · BL
*i*VLIO · L *r* OMVLO · 7
ANTI *? corniculario* TRIB ·
\LVIV F PR · N ·
a EDEM · D FECIT

Particulas intuenti dextras edidit Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 744, omnes ib. 1889 p. 42. Huelsen vidit ex parte intuenti sinistra vv. 4—8 et ex v. 1—3 paucas in initio litteras.

1 fuit sine dubio [*pro sa*]*lute et vi*[*ctoria*]. — 2 nescio num hic Marcius c. v. fuerit praefectus vigilum. Potuit aliquando tertio saeculo ut praefectis praetorio, ita etiam praefecto vigilum tribui clarissimatus. Ceterum cogitari potest etiam de praefecto praetorio honoris causa a vigilibus, qui hunc titulum posuerunt, memorato. — 4 fin. BL quid significet nescio. — 4—6 Iulius S . . . fuit puto tribunus, . . Candidianus, Iulius L . . ., . . Romulus, . . . antius . . centuriones. P. Aelius Candidianus centurio cohorte vigilum secunda a. 210 et a. 212 memoratur C. I. L. VI, 1059. 1063. 1064, P. Aelius Romulus centurio cohorte quinta a. 210 est C. VI, 1058.

1215 tabula marmorea Ostiae rep. inter rudera castri vigilum.

fe EX > PAPIR I
O SCAEVOLA PR
O ARCHELAOS PR
O CORNE*l*IANO TR
O RVFI*n* O TR
ex ID AVG IN *i*DVS DEC
ADINICAAIII

Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 82.

6 iduum Aug. mentio fit etiam in titulo horum simili C. n. 230, verum non, ut hic una cum idibus Decembribus, sed una cum idibus Aprilis. Possis suspicari ternas has idus sollemnes fuisse stipendio numerando (cf. Marquardt *Staatsverw.* II ed. 2 p. 96 not. 1). — 7 litterae dimidiatae plane incertae.

1216 fragmentum tabulae rep. Ostiae eodem loco.

COH · V
CL · PROCVLC
7 · VINIO CHC
II · QVI · DES · IN
TOSIVS · L · F · FAVS*tinus*

Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 42.

3 (*centurione*) *Vinio c(o)ho*[*rte illa*]; cf. C. XIV 230 v. 2 (*centurione*) *Lucretio*. — 4 *ii qui de s(uo) in*[*tulerunt*] conieceram; sed post N litteram V potius quam T fuisse ait Huelsenus.

1217—1221 inscriptiones incisae in tectorio in castris vigilum Ostiensibus, *nella parete destra del vestibolo dell' augusteo* (i. e. prope eum locum ubi steterunt bases n. 1197 seq., cf. forma *notizie degli scavi* l. c. p. 78).

1217 SALVO DN SEVERO ALEXANDRO
PIO FELIC// AVG · STATIONEM
*fe*CIMVS PRINCIPIS DIERV · XXX
MIL COH · I · VIG SEVERIANE

1218 M · MIKENIVS IVLIVS
BVCINATOR · COH · VII · VIG

1219 IVLIVS FAVSTIN
MIL · BVCHI

1220 *a*PERTIV// NAMPAMO
TR COH
TAA///F

1221 TV
VIG SEVERIANE
TI

Descripserunt Mau et Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 80. 81.

1217 v. 1 ALEXANDRO vocabulum inductum est. — 3 *principi(i)s* legi iubet Mommsenus, intellegens de principiis castrorum.

1218 v. 1 MIRENIVS vel MYRENIVS.

1220 v. 1 *Apertius* nomen reperitur Ostiae C. n. 490. 591. Idem autem nisi fallor *Apertius Nampamo* sive *Namfamo* post mortem in Africa, unde erat oriundus, nam Namfamo nomen est Africanum, in municipio Satafensi in confinio Numidiae et Mauretaniae, hoc titulo honoratus est (C. VIII, 8395): *d. m. s. honori et memoriae Aperti Namfamonis militis coh. I urb.*, translatus puto ex cohortibus vigilum in cohortem primam urbanam (tribuni vocabulum v. 2, si recte exceptum est, alio pertinere opinor).

1222 in castris vigilum Ostiensibus in opere tectorio subscalarii cuiusdam (*nella volta del sottoscala A*; cf. forma p. 78).

7 V EXCVBAT XII K MAR
M
VALERIVS SEVERVS
/// V M /// M A ////// A//
/// A V R //////
/ T /////

Contulit Mau. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 81 a Gattio et Huelseno.

1223 in opere tectorio cubiculi alicuius castrorum Ostiensium (*nella camera a sinistra dell' augusteo lett. C*, cf. forma p. 78).

ΛELIVS MASVETVS
EX · ACTVS LATER////VM

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 81.
2 fin. non intellego.

1224 basis parva marmorea. Ostiae rep. inter rudera castrorum vigilum.

C · BIBIVS ·
FELICIAN
VS · IVBE
NIBVS · DD

Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 76.
3. 4 iuvenes Ostienses praeterea innotuerunt ex solo titulo C. XIV 409.

1225 tabula marmorea rep. Ostiae effossionibus a. 1888.

d · M
CORNELI
Ɔ · NICEPHO
RO · SEVIR ·
AVG · IDEM
q Q · CORNEL
fo RTVNA
t VS

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 744.
7. 8 sic suppletos edidit Lanciani; possis cogitare etiam de CORNEL · *fo*RTVNA*ta* *e*VS.

1226 (Romae) apud Franciscum Brachianensem marmorarium. Origine esse Ostiensem colligitur ex v. 1.

c. iuliu S · TYRANNVS M · Q · C · F · T · OS*t*
fecit sibi ET · AEGRILIAE · MOSCIDI · CONIV*gi*
SIMAE · QVAE · VIXIT · MECVM · AN · XXV
SABINAE · FILIAE · DVLCISSIMAE · VIXIT · AN · XXI

Donius, qui vidit, cod. Neap. 406, 3, sched. Maruc. A 293 p. 221.

1 OSI traditur. — Eiusdem Tyranni magistri quinquennalis collegii fabrum tignuariorum Ostiensium est titulus honorarius C. XIV 370.

1227 decem fragmenta tabulae marmoreae crassae cm. 5 rep. Ostiae in thermis, adhibita in pavimento.

D
L · VALERIVS ·
SEV*ir* AVG *i*ᴖ*em quinq.*?
A T V I E I
IRENI · CON*iu*GI
EVTYCHE*ti* IVN · EQR
COL · OST · FLAM · DIVI · MA*rci* ʌ ı
SODAL · A*rul* ET · VALE*riae* VITAL*i*
ADQVISITORI · PA . . . . . ET · IREN
FILIIS ET · LIBERT*is li*BERTABV*sque*
*poster*ISQ · EOR
AVRELI · H

Sic fragmenta composuit et edidit Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 740 (Huelsenus non vidit), cuius supplementa quoque raro mutavi, ut v. 8, ubi ille edidit SODAL · AN*ton* (sodales Arulenses dederunt praeterea inscriptiones Ostienses C. n. 341. 373. 432). — 3 fin. AVGᴖ, 6 fin. EQI traditur. — Nonnulla obscura sunt, ut v. 4, item v. 9 ADQVISITORI vocabulum.

1228 in fistulis plumbeis, rep. Ostiae *sotto il selciato della strada che limita a ponente il lato della statio vigilum*, sexies legitur.

IMP · CAES · ANTONI ı AVG · SVB CVRA RATIONA
E · PRIVATI AVG LIB PROCVR EX · OFIC · HERMETIS · SERVI ❦

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 744.

Vocabulum Antonini in omnibus sex inscriptionis exemplis imperfectum legi ait Lancianius. In aliis partibus eiusdem tubi legitur EX OF AVR VALERI (C. XIV n. 1992). — Lege: *imp. Caes. Antoni[ni] Aug., sub cura rational(is) et Privati Aug. lib. procur(atoris), ex of(icina) Hermetis servi.* Plane similis est tubus C. XIV 1979, ubi fortasse v. 2 in. fuit etiam nomen PRIVATI.

1229 tabella marmorea litteris malis Ostiae.

D M ·
MARCO · ◆
AVRELIO · PAR
THENOPEO ·
NON COTFATA
SET PALAME
D E S

Descripsit Huelsen. Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 19.

5 videtur is qui titulum scripsit queri de morte Parthenopaei, non fatis eam debitam fuisse, sed dolo puto humano, nempe Palamedis.

1230 rep. in Portu prope episcopium loco dicto *Riserva della Vignaccia, eseguendosi un cavo per la costruzione di una chiusa.*

TI · CLAVDIVS · PRISC
FECIT
AFINIAE · VENVSTAE
. . . .

Borsari *notizie degli scavi* 1889 p. 163.

Vv. 4 seq. legi non potuerunt crusta calcarea obducti.

1231 fragmentum tabulae Ostiae rep.

*u*OT · PROCVLV*s*
*agat*HYRSO · PA T*ri*
MAE · MATR*i*
ACRIDI
VOT · PROCV*lo*

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 744.

1232 rep. in Portu cum n. 1230.

D · M ·
L · RVBRIO · TROFIMO · HOMINI · INCOMPARABILI

Borsari *notizie degli scavi* 1889 p. 162.

1233 rep. Ostiae.

D · *m*
CN · TVRELIVS
PHILETVS
CN · TV
PON

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 744.

LANVVIVM (p. 191. 486).

1234 ad n. 2102, l. 3. Haec frustula postea adlata Romam paullo aliter descripsit Henzen et edidit C. VI 1007.

1235 ad n. 2147. Iidem homines memorantur in titulo nuper reperto Romae extra portam Capenam (*notizie degli scavi* 1889 p. 103): ... *a Eutychia fe*[*cit* ... *Sall*]*ustio Erotylo co*[*niugi*] *dulcissimo vixit annis* ... [*et C*]*usinio Atimeto idemque vix*[*it* .... *a*]*nnis LXXX, et sibi et suis et liber*[*tis liber*]*tabusque posterisque eorum.* [*H. m.*] *e. h. n. s.*

ARICIA (p. 203. 487).

1236 tabula marmorea lata cm. 58 litteris magnis et bonis, sed ita detrita ut de lectione fere desperandum sit. In casa rustica prope Ariciam, ubi fuit pro gradu scalarum, repperit Henricus Stevenson, apud quem servatur.

S C
QVOD FACTVM EST · A/CT DRVSO
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / N SENA
/ CI
/ AEDILES ·
/ IVN ·
A · CO / ANVS
/ CERIVS SABINVS
/ EIVS · AVGV
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / · TI · LATINIVS RVFINVS
/ / / / / / / / / / / / / ANNIO L · ANNIVS VEGETVS
/ / / / / / / / .CINVS · C · IVVENTIVS CELER
/ / / / / / / / / / CVS II
lu CILIVS LONGVS
/ / Q AVONIVS
/ / / / /

Describere temptavit Huelsen iterata vice.

1—3 *S(enatus) c(onsultum) quod factum est auct(ore) Druso* [*Caesare Ti. f. dictatore*]. Aricini, non Romani senatus intellegi consultum et ex aliis apparet et ex nominibus infra recensitis. Drusus Caesar ut alibi, ita etiam Ariciae summo magistratu fungi potuit. (Auctorem senatus consulti dici posse etiam magistratum qui id fecit, demonstratur eis quae collegit Mommsen *Staatsrecht* III p. 978 not. 1). — 3 [*i*]*n sen*[*atu fuerunt tot*]. Nomina quae deinde enumerantur magis crediderim fuisse testium qui scribendo adfuerunt, quam enumeratos fuisse omnes qui in senatu fuerint cum senatus consultum factum est. Aediles (v. 4) adfuisse scribendo sane notabile est. Ipsa senatus consulti verba non extant, neque ubi fuerint scriptu adparet. [Principium quod remansit cum discedat a solita forma, decretum senatus hoc crediderim ita fere conceptum esse ut senatus auctoritatem Veientem C. XI, 3805, habentem item nomina eorum qui *adfuerunt* perscripta, licet non in ipso principio, ut hic, sed in fine; fortasse hic quoque non habemus decretum legitimum, sed auctoritatem, et explicatur inde forma diversa. Hoc sumpto non mirum est aediles in ipso principio nominari, dictatoris nomine fortasse ideo omisso, quod auctor is fuerit. TH. MOMMSEN.] — 10. 15 alterum Ti. Latinium origine Aricinum habes C. n. 2166, alterum Q. Avonium n. 2181. — 13 fin. II numerus indicat, nisi fallor, nomen quod praecedit fuisse magistratus alicuius. — 14 Lucilius Longus sine dubio amicus est Tiberii, defunctus a. p. C. 23 (Tac. ann. 4, 15); consul is creditur fuisse (cf. Borghesi opp. 5 p. 308) a. p. C. 7; nomen eius quid hic sibi voluerit, nescio. Fieri potest ut ipse fuerit origine Aricinus, magistratibusque ibi functus sit.

1237 basis Ariciae in hortis Ioannis Ant. de Mattheis.

Q · LVSCI
FRVGI L LIB

Misit Huelsen descriptam a Gottlieb.
V. 2 vix recte exceptus.

NEMVS DIANAE (p. 210. 487. 499).

1238 basis quadrata ex marmore nigro lata m. 0,12, cuius tria latera inscripta. Rep. fossionibus Nemorensibus (in fundo Ursinorum, loco dicto *Prato Giardino*) a. 1888.

a	*b*	*c*
CN ARBVXSE	L · LVCRETI*us*	BASVS 'sic'
IVS · CN · F	L · F · SEDVLVS	
DIANAE	DIANAE D D	
D · D · L · M	L · M	

Notizie degli scavi 1888 p. 193.

1239 fragmentum lapidis Tiburtini rep. fossionibus Nemorensibus.

\L · F · PINTIA
dian\A E · D · D · L · M

Borsari *notizie degli scavi* 1888 p. 393.

1240 plinthus marmoreus, litteris evanidis.

//////NTIVS · Q · F · D · D · D · L · M ·

Notizie degli scavi 1888 p. 193.

Videtur esse alterum exemplum tituli C. n. 4189.

1241 ara marmorea rep. eodem loco.

O C T A V|*i*|A
G R A E|*ci*|N *a*
IV N O N I|*d*|D·

Borsari *notizie degli scavi* 1888 p. 393; Lanciani ib. p. 709. Vidit Stevenson a. 1889.

1242 rep. eodem loco.

PRO·
sa|LVTE · TI ·
claud|I CAESARIS ·
aug. germ|ANICI · ET · IVLIAE
5 *agrippinae aug. et t*|I · CLAVDI · BRITTANICI
caesaris et neronis|CLAVDI · CAESARIS ·
|VS · IMP · DIA · LVMEN · PERP

Notizie degli scavi 1888 p. 194 ad ectypum.

Titulum scriptum paullo post adoptionem Neronis (a. 50) crediderim, propterea quod Britannicus etiamtum habet locum priorem. — 7 *imp(erio) Dia(nae) lumen perp(etuum)* proponitur in *notizie degli scavi*. — A. 49 piacula apud lucum Dianae a pontificibus facta esse refert Tacitus ann. 12, 8.

1243 fragmentum aeneum (*angolo superiore sinistro di una grande cornice di bronzo*).

LAVRENTES · L*avinates*
P · LVCRETI · CLEMENT*is*

Notizie degli scavi 1888 p. 193.

1244 *frammentino di lavagna, di m. 0,45 × 0,10* rep. eodem loco.

D E X T

Borsari *notizie degli scavi* 1888 p. 393.

Propter genus lapidis oritur suspicio fragmentum hoc esse tituli C. n. 2219.

AGER ALBANVS (p. 216. 440).

1245 ara lapidis Albani alta m. 0,23 lata m. 0,50. Rep. prope Albanum, a sinistra via Appiae, *presso l' angolo di deviazione della „Galleria di sotto"*.

E C E S T V S
patera F E C I T *simpulum*
I O V I

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 163.

1 prima littera utrum E an L cum puncto sit, dubitavit Lanciani, sed illud praetulit.

1246 cippus rep. Albani *via del Corso* in fundo Pauli Pietrangeli.

D · M
TI CL HERMETI
VASCVLARIO ET
CL ATTICILLAE
VALERIA PROCVLA
COIVG OPT · ET
FIL · PIISSIM · ET
ACHILLEVS · ET
APRIO · LIB FECER

Salustri *notizie degli scavi* 1889 p. 113.

1247—1253 cippi reperti supra lacum Albanum, *nel margine orientale della Galleria di sopra, a 178 metri di distanza dalla chiesa dei pp. Riformati, andando verso i Capuccini*; deinde apud Ioach. Balducci.

1247 D I S ◆ M A N I B V S
A B A S C A N T V S C A E
S A R · Ñ · S E R · V I L I C
F O R T V N A T A E · C O
N I V G I · B E N E · M E
R E N T I · F E C I T · V I X
A N N I S · X X X
Q̲V I S Q̲V E · M E V M · T I T *'sic'*
VLVM · STAT · LEGERIT · ET ·
DICIT · SIT · TIBI · TERRA · LEVIS

Notizie degli scavi 1889 p. 112 ad ectypum.

1 MANIBV, lacuna non indicata, editum est. — 8. 9 *quisque* (= *quisquis*) *meum titulum stat(ione) legerit*, nempe *gradum sistens*; ita haec explicari posse putat Mommsenus.

1248 D · M
IVLIAE · FORTV
NATAE · ACIVA
CAES · N · SERVO
SVBVIL · CONIV
CARISS · FEC ·
CVM · Q · VIXIT
AN · XVII · M · V

Notizie degli scavi 1889 p. 112 ad ectypum.
4 requiritur SERVVS. — 5 subvilici munus novum quantum scio.

1249 R · SAL
AMMIAS · CONIV*gi*
RARISS · MERCATO*r*
ITALICVS · DEVTER
FIL · PATRI · PIENTISSIM
FECIT

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 111 descripsit ut potuit loco incommodo positam.
1 vix recte exceptus; requiritur nomen mariti Ammiadis, patris Mercatoris Italici Deuteri — 2 fin. CONIVC, 3 MERCATOI traditur. — 6 requiritur FECERVNT.

1250 D ◆ M
AMMIAS · ET · MERCATOR
CAE · N · SERVO · ITALICO
FRATRI · BENE · MEREN
FECERVNT · QVI · VIX
ANNIS · XXXX · ET · M · III
ET · ITALICO · FILIO
EIVS · QVI · VIXIT
AN · VIII · M · II · D · XXV

Notizie degli scavi 1889 p. 112 ad ectypum.

1251 D M
MERCATORI · CAE
N̄ · VERN · AMMIA
MATER · ET · DEVTER
FRAT · ITALICVS ·
FRATRI · SVO · IN
FELICISSIMO · F ·
QVI · VIX · AN · XXVIII
DIEB · XXI

Notizie degli scavi 1889 p. 111 ad ectypum.

1252 stele marmora eleganter ornata (*il timpano col bustino della fanciulla Filumene presso a cui si vede la figura di un Genietto alato, in atto di recidere lo stame della vita; il titolo è inciso dentro una edicola, retta da colonnine. Dalla chiave dell' arco pende, sospeso ad una catena, il segno del capricorno. La parte bassa del vano è chiusa da una transenna, retta da pilastrini terminati a pomo*).

D ❧ M
MOTHO CAES · N̄ · SERV
HILARO · ET · EILVMENE *sic*
FILIS PIENTISSIMIS ·
ET DVLCISSIM · CVM SVIS
FECIT · HILARVS · VIX · AN
II · MENS · IIII · DIEBVS · XVIIII
FILVMENE · ANIS · XIIII *sic*
MENS · V · DIEBVS · XXI

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 113.

1253 D ❧ M
TERTVLLAE
FL · OPTATAE
VER · FEC · M · VLP
ACERATVS
CONTVBER
CARISSIMAE

Notizie degli scavi 1889 p. 112 ad ectypum.

Servi domus Augustae, quorum cineres lapides n. 1247—1252 olim texerunt, pertinuerunt sine dubio ad praetorium Albanum imperatorum. N. 1253 positus est ancillae domus privatae, sed cuius maritus videtur fuisse libertus Augusti.

1254 fistula plumbea rep. in villa Albana Domitiani (*villa Barberini*).

STATIONIS VRBANAE AVGG NN

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 227.
Similiter inscripta fistula prodiisse dicitur Antii (C. X, 6686 cf. add. p. 989).

1255 rep. eodem loco in fistula.

CALPVRNIVS LICINIANVS FECIT

Lanciani l. c. p. 247.

BOVILLAE (p. 230. 491).

1256 ad n. 2420. Vereor ne erratum sit ab Amatio in indicatione loci et haec inscriptio aliena ab agro Romano. Cf. C. XI, 2916. 2919.

TVSCVLVM (p. 252. 493).

1257 fistulae plumbeae rep. inter Frascati et Monte Porzio in praedio Borghesiorum *le Cappellette*.

a

|ATIDIAE AVG FIL

b

MATIDIAE AVG FIL LXXXII

c

/SALON · EPICTETVS · F

Rocchi *notizie degli scavi* 1888 p. 141.

ANTICOLI (p. 357).

1258 saxum calcareum altum m. 0,55 latum m. 1,95 Anticoli-Corrado, 200 metris ab eo loco ubi extat n. 3471, loco dicto *Fonte Cardinale*.

VESINIA · C · F · SIBI ET L · VINNIO . . . .
FACIVNDVM CVRAVIT ARBITRATV · C · VRSICIANI

Fonteanive *notizie degli scavi* 1888 p. 460.

PRAENESTE (p. 288. 494).

1259 in agro oppidi Roiate in confinio territorii Praenestini, in vinea Cenci.

D · M
CRITONIAE VENVSTAE MATRI
AVIAE *san*CTISSIMAE
OPTIMAE ET CRITONIAE QVARTILLAE
L · NAEVIVS · NATALIS · SIBI · ET · POSTERISQVE
SVIS

Descripsit Alexander Sbardella Praenestinus et misit per Stevensonium.

TIBVR (p. 365. 494).

1260 ad n. 3672. Fragmentum epistylii mihi visum Tibure in curia diversum est a titulo quem viderat Amatius; hic enim, ita fere ut descripserat Amatius (tribus versibus), extat Romae in repositis musei Lateranensis. Cf. C. XI, 3129, ubi Bormannus propter genus saxi hunc titulum adtribuit Faleriis.

1261 ad n. 3695*a*. Egit de hac inscriptione de Rossi, conferens alias eiusdem generis, *notizie degli scavi* 1888 p. 711, item *bull. comunale* 1889 p. 357 et sic fere supplendum esse docuit: *portic*[*us*] ... *circuitum hab*[*et*] *ped. MCCCCL*, *hoc* (*quinquies*) [*passus MCCCCL*, *itu reditu*] *pass. MM*[*DCCCC*], vel etiam (ex suggestione Bortolottii) *hoc V*[*II*] (nempe *septies*) [*efficit*] *pass. MMXX*[*X*].

1262 ad n. 4239. Eiusdem Herenniae M. f. Helvidiae Aemilianae, uxoris L. Claudi Proculi, titulus est agri Caralitani C. X, 7828 (ubi rectius v. 4 cum Nisardio legendum est PROCVL).

NOMENTVM (p. 440).

1263 cippus rep. in agro Nomentano, 16 chil. a Roma.

VLPIAE · EVHODIAE
CONIVGI · OPTIMAE
T · FLAVIVS · AVG · LIB
DELPHICVS
TABVLARIVS · A RATIO*n*
*p*ROC · RATION
THESAVRORVM
HEREDITATIVM
FISCI · ALEXANDRIN

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 288; Gatti *bull. comunale* 1888 p. 181.

6 seq. Delphicus hic procurator fuit rationis thesaurorum, **deinde** procurator rationis hereditatium, postremo procurator fisci Alexandrini. [Mommseno videtur Delphicus curavisse rationes thesauros hereditates **fisci** Alexandrini].

1264 rep. inter rudera quae videntur esse balnei, prope Mentana, 17 chil. a Roma, loco dicto *quarto Torricella.*

D · M ❖

T · AEL · EVTYCHETI · ET ❖

T · AEL · VICTORINO ·

FECERVNT · PATRONI LIB ❖

BENE MERENTIBVS ~

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 286.

1265 fragmenta tabulae rep. ibi ubi n. 1264.

D M ❖ S

SEX · OF*FANI*VS · SATYR · FECIT

SIBI · ET · *MAR*CIAE · PHAEDRAE

CONIV*GI* · SVAE · ET · SEX

OFFANIO · SATYRO · FILIO

LIBERIS*que* · EIVS · ET · SEX · OFFANIO ·

TRO*P himo* FRATRI · *ET* · *LIBER*TIS · SVIS

ET · LIBER*TA bus*

MONI*Mentum* VETVR

NEQVE D V... \EA

MEOR MQVEQ ...SSV T·

ES·AVT·COR TVA VE RI·

ATVR·NISI·EC LICEAT·IN

NO/ RI

Lanciani *notizie degli scavi* 1888 p. 287.

Litteras nonnullas excepit Lancianius non ex ipso lapide, sed ex ectypo impresso in calce cui lapis applicitus erat; eas dedi inclinatas. Vv. 9 seq. nimis laceri quam ut suppleantur.

FICVLEA (p. 447).

1266 ad n. 4002. Fugerunt me nonnulla frustula ex hac inscriptione delata Romam in reposita musei Lateranensis ibique descripta a Detlefseno anno 1861.


P · *PACIL* *ZENON* · *LAE*TVS *P · P · BIS*
A *EDIL · PRAEF · IVR ·* DIC · ET · *SACRIS · FACIVND*IS
AEDEM *FORTVNAE · ET VI*CTORIA*E · SVA · PEC · REF · COMM*VNIVITQ

Litteris rectis dedi quae vidit Detlefsen, inclinatis ea quae solus servavit Amatius.

FIDENAE (p. 453).

1267 ad n. 4059. In lapide v. 2 non est id quod edidi secutus apographum mihi missum NÁRSÉS, est: NÁRÉS; cf. de Rossi *bull. crist.* ser. IV a. 5 p. 153. Unde haec fere fuisse in lapide probabile est: ... [*tribuno legionis*] *XX Valeriae* [*Victricis, Reii Apolli*]*nares ex pr*[*ovincia Narbonensi*] *patr*[*ono*] (de Reiis Apollinaribus monuit Bormann).

1268 in fragmento vasis quadrati; litterae inscriptae in labro vasis aliae extrinsecus, aliae intus. Rep. est vas effossionibus institutis (a societate viarum ferratarum) ibi ubi fuerunt Fidenae (ad chiliometrum XII viae ferratae Roma Hortam ducentis) a. 1889.



Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 109.
[*Opi? Dianae?*] *opifer*(*ae*) *sac*(*rum*). *D* .... *ius*.

1269 cippus marmoreus prodiit iisdem effossionibus quibus n. 1268.

M · A V R E L*io*
CAESARI
IMP · CAES · T · AELI
HADRIANI · ANTONINI ·
AVG PII · PONTIF · MAX ·
TRIB · POT · III · COS · III · P · P · FILIO a. 140
SENATVS · FIDENATIVM

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 109.
Mirum est M. Aurelium patris in tertio consulatu collegam non dici consulem.

1270 fragmentum tabulae marmoreae crassae cm. 4 litteris non bonis. Rep. cum n. 1268.

ı A K
p. M · TRIB · PC
p ATRI · P *atriae*

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 109.

1271 in fistulis plumbeis, Fidenis repertis, bis inscriptum.

IVLI EVTACTI

Amati ms. Vat. 9752 f. 32 (inde Lanciani syll. aq. n. 433). Eiusdem Iulii Eutacti nomen reperitur in tegulis inscriptis *Paet. et Apr. cos. ex p. Iul. Eutac(ti) Sal(arese)* (C. XV n. 487), cuius exempla aliquot etiam Fidenis prodierunt. Ex servis eius, postea factus Augusti, fuit *Blastus Eutact[ia-nus]* memoratus in titulo Fidenate n. 4057. — *Iulius Eutactianus* est VI, 20691.

1272 in fistula Fidenis reperta.

(M A E C I L)

Amati ms. Vat. 9752 f. 9 (inde Lanciani syll. n. 434).

1273 in epistylio sepulcri rep. Fidenis *alle falde della collina su cui s' innalza la già villa Spada oggi di proprietà Rotti.*

TI · APRONIO · APOLLONI · F · FAB · APOLLONIO
HIC · SEPVLTVS · EST

Borsari *notizie degli scavi* 1889 p. 110.

1274 tabula marmorea rep. Fidenis in sepulcreto, 200 metris ab eo loco ubi prodiit n. 1268.

corona vittata
D M
L I B Y C V S · V
A N N I S · X V ·
M A T E R · A N
T O N I A · F · S V O
B · M · F ·

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 110.

1275 fragmentum tabulae litteris aetatis labentis rep. Fidenis ibi ubi n. 1268.

S I M L
R E D D E R E
A C I F R T C

Lanciani *notizie degli scavi* 1889 p. 109.

AD FALSAS.

1276 ad n. 216*. Titulum *Iovi Maio sacrum* non recepi inter sinceros Tusculanos, quippe haud ita comparatum, ut se ipse sine auctore tueretur, derivatum autem ex fonte nimis incerto. Laudavit quidem Garruccius, cum primum ederet titulum, sodalem suum Ryllum, hominem ut audio sanctissimum et ab omni fraude alienum, sed neque descriptum esse titulum a Ryllo affirmat Garruccius, neque accurate eum editum a Garruccio inde apparet quod ipse Garruccius, bis edens titulum, variavit (in altera editione adiciens *P. Mucius pater*). Confirmavit autem meas de hac inscriptione vel certe de Iovis Maii mentione suspiciones schedula Stevensonii olim mihi missa, sed nescio quo casu neglecta et nuper demum in manus sumpta, ex qua cognovi anno 1874 prope Frascati in villa Grazioli olim Montalto descriptum esse, simul autem recens iudicatum esse a Stevensonio hoc lapidis marmorei fragmentum:

M A R
S A C I
P M V C I
P A

In hac autem villa Graziolia Ryllus complures aestates degerat, teste Rossio. Hoc si reputaveris, vix dubitabis quin ex hoc ipso lapide veniant quae Garruccius edidit *Iovi* | *Maio* | *sacrum* | *P. Mucius pater,* Iuppiterque Maius eo inlatus sit nescio quo errore, sed omnino male. — Recentem visum esse titulum Stevensonio supra dixi. Antiquus si est, superest ex dedicatione facta Marti.

1277 titulum olim adservatum apud Guidium Romae

l A R I B V S · A
V I C I · B O

C. L. Viscontius, qui edidit *giornale arcadico* t. 144 (1856) p. 54, facit repertum Bovillis. Mihi manifesto videtur urbanus, dedicatus Laribus Augustis nescio cuius vici Bo...; similes titulos multos habemus (C. VI 445 seq.;

Eph. IV 746), non casu aliquo repertos in urbe Roma, sed sua natura urbanos. Potuit ansam dare originem Bovillensem huic dedicationi attribuendi vocabulum vici Bo... sane praeterea ignoti. Si vere prodiit Bovillis, eo adlatus est lapis labente aetate. Et ait Viscontius eum conversum fuisse in basem columnae.

H. Dessau.

TITVLVS REP. AD VIAM LABICANAM.

Ne magna pars paginae vacet, adscripsi titulum descriptum ante annos centum triginta duo prope Romam ad quartum milliarium viae Labicanae a nescio quo homine imperito — quod apographum pervenit ad Guarnierium Auximatem, ex cuius schedis enotavit Huelsen[1]) — nec postea cuiquam visum.

M · ATILIO · T · F
SEVERO CoS
*vii*VIRO EPVLO
*nu*M SODALES
*her*CVLANI PA
*tr*ONO OB PLV
*rim*A EIVS IN SE
*be*NEFICIA

(Nihil mutavi ex tradita scriptura; lacunas tantum, quas inde a v. 4 notare oblitus erat auctor, supplevi). Est hic, nisi fallor, Atilius Severus consul in exilium actus a Commodo, teste vita Commodi c. 4, 11 (ubi non recte Atilium nomen in suspicionem vocatum esse a Borghesio opp. 5 p. 65 iam apparet). Sodales Herculani Romae praeterea innotuerunt ex solo titulo C. VI, 1339, quem recte supplevit Borghesius opp. 3 p. 20, et ipso aetatis Commodianae.

1) Sched. Guarnerii litt. *F* f. 346 (*al 4 miglio della strada di Torre nova su la mano manca nell' anno 1758*).

H. Dessau.

MNE · STVDIVM · EST · QVANTO · LI
PRIMIS · ANIMA · ADVERTERVNT · QVAE
· PATRONVS · ESSET · VSVRPANDIS · QVASI

AD LICENTIAM · FOEDAE · RAPINAE · INVI
CAVENDVM · FISCO · CVM · HARE

ʼLLIS · SORDIBVS · FOEDI · QVAE
ƆENTIENS · ANNVM · SEV · TRECENTIES
VM · QVAE · HS · QVINGENTIES · SV
.OHIBITI · TALIBVS · GRASSATVRIS · SOLA

ƆS · FECERINT · ETIAM · FRVCTVS · TAN
QVESTVS · LANISTARVM · RECISOS · FIS
· GALLIARVM · VESTRARVM

INCIPES · FACTA · CONSTITVERAT · SED
PATRIMONIVM · MEVM · OPPRIMEBAT · SANC
AMPLECTOR
· GENVS · CAVSARVM · DIVERSAM · FORMAM

ID · SINGVLI · SENTIVNT · QVOD · VNIVERSI

BENTEM · CIVITATIVM · STATVM · ET · PRAE
OD · CVM · EXCVSATVM · ESSET · RETI

AES ITALICENSE.

Die XIX. mensis Octobris a. 1888 tabula aenea reperta est prope Hispalim, ut is qui servabat Antonius Maria Ariza Hispalensis primum affirmabat, cum nollet locum accuratius designare propter certas quasdam causas; nunc Italicae prodiisse profitetur. De loco quamquam adhuc dubitari potest, tamen iam licebit tabulam breviter dicere aes Italicense. Exempla et ectypa Ariza inde a mense Decembri a. 1888 submisit officiose; sed cum parum eis proficerem in lectione constituenda, mense Maio a. 1889 iussu academiae Hispalim profectus textum descripsi curiose ex tabula apud Arizam in pessima luce collocata et ectypa varia sumpsi propter spissam robiginem, qua tabula multis locis tecta est, parum perspicua. Deinde me suadente atque Antonio Canovas del Castillo v. cl. intercedente tabula empta est ab eis, qui in Hispania praesunt institutioni publicae, et inlata in museum archaeologicum Matritense; ubi iam prostat. Exemplum meum interim communicatum cum viris aliquot doctissimis, quorum nomina infra scripta sunt, a me rogatus Emmanuel Berlanga Malacitanus itinere Matritum suscepto mense Octobri anni proximi denuo cum aere iam in optima luce posito contulit et lectionem meam variis locis correxit; ita ut iam perpaucae tantum litterae incertae maneant. Ectypa vero vel chartacea vel gypsea vel stannea sumi posse idem negat. Antonii Canovas et Emmanuelis Berlangae spectatae liberalitati et amicitiae etiam illud debetur, quod monumentum insigne iam prodit in Germania primum. Aes cum repraesentetur cum suis naevis accurate in tabula adiecta *A*, de lectione haec sola habeo quae adiciam.

6 MARCI quamquam consulto erasum in aere fuisse visum est; Berlanga LVCI apparere adnotat; deinde COMMODI dispexi.

13 DELATVM · EST in aere legi; DELATV/ST ectypa.

20 IMO ita scriptum in aere, ut appareat O paullo minorem postea additam esse spatio nullo fere post M relicto.

21 SENT////ENTIA in aere legi; SEN////ENTIA ectypa.

22 CLAMANTE ex CLAMANS correctum est.

25 ILLI in aere legi; OLLI in ectypis apparuit Mommseno et Hirschfeldio.

28 TRANSEATIS mihi in aere visum; TRANSLATIS Berl.

29 SED · LOCIS in aere legi, SIT · LOCIS Berlanga et ectypum.

36 MELIORI · A CERTATIS ego et Berl. in aere legimus.

37 PROMOVENDOS egò, PROMONENDOS Berl. — VTILI ego, VIII (*vili*) Berl. — PRAEBENDAS aes, ut mihi et Berl. visum.

48 VTRIVS ego errore, VIRIVM Berl. et ectypa.

51 QVE ex ectypis Mommsenus, QVI in aere legimus ego et Berl.

53 PRIMARIAM ego errore, TRIFARIAM Berl. et ectypa.

56 SEDET aes et ectypa perspicue.

59 NVLLV*m* CV*m* LANISTIS NEGO*tium e*sT · GLADIATORES in aere esse affirmat Berl., NVLLV' CC....... NEGOTIVM //T ego, /////////S NEGO//////T ectypa.

60 VL/ ego, VII (i. e. *vel*) Berl., VI/ ectypa. — AT · POST aes et ectypa. — ET · IT//NE///IEXr//IO in aere vidit Berl., ETITT///LG//\/////LICIN ego, EDITI///////////IN ectypa. — TRA//TI/VNT Berl., TI\////TI/VNT ego, TRA///TIVNT ectypa.

62 LIBERATVS ego errore, LIBERATVS · SI Berl. et ectypum.

Tabula integra est praeterquam quod margo totus interiit exceptis fragmentis quibusdam. Alta est m. 1.56 et lata 0.92. Textus scriptus est per commata et cola, ut dicunt, versibus LXIII, nullis adscriptis nec rubricis nec capitum numeris. Litterae altae sunt m. 0.006 ad 0.004, perspicuae, elegantes, aequabiles; tamen I et E, T I L interdum aegre distinguuntur. A plerumque caret linea transversa, M admodum lata, N prona, P aperta est; I F P interdum altiores sunt, I longa potissimum promiscue scribitur; H non raro ita formata h. In robigine, de qua dixi, locis non paucis quasi color tantum litterarum superest, praesertim versus finem tabulae. Scriptura in universum ea fere est, qualem eiusdem aetatis monumenta optima exhibent, veluti tessera Hispana a. 152 (Exempla mea n. 874) neque tamen certo alicui aetatis eius monumento prorsus similis, utpote actuaria suique generis, magis accedens ad aerum Hispanorum reliquorum litteraturam quamvis saeculo fere antiquiorem, multo certe melior quam in eiusdem aetatis actis Arvalium (Exempla n. 1014—1020).

Litterae singulares adhibitae sunt perpaucae hae tantum C · V *clarissimus vir* v. 41. 52. 62, V · C *viri clarissimi* v. 53, IMPP v. 12. 18. 23; praeterea nihil breviatum est excepto uno *gladiator(um)* vocabulo v. 31.

In versibus vocabulisque distinguendis leges scribendi antiquas et notas tabula sequitur. Primus unius cuiusque capitis versus aliquantum prolongatus ad sinistram; in fine capitis interpunctio nulla, uno (v. 58) excepto. Semel, ubi caput eodem versu continuatur, signum interpunctionis interpositum est (v. 29).

Vocabulorum in fine versuum divisio ubique syllabaris quae vocatur: *li|bet* v. 1, *invi|tatus* v. 5 cet., item ubi duae consonantes conveniunt, *tan|tae* v. 12, *fis|cum* v. 13, *sanc|tissimi* v. 17, *in|terpretationibus* v. 28, *praescrip|tum* v. 46, *procon|sules* v. 53, *sus|ceptos* v. 59, et ubi tres, *sump|tum* v. 29. Sed contra *quae|stus* v. 7, *su|pra* v. 9.

Puncta ubique fere ponuntur recte ad vocabula singula distinguenda secundum optimae aetatis usum. Praepositiones solent coniungi cum casibus quos regunt, punctis interpositis nullis; sed non raro etiam puncta adduntur.

De sermone et orthographia variisque rebus grammaticis observatione digna hic omitto. Quae ad textum emendandum et explicandum contulerunt Buechelerus, Hirschfeldius, Mommsenus, infra reperies huiusce commentario inserta.

Aemilius Hübner.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

XLI. SENATVS CONSVLTVM DE SVMPTIBVS LVDORVM GLADIATORIORVM MINVENDIS

FACTVM A. P. C. 176/7.

Textvs.

. . . .

| tantam illam pestem nulla medicina sanari posse. Nec poterat: ve- 1
rum nostri principes, quibus omne studium est quanto li|bet morbo sa- 2
lutem publicam mersam et enectam refovere et integrae valetudini red-
dere, in primis anima adverterunt, quae | causa illi morbo vires daret, 3
unde foeda et inlicita vectigalia ius haberent, quis auctor et patronus
esset usurpandis quasi | legitimis, quae omnibus legibus et divinis et 4
humanis prohibentur.

| Fiscus dicebatur: fiscus non sibi, set qui lanienae aliorum prae- 5
texeretur, tertia vel quarta parte ad licentiam foedae rapinae invi|tatus. 6
Itaque fiscum removerunt a tota harena. Quid enim Marci Anto-
nini et [Luci Commodi] cavendum fisco cum hare|na? omnis pecu- 7
nia horum principum [p]ura est, nulla cruoris humani adspergine conta-
minata, nullis sordibus foedi quae|stus inquinata, et quae tam sanctae 8
paratur quam insumitur. Itaque facessat sive illut ducentiens annu[u]m

1 versus eminet, etsi incipit in capite medio; similiter in codice Gai Veronensi (v. apographi Studemundiani praef. p. XXVII) et fragmentorum Vaticanorum (v. praef. meae ed. maioris p. 385) paginae singulae incipiunt a littera eminenti — 6 *a* ante *tota* supra v. additum — LVCI (sic Berl., MARCI Huebner) COMMODI licet erasum cernitur non in ectypo, sed in aere — 7 *pura*] Buecheler, CVRA aes — 8 *annuum*] ANNVM aes

seu trecenties | est; satis amplum patr[imo]nium imperio parat [l]ex 9
parsimonia vestra. Quin etiam ex reliquis lanistarum, quae (sester-
tium) quingenties su|pra sunt, pars lanistis condonetur. Ob quae, oro 10
vos, merita? Nulla sane, inquiunt, merita, set prohibiti talibus grassa-
turis sola|cium ferant et in posterum tanto pretio invitentur ad opse- 11
quium humanitatis.

| O magni impp., qui scitis altius fundari remedia, quae etiam malis 12
consulunt, qui se etiam necessarios fecerint! Et iam fructus tan|tae ve- 13
strae providentiae emerget. Legebatur etiam nunc apud nos oratio:
sed ubi rumore delatu[m e]st questus lanistarum recisos, fis|cum omnem 14
illam pecuniam quasi contaminatam reliquisse, statim sacerdotes fidelis-
simarum Galliarum vestrarum | concursare, gaudere, inter se loqui. 15

| Erat aliquis, qui deploraverat fortunas suas creatus sacerdos, qui 16
auxilium sibi in provocatione ad principes facta constituerat. Sed | ibi- 17
dem ipse primus et de consilio amicorum: 'quid mihi iam cum appel-
latione? Omne onus, quod patrimonium meum opprimebat, sanc|tis- 18
simi impp. remiserunt; iam sacerdos esse et cupio et opto et editionem
muneris, quam olim detestabamur, amplector.'

| Itaque gratiae appellationis non solum ab illo, verum et a ceteris 19
petitae; et quanto plures petentur! Iam hoc genus causarum diversam
formam | habebit, ut appellet qui non sunt creati sacerdotes, im[mo] 20
populus.

| Quae igitur tantis tam salutarium rerum consilis vestris alia prima 21
esse sententia potest, quam ut, quod singuli sentiunt, quod universi |
de pectore intimo claman[t], ego censeam? 22

| Censeo igitur in primis agendas maximis impp. gratias, qui salu- 23
taribus remedis, fisci ratione post habita, labentem civitatium statum
et prae|cipitantes iam in ruinas principalium virorum fortuna[s] re- 24
stituerunt: tanto quidem magnificentius, quod, cum excusatum esset
reti|nerent quae ali instituissent et quae longa consuetudo confir- 25
masset, tamen olli peraeque nequaquam sectae suae congruere arbi-

9 *patrimonium*] PATROCINIVM aes — *parat lex*] scripsi, PARATI·EX aes — *sestertium*] HS aes hic et deinceps — 13 *emerget*] *emergit* Hirschfeld — DELATVM EST apographa; in ectypo cernitur DELATV/ST videturque fuisse aut DELATV EST aut DELATVMST — 18 SACERDO^{S} · aes — 20 *immo*] aut IM aes aut postea factum IMO — 21 SENTENTENTIA fuit, sed emendatum est — 22 CLAMANTE factum ex CLAMANS; potest fortasse ferri quod corrector dedit, scilicet censere senatorem secundum id quod pectus intimum clamet, sed secutus sum Buechelerum emendantem *clamant* — 24 *fortunas*] FORTVNA aes — *cum excusatum esset* (= liceret) *retinere* [*e*]*t quae* cet. Hirschfeld. Sed tradita recte a coniecturis defendit Buecheler: hoc significatur senatores postulavisse ab imperatoribus, ut a rebus novandis abstinerent et ita excusasse se ab adsentiendo.

tra|ti sunt male instituta servare et quae turpiter servanda essent 26
instituer[e].

| Quamquam autem non nulli arbitrentur de omnibus, quae ad nos 27
maximi principes rettulerunt, una et succincta sententia censendum, | ta- 28
men, si vos probatis, singula specialiter persequar, verbis ipsis ex
oratione sanctissima ad lucem sententiae translatis, ne qua ex parte
pravis in|terpretationibus sit loc[u]s. 29

Itaque censeo, uti munera, quae assiforana appellantur, in sua
forma mane[a]nt nec egrediantur sump|tu (sestertium) XXX (milia). Qui 30
autem supra (sestertium) XXX (milia) ad LX (milia) usque munus
edent, is gladiatores tripertito praebeantur numero pari. Summum
pre|tium sit 31

primae parti quinque milia,
secundae quattuor milia,
tertiae tria milia.

A (sestertium) LX (milibus) ad C (milia) usque trifariam coetus
gladiator(um) divisus | sit. 32

Primi ordinis gladiatoris summum pretium sit VIII (milia),
mediae classis VI (milia),
deinde quinque.

Porro a centum milibus ad CL (milia) quinque sint mani|puli, 33
cuius

primi pretium sit XII (milia),
secundi X (milia),
terti VII (milia),
quarti VI (milia),
postremo quinque.

Iam hinc porro a CL (milibus) ad CC (milia) et quidquid supra
susum versum | erit, 34

infimi gladiatoris pretium sit VI (milia),
super eum VII (milia),
terti retro VIIII (milia),
quarti XII (milia),
ad usque XV (milia).

Et haec sit summo ac formonso gladiatori defi|nita quantitas. Uti- 35
que in omnibus muneribus, quae generatim distincta sunt, lanista di-
midiam copiam universi numeri promisque multitu|dinis praebeat exque 36

26 *instituere*] INSTITVERET aes; possis retento hoc vocabulo de hiatu cogitare, cum sententia quoque parum apta sit, ut fuerit sic fere: *servare et* [*id qui faceret eodem loco esse atque qui*] *quae turpiter servanda essent institueret* — 29 *locus*] LOCIS aes — *maneant*] MANENT aes — *XXX* (*milia*)] XXX aes et sic deinceps — 34 *formonso*] *famoso* Hirschfeld, et sane illud displicet

his, qui gregari appellantur, qui melior [l]acertat[u]s erit, duobus mi-
libus sub signo pugnet, nec quisquam ex eo numero | mille nummum 37
minore. Lanistas etiam promovendos vili studio questus: [sibi] co-
piam dimidiae partis praebenda[e negantes] esse ex nu|mero gregariorum 38
uti sciant inpositam sibi necessitatem de ceteris quos meliores opina-
buntur transferre tantisper plendi nu|meri gregariorum gratia. Ita- 39
que is numerus universae familiae aequis partibus in singulos dies
dispartiatur, [ne]que ullo die minus quam | dimidia pars gregariorum 40
sit ibi, qui eo die dimicabunt. Utque ea opservat[i]o a lanistis quam
diligentissime exigatur, iniungendum | his qui provinciae praesidebunt 41
et legatis vel quaestoribus vel legatis legionum vel iis qui ius dicunt
c(larissimis) v(iris) aut procurator[ibus] maximorum | principum, qui- 42
bus provinciae rector mandaverit; is etiam procurator[ibus], qui pro-
vinciis praesidebunt. Trans Padum autem perque omnes Italiae | re- 43
giones arbitrium iniungendum praefectis aliment[orum], si aderunt,
vel viae curatori aut, si nec is praesens erit, iuridico vel | tum classis 44
praetoriae praefecto.

| Item censeo de exceptis ita opservandum, ut praecipuum mercedis 45
gladiator sibi quisqu[is] paciscatur, eius pecuniae, quae ob hanc cau-
sam excipi|ebatur, quartam portionem liber, serv[u]s autem quintam ac- 46
cipiat. De pretis autem gladiatorum opservari paulo ante censui se-
cundum praescrip|tum divinae orationis, sed ut ea pretia ad eas civi- 47
tates pertinea[n]t, in quibus ampliora gladiatorum pretia flagrabant.
Quod si quibus civitatibus | res publica tenuior est, non eadem ser- 48
ventur, quae aput fortiores civitates scripta sunt, nec supra modum
virium onerent, sed hactenus in eundem, | ut qu[a]e in publicis privatisque 49
rationibus repperientur pretia summa ac media ac postrema, siquidem

36 *melior lacertatus*] MELIORI · ACERTATIS Huebner et Berlanga: *melioris acertatis* (ab *acer* ductum) quod posuit Buecheler mihi non probatur; quod proposui ego *melior lacertatus* idem eo nomine reprehendit, quod requiritur ita *melius lacertatus*, eruntque fortasse qui praeferant *melior lacertis* — 37 PROMOVENDOS dubitans Huebner, PROMONENDOS Berlanga, ectypa deficiunt; *praemonendos* Hirchfeld — VIII Berlanga, VTILI Huebner, V''' ectypa; *vili* Hirschfeld repperit — *sibi copiam d. p. praebendae negantes esse*] scripsi, NEGEM SIBI COPIAM DIMIDIAE PARTIS PRAEBENDAS ESSE aes, *ne negent* Hirschfeld — 38 *plendi* formam vetustam huic aetati recte convenire monuit Buecheler — 39 *itaque*] *utique* malim — *neque*] ATQVE aes — 40 *opservatio*] OPSERVATO aes — 41 *procuratoribus*] PROCVRATORES aes — 42 *procuratoribus*] PROCVRATOR aes — 43 ALIMENTORVM · DANDIS aes; hoc expunxi (vide p. 398 not. 1) — 45 *quisquis*] Buecheler, QVISQVE aes — 46 *servus*] SERVS aes — 47 *pertineant*] PERTINEAT aes — 48 APVT videtur esse in ectypis, APVD apographa — *onerentur* malim — 49 *ut quae*] Buecheler, VTQVE aes

provinciarum eae civitates sunt, ab eo | qui praesidebit provinciae op- 50
serventur, ceterarum autem iuridico vel curatori provinciae vel classis
praetoriae praefecto vel procuratori | maxumorum principum, uti cuius- 51
que civitatis potestasque ibi prima erit. Atque ita rationibus decem
retroversum annorum inspectis, exemplis | munerum in quaque civitate 52
edito[rum] consideratis, conserventur ab eo, cuius arbitrium erit de tri-
bus pretis: vel, si melius ei videbitur, | ex eo modo quem persequitur 53
effici[a]t et trifariam pretia deducantur eaque forma etiam in posterum
servetur. Sciantque v(iri) c(larissimi), qui procon|sules paulo ante pro- 54
fecti sunt, intra suum quisque annum it negotium exsequi se oportebit,
ii etiam, qui non sortito provincias | regant, intra annum. 55
| Ad Gallias sed et princeps ....., qui in civitatibus splendidissima- 56
rum Galliarum veteri more et sacro ritu expectantur, ne ampliore pre-
tio | lanistae praebeant, quam binis milibus. Cum maximi principes ora- 57
tione sua praedixerint fore, ut damnatum ad gladium | procurator eo- 58
rum .... nisi plure quam sex aureis et nisi iuraverit.
| Sacerdotes quoque provinciarum, quibus nullu[m] cu[m] lanistis 59
nego[tium eri]t, gladiatores a prioribus sacerdotibus sus|ceptos vel sibi- 60

50 CVRATORI PROVINCIAE] immo *curatori viae* — 51 QVE ante IBI in ectypis apparuit, QVI apographa — 52 *editorum*] EDITO·ERVNT aes. Oratio perturbata sic accipienda est: per singulas civitates rationes publicas privatasque decem retroversum annorum inspiciendas esse et exempla munerum in quaque civitate editorum consideranda: deinde pretia tria summa ac media et postrema, si provinciarum eae civitates sint, ab eo qui provinciae praesidebit, ceterarum a iuridico vel curatore viae vel classis praetoriae praefecto vel procuratore principum, uti cuique in unaquaque civitate ius primaque ibi potestas est, determinanda et in futurum servanda — 53 EFFICIT aes — 54 requiritur *exsequi se oportere: eos etiam* — 56 SEDET apographa, nec discedunt ectypa; *ad Gallias s[i] edet princeps* Buecheler, *ad Galli[c]as [e]d[i]t[io]n[e]s qu[ae]* Hirschfeld. Sed aperte aere hoc loco integro oratio hiat neque quomodo eam expleam habeo, cum praesertim constet munera in Galliis nulla umquam ab imperatoribus edita esse et nisi de ea re constaret, vel sola gladiatorum horum condicio infima satis ostenderet non agi hoc loco de muneribus imperatoriis. De Galliis Marcus in oratione nominatim constituere fortasse potuit, in ludis sacris ibi sollemnibus non a sacerdotibus provinciae editis, sed municipalibus ne gladiatores exhiberentur nisi minimi pretii — 57 *cum* licet in aere praecedentibus continuetur, ad aliud caput quae sequuntur pertinere videntur — 58 haec quoque hiant neque resarta quisquam facile praestabit. Ad sententiam fere expectes noxium (nam de hoc agitur) non tradendum esse editori muneris privato nisi cautione interposita, quae sex aureos superet et iureiurando praestito; cautio et iusiurandum quo pertinere potuerint, tractavi in commentario p. 409 — 59 C\ /LANISTIS Berl., CC///// Huebn., C////S ectypa — NEGO///////T ectypa, NEGO*tium es*T Berlanga, NEGOTIVM /////T Huebner — 60 *vel*] VI. Berlanga, VL/ Huebner, V// ectypa

met auctoratos recipiunt, at post editi[o]ne[m eod]e[m] p[re]tio in suc-
cedentes tra[mi]t[t]unt; neque singulatim aliquem | rei gladiatoriae causa 61
vendat plure, quam lanistis est pretium persolutum.
| Is autem, qui aput tribunum plebei c(larissimum) v(irum) sponte 62
ad dimicandum profitebitur, cum habeat ex lege pretium duo milia, li-
beratus si discri|men instauraverit, aestimatio eius post hac (sester- 63
tium) XII (milia) non excedat. Is quoque qui senior atque inabilior
operam suam denuo | . . . .

60 AT · POST et ectypa et apographa — EDITI///////////////IN ectypa, ET · IT//NE///IEXΓ//IO · IN Berlanga, ET'T'///LF//\/////LICIN Huebner, *editionem si ex pretio* proposuerunt Berlanga et Huebner, sed vix Latine dicitur *ex pretio*; videtur fuisse ad hanc formam *post editionem eodem pretio*, modo spatia haec non excedant; *post editionem extemplo* proposuit Hirschfeld — *tramittunt*] scripsi, TRA///TIVNT ectypa, TRA//TI/VNT Berlanga, TI\////TI|VNT Huebner.

Tabula haec aenea a. 1888 alicubi prope Italicam Hispaniae Baeticae urbem primariam eruderata quibus viris doctis accepta feratur, supra p. 385 exposuit Aemilius Huebner: scilicet et ipse aes descripsit et postea descriptum accepit ab Emmanuele Berlanga Matritensi, qui quibusdam locis medelam egregiam attulit, et ectypa duo chartacea quae reportavit mihi et Ottoni Hirschfeldio subministravit, in quibus quamquam locis evanidis non omnia apparebant ab oculatis testibus enotata, nihilo minus adiumentum egregium mihi fuerunt potuique eorum ope et corrigere quaedam et addere. In enarrando aere magnopere me adiuvit Francisci Buecheleri amicitia, qui qua est doctrina perspicaci pluribus locis egregiam lucem primus attulit. *Tabulae condicio*

Ipsum aes accedit ad legalia ea, quae insigni numero Baetica provincia nobis obtulit. Ut eleganter exarata est tabula et praeter caput unum temporis iniuria evanidum factum lectu facilis, ita textus passim corruptus est caecis hiatibus et corruptelis evidentissimis, quorum mendorum cum alia facile emendentur, alia nulla coniectura certa ratione sanabit. Nec desunt soloecismi: confunduntur *ae* et *e* (*sanctae* 8 — e contrario *promisque* 36 — *que* 49 — *questus* 13. 37) et scribitur *formonsus*, non *formosus* 34, item *inabilior* 63 suppressa adspiratione, *nec* 29. 36, ubi *neve* purior sermo requirit, quibus addi poterit nota *impp.* (12. 18. 23), quae pluralis significandi ratio a meliore aetate abhorret[1]), denique praenomina contra consuetudinem perscripta (6). Archaismos redivivos his temporibus proprios Buecheler adno-

---

[1]) Offenditur ea geminatio iam in senatus consulto a. 138, sed scripto in Africa (C. VIII, 270); invaluit postea demum, ut *procc.* scribitur passim in decreto Burunitano (C. VIII, 10570) paucis annis hoc nostro aere posteriore.

tavit hos: *cavendum cum* aliquo 6 — *enecta* 2 — *facessat* 8 — *plendi* 38 — *plure* 58. 61 — *sibimet* 59 non addito *ipsis* vocabulo. *Olli* quoque v. 25 pro *illi* scriptum esse videtur non errore, sed consilio. Flores autem et ampullae locutionis [1]) propriae sunt, ut cum ipso aere loquamur, rei publicae *mersae et enectae* (v. 2). Quod alibi monui [2]) documenta publica populi Romani ante Severum a mendis fere immunia inveniri, id fortasse ita temperandum erit, ut cum aliis omnibus lingua quoque labi coeperit per infausta tempora belli Marcomanici et imperii Commodiani.

Pars senatusconsulti

Quod genus monumenti recuperaverimus, statim apparet: partem tenemus senatusconsulti facti Romae et deinde per provincias publicati. Forma ea est, quae obtinuit in senatus decretis inde ab Hadriano [3]) cuiusque etiam antiquius exemplum extat hactenus opinor non animadversum: dico orationem Claudii imperatoris Lugudunensem. Eam partem esse senatus decreti ad hanc formam perscripti colligitur ex capite in media oratione interposito hoc: *tempus est iam, Ti. Caesar Germanice, detegere te patribus conscriptis, quo tendat oratio tua, iam enim ad extremos fines Galliae Narbonensis venisti,* quae verba non sunt imperatoris qui ipse se interpellet, sed senatorum acclamantium et simul oratorem prolixum irridentium, perscripta, ut fit in acclamationibus, loquentium nominibus nullis adiectis. Secundum eam formam ad relationem (v. 27: *quae ad nos maximi principes rettulerunt*), vel, ut hac aetate cum refert imperator plerumque dicitur, ad orationem (v. 13: *legebatur oratio*; 28: *ex oratione sanctissima*; 46: *praescriptum divinae orationis*) adiunguntur sententiae eae, quibus senatus adsensit adscriptis auctorum nominibus. Iam intellegimus haec omnia, qualia a notariis excepta in commentarios referebantur, retenta oratione directa senatus consulto publicato inserta esse. Imperatorum relatio periit nec magis superest senatus decretum; tenemus tabulam mediam vel ex mediis unam,

Sententia prima

qua continetur *sententia prima* (v. 21) et ipsa tam principio quam fine mutila, ut quis de ea re ita censuerit ignoretur. Fortasse senator fuit ex Galliis oriundus, cum et ubi agit de provinciarum sacerdotiis (v. 14 seq.) et ubi mentionem facit municipalium (v. 56) quae de omnibus obtinent ad Gallias convertit; sed verum est id satis explicari cum ex oratorum consuetudine tum ex Galliarum splendore, cum praesertim gladiatorum studium in Occidente longe magis flagrarit quam in provinciis Graecis. Adloquitur auctor modo collegas (10: *oro vos*; 28: *si vos probatis*), modo ipsos imperatores (12) et ait ipse se praeter consuetudinem orationi principum non adsentiri *una et succincta sententia* (27), sed licet probet illam et pleraque inde ad verbum repetat, placere sibi latius exspatiari et addere adeo quaedam, quibus principis propositum adiuvetur. Aliquot dies intercessisse inter orationem recitatam et sententiam dictam inde colligitur, quod in hac verba fiunt de fa-

[1]) Anacoluthon v. 53 et ordo sententiarum vitiatus maxime v. 48 seq. inde explicantur, quod orationem tenemus a notario exceptam.

[2]) C. I. L. III p. 919. Hermae vol. 14 p. 71.

[3]) *Staatsrecht* 3, 1009.

vore, quo oratio illa in Gallia excepta sit eo tempore quo *legebatur etiam nunc apud nos oratio* (13); quae verba cum inepta forent de ipsa recitatione accepta, eo ducunt orationem post recitationem ex actis senatus in libellos translatam et publice quoque vulgatam esse, ut non solum senatori, sed cuivis ex populo eius copia esset, antequam de ea ad sententias iretur, neque id probabilitate caret. Ceterum quamquam proprie tam relatio quam sententiae et suffragia uno eodemque die perficienda erant, omni tempore et maxime hac aetate fieri potuit, ut de re aliqua alio die ad senatum referretur, alio senatores censerent [1]).

Tempus senatusconsulti

Cuiusnam aetatis sit, aes ipsum indicat imperatores nominans, ad quos oratio directa est, Marcum Antoninum et Lucium Commodum. Nam Commodus cum vivo patre hoc praenomine solo usus esse inveniatur eodemque appelletur in ipso sui imperii principio neque praenomen paternum adsciverit nisi aliquot mensibus post patris mortem [2]), eodem sine dubio in hoc quoque aere vocatus fuit, hodie oblitterato propter memoriae damnationem. Commodum cum aes patri iure aequiparet, incisum sit necesse est postquam Augustus factus est, id est aut anno 176 exeunte aut sequenti [3]), antequam obiit pater a. 180 Mart. 17. His igitur finibus continetur oratio; tamen quamquam ex adlocutione uno loco ad imperatores directa nequaquam sequitur eos Romae tum fuisse, nedum adfuisse eos in curia, probabile est Marcum de ea re ad senatum rettulisse, dum Romae moraretur, itaque senatusconsultum factum esse ante mensem Augustum a. 178, quo cum filio ad bellum Germanicum profectus est Romam vivus non rediturus.

Sumptus gladiatoriorum munerum imminuti

Pertinuit senatusconsultum ad munerum gladiatoriorum sumptus minuendos, cui rei et alii imperatores iique optimi quique, scilicet Tiberius [4]) et Pius Antoninus [5]) operam dederant et operam dedisse Marcum quoque quae nobis de eo suppetit memoria licet tenuis non reticuit [6]). Non sine aliqua difficultate id eum perfecisse oratio significat, scilicet fuisse in senatu, qui exhortarentur eum vetera instituta et prioribus probata ne mutaret, sed persistentem eum in proposito ludos coercuisse sibi invisos [7]) (24 seq.). Id quomodo fecerit, nunc demum aliquatenus ex hac oratione intellegitur.

---

1) *Staatsrecht* 3, 919 cf. p. 979.

2) Eckhel 7, 109. Nullus quod sciam nummus titulusve medio anno 180 anterior Marci praenomine Commodum appellat.

3) *Staatsrecht* 2, 801 n. 2.

4) Suetonius Tib. 34: *ludorum ac munerum impensas corripuit mercedibus scaenicorum recisis paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis.*

5) Vita Pii 12, 3: *sumptum muneribus gladiatoriis instituit* (*imminuit* Hirschfeld). In titulo Pollentino C. V, 7637 scripto sub Pio munus gladiatorium fundatur adiecta cautela *dum ea, quae legibus plebisve scitis senatusque consultis cauta comprehensaque sunt serventur.*

6) Vita Marci 11, 4: *gladiatoria spectacula omnifariam temperavit* et in narratione iterata 27, 6: *gladiatorii muneris sumptus modum fecit.*

7) Marcum, qualis erat, ab hisce ludis abhorruisse consentaneum est (cf. comm. 6, 46: ὥσπερ προσίσταταί σοι τὰ ἐν ἀμφιθεάτρῳ καὶ τοῖς τοιούτοις χωρίοις, ὡς ἀεὶ τὰ

Munera urbana et municipalia

Sumptibus munerum verisimile est exhaustas esse fortunas privatorum magis in Italia et in provinciis quam in urbe Roma. Hic enim qui soli ea edere lege iubebantur quaestores non solum pauci erant, sed etiam magna ex parte ex ditissimis quibusque domibus oriundi [1]); extra ordinem autem ut imperatores saepenumero eiusmodi voluptatibus populum urbanum sibi devinciebant, ita raro admodum magistratibus permissum esse videtur, ut pro scaenicis et circensibus gladiatorios ederent [2]), etiam rarius a privatis munera in urbe Roma edita esse; certe quod in municipiis saepe factum est, ut populus a divite cive ludos flagitaret adeoque extorqueret [3]), in plebe urbana qui rebus praeerant nequaquam toleravissent. Denique nemo non videt quantopere principum interfuerit, ut in urbe Roma privatos arcerent a gladiatorum gregibus alendis, id quod a Domitiano perfectum esse videri Romaeque postea neque gladiatorum privatorum titulos neque lanistarum reperiri alibi ostendi [4]). Certe hoc senatus consultum ad munera urbana non pervenit; nam cum diligenter et plene enumerentur magistratus, qui ut ei pareatur curare iubentur, inter eos neque praefectus urbi nominatur neque ullus magistratus urbanus et laudantur imperatores (23), quod *labentem civitatium statum et praecipitantes iam in ruinas principalium virorum fortunas* hoc remedio invento restituerint. Itaque senatus consultum, cuius partem habemus, totum municipale est, ita tamen, ut non de Italia provinciisque senatoriis solis disponat, sed excepta urbe Roma ad universum imperium perveniat; est igitur ex senatusconsultis iis, quae posteriore aetate in legum publicarum populi Romani locum successerunt.

αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς προσκορῆ τὴν θέαν ποιεῖ; vita 4, 8: *fuit autem multae diligentiae, ut cogeretur nonnumquam vel in venationes pergere vel in theatrum descendere vel spectaculis interesse*) et testatum a Dione (71, 29) et clare inde apparet, quod cum gladiatores publicos ex urbe ad bellum avocasset (vita 21, 7), *fuit sermo quod populum sublatis voluptatibus vellet cogere ad philosophiam* (vita 23, 5). Quod ait Dio l. c. gladiatores eum in urbe vetuisse uti armis acutis, fortasse restringendum est ad munera ab ipso edita; ad omnia id si extendisset, ludos sustulisset.

[1]) Quamquam ex his quoque non paucis onus molestum fuisse inde colligitur, quod Alexander quaestores eos, qui deinceps arcarii nominantur, ita liberavit, ut munera ederent de arca fisci et parciora (vita Alex. 43; *Staatsrecht* 2, 534).

[2]) Augustus id fieri vetuit nisi ex senatus consulto (Dio 54, 2) neque talium munerum alia exempla certa inveni praeter id quod ait Tacitus hist. 2, 95 a consulibus celebratum esse natali die Vitellii vicatim et quod Marcellus Dig. 35, 1, 36 pr. memorat editum a consulo designato. Nam quae narrantur de ludis Albini praetoris (vita Alb. 6, 7) et Gordiani aedilis (vita 3, 5), parum fida sunt, et versus qui legitur apud Iuvenalem 8, 194 cum aliis ex causis insiticius videtur esse tum quod praetores hac aetate constat munera nulla edidisse.

[3]) Suetonius (Tib. 37) narrat Pollentinam plebem funus cuiusdem primipilaris non prius ex foro misisse *quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiatorium munus.*

[4]) Hermae vol. 21 p. 274. *Staatsrecht* 2^3 p. 1071 n. 3.

Magistratus, quos senatusconsultum animadvertere iubet, ne quid contra fiat, hi sunt. Cura magistratuum in provinciis

1. In provinciis, quibus aut proconsules praesunt aut legati Augusti, primaria cura his ipsis iniungitur: nam verbis v. 41 *his qui provinciae praesidebunt* non comprehendi nisi senatorii ordinis viros colligitur ex sequentibus v. 42. Permittitur tamen praesidibus, si velint (nam verba *quibus provinciae rector mandaverit* ad omnes hos pertinere apparet) ut rem iniungant eorum cui quibus imperare possunt [1]), scilicet his

a) *legatis,* nimirum pro praetore proconsulum;

b) *quaestoribus* pro praetore proconsulum. Quaestorem pro praetore hac aetate legato proconsulis item pro praetore locum cedere utpote quaestorio iam aliunde cognoveramus [2]);

c) *legatis legionum,* qui in provinciis imperatoriis legatorum Augusti tamquam adiutores fuerunt etiam in rebus civilibus administrandis [3]);

d) *iis qui ius dicunt clarissimis viris,* scilicet iuridicis provinciarum imperatoriarum, certe Hispaniae citerioris et Britanniae [4]). Legatorum nomine quamquam non omnino abstinent, et in hoc senatusconsulto et alibi plerumque solo iuridici vocabulo appellantur, puto quod legati appellatio militari officio magis apta esset;

e) *procuratoribus Augustorum.*

2. In provinciis procuratoriis eadem cura procuratori praesidi iniungitur (v. 42). Id ad Aegyptum quoque pertinere crediderim, etsi proprie neque provincia ea fuit et fuit sub praefecto.

3. *Trans Padum* regio cum *omnibus Italiae* ita aequiparetur, ut item opponatur, aliquid inter illam et has interfuisse probabile est. Id ita fuisse et fortasse medium locum inter Italiam propriam et provincias Transpadanam tum obtinuisse confirmatur aliis indiciis licet tenuibus nec certis. M. Appuleius Sex. f. a. 731 Tridenti opus faciendum curavit *legatus Augusti* [5]). L. Piso is omnino qui consul fuit a. 739 pro consule Mediolani de caede iudicavit [6]). C. Iulius Proculus *legatus Augusti pro praetore regionis Transpadanae* fuit imperante Traiano [7]). Fortasse Transpadana una cum Histria et Liburnia etsi plerumque Italiae adcensetur [8]), secundo sae- in Italia

---

1) *Staatsrecht* 2^3, 246. 852.

2) C. X, 7852. *Staatsrecht* 2, 248. 686.

3) *Staatsrecht* 2, 700.

4) *Staatsrecht* 1^3, 231 n. 5. Inscriptiones composui Eph. epigr. 4, 224. Iuridicum vice legati provinciae fungentem habes C. VI, 1336 aetatis Severianae (vide supra p. 355 n. 1191).

5) C. I. L. V, 5027; cf. *Staatsrecht* 2, 1075 n. 3.

6) Suetonius de gramm. 30; cf. *Staatsrecht* 2, 239.

7) C. I. L. X, 6658; cf. *Staatsrecht* 2, 850 n. 3, ubi eum inter legatos dilectatores rettuli, vix recte.

8) Ex testimoniis, quae abundant, non affero nisi titulum dedicatum imperante Marco C. V, 1874 Arrii Antonini *iuridici per Italiam regionis Transpadanae primi.*

culo iure magis provinciae loco fuit, quae plerumque praesidem non acciperet, quam regionis Italiae, quo legitime praeses mitti non posset. Certe ex hoc ipso senatusconsulto intellegitur eo tempore Transpadanae praesidem nullum praefuisse. — Magistratus quibus in his partibus cura munerum gladiatoriorum iniungitur, sunt hi

a) *Praefecti alimentorum*, quae locutio sollemnis [1]) hic (43) reperitur adiecto vocabulo *dandis* male perturbata.

b) *Curatores viarum* [2]).

Magistratus hos differre, sed plerumque viae curam et alimentorum per municipia ei viae vicina eidem homini iniungi quod alibi demonstravi [3]), iam utrumque confirmatur, illud testimonio directo, hoc eo quod in recapitulatione v. 50 curator solus adest omisso praefecto. Curatoribus hisce ut alia quoque negotia mandantur [4]), ita etiam hoc officium apte convenit. Sed cum ei vacare iubeantur *si aderunt*, inde iure colligemus per partem demum anni eos lege iussos esse morari in ea quam curant regione, et respondet ei coniecturae locus senatusconsulti anni u. c. 743 [5]) licet perturbatus hic: *itemque, cum viarum curatoresque frumentique parte quarta anni publico fungebantur ministerio, ut curatores aquarum iudiciis vacent privatis publicisque.* Legem igitur videtur hanc curator accepisse, ut per tres menses sive lege definitos sive ab ipso determinatos in regione sua versaretur, reliqua parte anni Romae degens solitis officiis senatoriis vacaret.

c) *Iuridici*, quos post Hadrianum per Italiam Marcus et Verus instituerunt, ut curam agerent potissimum tutelarum et fideicommissorum [6]), in muneribus regendis in locum praefectorum curatorumque subire iubentur, si hi non aderunt.

d) *Praefecti classium praetoriarum* Misenatis et Ravennatis cur et ipsi vocentur, inde videtur explicandum esse, quod cum inter regiones a iuridicis administratas Campania adhuc non comparuerit [7]) et iurisdictionem de tutelis et fideicommissis per eam regionem magistratus urbani retinuisse videantur, iusta causa erat praefecti Misenatis adsumendi. Aemiliae sane ea ratio applicari non potest. Ceterum militaribus viris talia quoque negotia iniungi ne quis miretur, legati quoque Augustorum praefectusque Aegypti et exercitibus praesunt et civilem administrationem moderantur.

---

[1]) Cf. *Staatsrecht* 2, 1080. *Praefectus alimentis dandis* nusquam quod sciam reperitur.

[2]) Sic recte v. 43; male *curator provinciae* est v. 50.

[3]) *Staatsrecht* 2, 1080 n. 1.

[4]) Vita Marci 11, 9: *dedit curatoribus regionum ac viarum potestatem, ut vel punirent vel ad praefectum urbi puniendos remitterent, qui ultra vectigalia quicquam a quoquam exegissent.*

[5]) Frontinus de aq. 101.

[6]) *Staatsrecht* 2, 1084.

[7]) *Staatsrecht* 2, 1085 n. 9.

Iam videamus de causis munerum; nam in his recte intellegendis et distinguendis tota quaestio vertitur. Causae munerum

Causa muneris triplex est, quaestus, liberalitas, lex. Primae meminit Tacitus [1]) narrans anno p. C. 27 Atilium quendam libertinum hominem Fidenis munus edidisse *non abundantia pecuniae nec municipali ambitione, sed in sordidam mercedem* eo negotio quaesito et amphitheatrum propter editoris avaritiam parum solide structum cum ruisset cum hominum strage ingenti, senatum decrevisse in futurum, *ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum milium res esset.* Etiam in ludis non propter quaestum editis praeter loca certis ordinibus personisve honoris causa reservata et ea quae plebi gratis permittebantur alia publice venisse luculenter ostendit statua Cirtae posita a viro quodam honesto *ex reditibus locorum ampitheatri diei muneris quem de liberalitate sua edidit* [2]). Eo pertinent sine dubio tam *munera assiforana* huius sententiae (29) quam cuius Suetonius [3]) meminit *circumforaneus lanista*: scilicet talia munera edebat lanista qui vellet per oppidorum fora asses a spectatoribus pro locis exigens [4]). Non magnum sumptum in eiusmodi munera factum esse consentaneum est et plerumque infra sestertium XXX milia (= marc. 6500) eum stetisse iure ex hac sententia colligemus. Eiusmodi muneribus cum non verendum esset, ne fortunae honestiorum exhaurirentur, munera quaestuaria haec ordinatio proprie non apprehendit; attamen ut sententia scripta est, ad causam muneris non attenditur, sed ad solas impensas quaestuariis muneribus ea tantum ratione exclusis, quod plerumque illam summam non excedebant, ut pariter excluduntur ludi ex liberalitate editi sumptus exigui et propterea menti legis non adversantes. Fortasse quaestio interdum difficilis, qua ex causa quis ludos ederet ut evitaretur, ad solum sumptum ludorum dispositio referebatur. Munera quaestuaria

Ex largitione, qua divites cives populi favorem sibi conciliarent, originem ducere munera tritum est et pervulgatum neque de ea re nos acta agemus. Sed hoc considerandum, quomodo eo nomine differat condicio privatorum eorum, qui ad editionem moveantur ex causa publica nulla, et magistratuum sacerdotumque, quos ad eiusmodi liberalitatem honor invitet. Munera ex liberalitate

A privata editione licet munera proficiscantur, hac aetate id genus editionis secundarium factum est et fortasse legibus quoque circumscriptum. Publica auctoritate verisimile est in ludis publicis omnibus opus fuisse itaque nullum munus edi potuisse nisi ut Romae ex senatus consulto, ita in municipiis ex decurionum decreto, cum ludorum dominus quodammodo privatorum

---

[1]) Ann. 4, 62.

[2]) C. VIII, 6995. Alia composuit Friedlaender apud Marquardtum *Handb.* 3, 492.

[3]) Vitell. 12.

[4]) *Assiduus* vocabulum cum antiquis grammaticis, sane perperam, credatur declinatum ab asse dando, hanc interpretationem aliquatenus tuetur.

pro magistratu esset[1]). Id etsi facile impetrabatur, libertini homines ut ab ipsis magistratibus, ita ab hoc magistratuum simulacro lege prohibebantur[2]), neque credibile est eiusmodi hominibus negatorum sibi honorum vel maxime cupidis edendi ius tribui potuisse decreto ordinis. Procedente certe tempore et harenae pravo studio ingravescente de ea re non municipali auctoritate decisum est, sed principis auctoritas passim in ea intervenit, et quamquam quatenus ea opus fuerit accurate et plene determinari non potest, verisimile est eam in privatis potissimum requisitam esse[3]). Omnino quod testatur auctor fere aequalis Tertullianus[4]) transiisse *hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium, quaesturas dico* (urbis Romae) *et magistratus* (nimirum municipales secundum iuris auctorum usum) *et flamonia et sacerdotia*, id confirmant tituli munera ita fere memorantes, ut cum magistratibus et sacerdotiis coniungi aut debeant aut certe possint. Neque dubium est *principales viros*, quorum fortunas tutari hoc senatus consulto Marcus sibi proposuit, intellegi primarios municipiorum per honores a civibus sibi delatos ad munera edenda adductos. De his igitur iam videamus.

---

[1]) *Staatsrecht* 1, 391. In titulo Carmonensi C. I. L. II, 1380 adeo invenitur quidam *quattuorvirali potestate muneris edendi causa*. Eius modi decretorum, quae ad quaestuaria quoque munera pertinuerint necesse est, exempla non suppetunt, sed rerum ordo ea requirit neque mirum est, cum non difficile obtinerentur, mentionem eorum nullam ad nos pervenisse.

[2]) Spectacula intellego publica, qualia Romae a magistratibus edebantur; ludi tales, quales Romae fuerunt Arvalium et sevirales, in municipiis a sex viris Augustalibus inde ab ipso principio edebantur (*Staatsrecht* 3, 457). Illa interdictio duravit certe imperante Claudio, quippe qui libertino cuidam ius tribuerit *spectacula*, in municipiis scilicet, *publice edendi* (Suetonius Claud. 28). Nihilominus non ita raro libertini homines, Augustales potissimum gladiatores dederunt (Henzen n. 7165; C. I. L. IX, 1703. 1705. 2249. X, 4760).

[3]) Ita conieci C. I. L. X p. 1161 motus potissimum titulo Minturnensi C. I. L. X, 6012, secundum quem a. 249 statua posita est P. Baebio Iusto, *quod munus gladiatorium post honor(em) II vir(atus) [splen]didiss(imum), postul(ante) populo q(uando) process(us) editio celebrata est, ex indulgentia, paria tria cum ursis [et] herbaniis licenter susceper[i]t*; nam videntur ibi distingui editiones duae, altera ob processum, altera per id munus postulata facta post honorem II viratus, et indulgentia ad hanc referri. Item honores nulli adscribuntur homini Abellano ei, qui a. 170 *obliterato muneris spectac(uli) impetrata editione ab innulgen(tia) max(imi) principis diem gladiatorum et omne apparatum pecunia sua edidit* (C. X, 1211), neque inter honoratos numerari potuit Augustalis Suessanus is qui a. 193 *pro salute et indulgentia imp. Antonini pii felicis Aug. et ex voluntate populi munus familiae gladiatoriae ex pecunia sua diem privatum edidit* (C. X, 4760). Nec refragatur inscriptio Panormitana, quae item *indulgentiae sacrae* meminit C. X, 7295. Sane eadem memoratur in titulis duobus magistratuum Aeclanensi C. IX, 1156: *hic (II vir quinq.) cum ageret aetat(is) ann(um) XX, in colon(ia) Aeclan(ensi) munus edidit impetrata editione ab imp. Antonino Aug. Pio, in quo honore sepultus est* et Bergomate C. V, 5124: *[e]x indulg(entia) d(omini) n(ostri) .. Gordiani .. edente M. Mamilio Eutychiano IIII v(iro) i(ure) d(icundo).*

[4]) De spect. 12. *Flamonia* reposui pro *flaminia*.

Qui ludi in singulis municipiis coloniisque a magistratibus sacerdotibusque edendi essent et quatenus aut publica pecunia in eos impendenda aut privata editorum, non lege communi imperii Romani determinabatur, sed suis quaeque legibus civitas in ea re regebatur. Attamen quamquam de muneribus leges civitatium in minoribus sine dubio differebant, non magna in hac re diversitas videtur obtinuisse, cum ad formam municipiorum Italicorum, qualis post Italos omnes in civitatem receptos extrema aetate liberae rei publicae stabilita erat, provinciae quoque propagata ad has civitate vel certe Latinitate magis magisque sese accommodarent. Licebit itaque in commune quaestionem hanc pertractare.

De ludis publice a magistratibus municipiorum edendis quid obtinuerit Caesaris aetate, documento insigni lex coloniae Genetivae nos docuit. Ibi ex aerario quotannis duoviris singulis bina milia sestertium, aedilibus singulis singula milia attribuuntur eroganda in ludos itemque iidem magistratus non minus bina milia in eosdem ludos de suo impendere iubentur[1]). Edunt autem *munus ludosve scaenicos aut in circo aut in foro*[2]). Ita cum lege obligentur ad ludos faciendos, quosnam faciant, ipsis ita permittitur, ut gladiatores quoque edere possint, eatenus hoc ludorum genere inter publicos recepto. — Idem ius in magistratibus postea quoque mansit[3]). Pecuniarum publicarum summas lege determinatas hac quoque aetate continuatas esse in ludos erogari quamquam dubium non est, extra ordinem ut in eos pecunias ordines decernerent vix municipiis permissum est; certe deficiunt documenta[4]) et ludorum sumptus hic quoque ut in urbe Roma spectabant fere ad magistratus. Saepenumero ob honorem munus gladiatorium dant[5]), ali- magistratuum municipalium

[1]) C. 70. 71. Pompeiis II viri opus faciunt *ex ea pequnia, quod eos e lege* (coloniae) *aut in ludis aut in monumento consumere oportuit* (C. I. L. X, 829). Plura non addo de re saepe tractata.

[2]) Circenses ludi, quorum alibi (c. 128) in lege diserte mentio fit, utrum casu hic exciderint an praeter consuetudinem muneris vocabulo comprehendantur, non liquet; *ludi gladiatoresque* nominantur c. 66. Quae de his locis scripsit Nissen in Pompeianis p. 695, rem non expediverunt.

[3]) Agones quoque Graeco more edere lege non prohibentur; ut quos duumvir Pompeianus C. X, 1074 primos edidit, ad agonem certe prope accedunt. Ad vocabula quod attinet, distinguuntur omnino *agonotheta* et *munerarius* iuxta positi in titulis Antiochenis Pisidiae C. III, 296. 297 nec nisi defectu proprii vocabuli factum est, ut in glossis Philoxenianis quae dicuntur ἀγωνοθέτης vertatur *munerarius*. Aptius *munus* in iisdem glossis redditur λειτουργία eodemque vocabulo utitur Libanius ep. 458 agoni eam opponens.

[4]) Allifis quod magistratus munus edidit *acceptis a re p(ublica) XIII (milibus) n(ummum)* (C. IX, 2350), referri potest aut ad summas legitimas aut ad pecunias ludorum causa rei publicae legatas, cuius generis legatorum et Paulus meminit (Dig. 30, 122 pr.) nec indicia desunt in titulis.

[5]) Munera edita sunt Tibure a. 184 *honore oblato quinquennalitatis* (C. XIV, 3663), item Peltuini (C. IX, 3437) et Corinthi (Appuleius met. 10, 18); Cirtae sub Severo *ob honorem III viratus* (C. VIII, 6995); in duumviratu Allifis (C. IX, 2350) et

quando munus secundarium venationis [1]), sed id genus ludorum ut expetitum esse, ita non requisitum lege cum inde intellegitur, quod magistratus ii, qui desiderio illi satisfecissent, passim ad augendum honorem [2]) adsciscunt vocabulum curatoris muneris publici, munerarii [3]), munifici, tum eo, quod muneris editio modo ad aedilitatem, modo ad duumviratum vel quattuorviratum adicitur cum nullo magistratu lege coniuncta, sed cuivis applicanda [4]). Denique in tanta monumentorum et mentionum copia non omittendum est praeter quaestores urbanos nullum magistratum reperiri, quem

---

Pompeiis (C. X, 1074). Cumanus quidam (C. X, 3704) *et honorem aedilitat(is) laudabiliter administravit et diem felicissim(um) III id. Ian. natalis dei patri n(ostri) venatione pass(iva) denis bestis et IIII feris dent(atis) et IIII paribus ferro dimicantib(us) ceteraq(ue) honestissim(o) apparatu largiter exhibuit.* Alia munera aedilicia memorantur Boviani (C. IX, 2565), Surrenti (C. X, 688), Superaequi (C. IX, 3314: *primus huic loco venationem edidit, deinceps ludos sollemnes*), Megaris (C. I. Gr. 1058: *ἀγορανόμον διλοτειμησάμενον μονομάχων ζεύγη κ'*). Dati *ob honorem decur(ionatus)* mentionem facit titulus Allifanus (C. IX, 2350). Quaestorium munus municipale nullum repperi, eapropter opinor quod quaestura in municipiis plerumque non pro honore est, sed pro munere. Haec exempla sufficient.

[1]) Gladiatores qui dabat, venationem quoque addere solebat; certe programmatum gladiatorum Pompeianorum (C. I. L. IV, 1177 seq.) nullum venationem omittit. Venatio sola reperitur C. I. L. IX, 3314. X, 1491. Muneris vocabulo cum tam gladiatorium comprehendatur quam venatorium, idonei auctores venationi opponunt munus gladiatorium (Cicero de off. 2, 16, 55 et imitator eius Ambrosius de offic. 2, 21, 109), non munus nude. Apud Paulum Dig. 30, 122 pr. quod iam legimus *ad munus edendum venationemve ludos scaenicos ludos circenses* inde explicandum est, quod ludis gladiatoriis abolitis Iustiniani compilatores vocabulum *gladiatorium* solum sustulerunt, cum item expungere deberent *munus*; nam post gladiatores sublatos munus et venatio non differunt. Lactantius inst. 6, 20, 35: *venationes quae vocantur munera Saturno attributae sunt.* Constantius cod. Theod. 6, 4, 4: *cum impensis,* [*qua*]*s* (sic explendum) *ludi scaenicorum vel circensium vel muneris ratio poscit.* Titulus Salernitanus aetatis infimae C. I. L. X, 539: *editor muneris sui cum ferarum Libycarum* (sic). VIII, 8324.

[2]) Iungendum esse honorem et munus ibi potissimum apparet, ubi copula adest: *duumvir et munerarius* Beneventi C. IX, 1540 et Philippis C. III, 659; *IIII vir quinq. et curator muneris publici* Teate C. IX, 3025; *aedilis et munerarius, item duoviru(m) et munerarius* Chisiduo in Africa C. VIII, 1270. Sed re non differunt *II vir munif(icus)* Puteolis C. X, 1795; *II vir munerarius* Augustae Praetoriae C. V, 6842 et Cemeneli C. V, 7915; *aedilis munerarius* Aquis Sextiis C. XII, 522.

[3]) Eo vocabulo primus usus est Augustus teste Quintiliano inst. 8, 3, 34 videnturque id evitasse ii, qui curatorem muneris dicere maluerunt.

[4]) Imperante Augusto Pompeiis duovir ter factus primo duoviratu venationem dedit, secundo gladiatores, tertio ludos scaenicos (C. X, 1074). Cumis (C. X, 3704) et Surrenti (C. X, 688) idem vir in aedilitate gladiatores dedit, in duoviratu ludos diversos. Qui in titulo Herdoniensi C. IX, 690 honoratur *aedilis iure dicundo, quaestor bis, IIII vir i. d. bis quinquennalis* cum item dicatur *curator muneris bis*, quibus duobus honoribus munus ediderit, non enuntiat. Similiter scriptus est titulus Hadrianus C. IX, 5016 plures honores adepti et *curatoris muneris publici bis*, item duo inventi Antiochiae Pisidiae honorati cuiusdam et *munerarii II et agonothetae* (C. III, 296. 297).

demonstrare possis munus edidisse lege obligatum. Quapropter ut ludorum editio legitima, ita muneris in magistratibus voluntaria et fuit et mansit.

sacerdotum municipalium

Sacerdotes pariter atque magistratus ut Romae ita per municipia ludos faciunt iubenturque lege coloniae Genetivae magistri fanorum suo quique anno ludos edere circenses, quemadmodum decuriones censuerint[1]; sed ludi sacerdotales prae honorariis ut illic ita hic secundarii et fuerunt et manserunt. In Italia certe cum abundent tituli munerum honorariorum testes, equidem ne unum quidem inveni, unde colligas sacerdotem municipalem ob eam causam munus edidisse[2]). Ex provincialibus autem quem unum eius argumenti inveni Africanum positum ob flamonium annuum, is consuetudinem contrariam confirmat; hoc enim munus qui edidit, fecit id *primus a condita civitate*[3]).

Munera ex lege edita sacerdotum provinciarum

Sed id non pervenit ad sacerdotes regionum et provinciarum. Unicus eius condicionis quem in Italia novimus sacerdos sive coronatus Tusciae et Umbriae teste Constantino quotannis *apud Vulsinios ludos scaenicos et gladiatorum munus exhibuit*[4]). Umbriae civitates postquam eiusdem principis iussu separatae ab Etruscis proprium commune efficiunt, sacerdos, quem anniversaria vice Umbria dedisset, apud Hispellum iubetur *spectaculum tam scaenicorum ludorum quam gladiatorii muneris exhibere*[5]). Flamini cuidam provinciae Baeticae statua dedicatur *edito ob honorem flaminatus munere gladiatorio et duabus lussionib(us)*[6]). Muneris editi a sacerdote provinciae Africae meminit Augustinus[7]). Ancyrae inter perscriptas in anta Augustei complures voluptates editas tribus populis Galaticis munera gladiatoria et venatoria passim recensentur[8]). Denique de muneribus editis ab Asiarchis testimonia complura ad nos pervenerunt[9]). Per longa saecula

---

1) C. 128.

2) Dico nullum me invenisse honoris capacem, qui munus ediderit propter sacerdotium; nec desunt tituli, ut Surrentinus C. X, 688, honores et sacerdotia ita enumerantes, ut in illis solis mentio fiat ludorum. Augustales sane et magistri pagi ob id sacerdotium, qualecumque fuit, munera aliquoties ediderunt.

3) C. VIII, 1888 Theveste. *Flamen et curator muneris gladiatori Villiani* apud Vocontios (C. XII, 1585) quamquam etiam de suo pecuniam impendit laudatus *ob praecipuam eius in edendis spectaculis liberalitatem*, in summa re munus edidit ex reditu legativo.

4) Henzen n. 5580. Sacerdoti ei gratiae aguntur *abundantissimi muneris*, *sed et praecipuae laetitiae theatralis* (Hispelli Orell. 3866).

5) Henzen n. 5580.

6) Cordubae Eph. III p. 37 n. 16.

7) Appuleius cum ipse narret Carthagine se summum sacerdotium obtinuisse (flor. 16 p. 73), Augustinus ep. 138, 19 (2 p. 418 ed. Maur.) ad eum locum respiciens eum ait esse voluisse *sacerdotem provinciae, ut munera ederet venatoresque vestiret*. Venatores nominavit, non gladiatores scilicet tum sublatos (v. p. 402 not. 1).

8) C. I. Gr. 4039 (cf. Perrot *voy. en Galatie* vol. 1 p. 261).

9) Galenus de compos. medicam. 3 (vol. 13 p. 599 Kuehn): *δόξαν ... τῷ κατὰ τὴν πόλιν ἡμῶν* (Pergamum) *ἀρχιερεῖ τὴν θεραπείαν ἐγχειρῆσαί μοι μόνῳ τῶν μονομά-*

munera haec sacerdotalia manserunt[1]) licet gladiatoribus sublatis ad venationes solas redacta. Theodosius prior postquam constituit, ne id onus cuiquam imponeretur invito[2]), imperante demum Leone privatorum editionibus sublatis Antiochiae certe sumptus ex reditibus quibusdam a fisco huic rei attributis praestantur, praesident autem ludis iam pro Alytarcha comes Orientis, pro Syriarcha consularis Syriae[3]). — His edocti dudum viri docti intellexerunt inter munera gladiatoria et venatoria primum locum tenere edita cura et sumptu sacerdotum regionum et provinciarum. Iam vero hoc

---

χων καίτοι νέῳ ἡλικίαν ὄντι· τοῦ γὰρ ἐνάτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους ἠρχόμην (a. p. C. 159). ..... *ὁ μετὰ τὸν ἐγχειρίσαντά μοι ποτὲ τὴν θεραπείαν δεύτερος ἀρχιερεὺς ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε τὴν ἐπιμέλειαν τῶν μονομάχων μετὰ μῆνας ἕπτα μέσους· ὁ μὲν γὰρ πρῶτος περὶ τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν, ὁ δὲ δεύτερος ἀκμάζοντος τοῦ ἦρος ἠρχιερεύσατο. πάλιν δ' ἐπὶ τούτῳ σωθέντων ἁπάντων ὁ τρίτος καὶ ὁ τέταρτος καὶ πέμπτος ὡσαύτως ἐνεχείρισάν μοι τὴν θεραπείαν τῶν μονομάχων.* Idem de fracturis 3 (vol. 18, 2 p. 567): *καὶ μάλιστα ἐν θέρει, καθ' ὃν καιρὸν ἀεὶ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ τῶν ἀρχιερέων τὰς καλουμένας μονομαχίας ἐπιτελούντων τοὺς κάκιστα τρωθέντας ἐθεράπευσα.* Eusebius hist. eccl. 4, 15, 27: *ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον* (*acclamabant Philippo munerario* vertit Rufinus), *ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα· ὁ δὲ ἔφη μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ πεπληρώκει τὰ κυνηγέσια.* Denique complures per Asiam tituli reperti sunt sic inscripti: *φαμιλία μονομάχων καὶ ὑπόμνημα* (= *memoria* ut in sepulcralibus C. I. Gr. 3383. 3689. 3690) *κυνηγησίων* illius *Ἀσιάρχου καὶ* illius *γυναικὸς αὐτοῦ* (in Co C. I. Gr. 2511), *φαμιλία* illius *ἀρχιερέως μονομάχων καὶ καταδίκων καὶ ταυροκα[θαπτῶν]* (Aphrodisiade C. I. Gr. 2759*b*); *μονομάχω[ν] ... κυνήγιον τα .... πάντας τοὺ[ς] ἐντο[πίους]* (Ilii Lebas-Waddington n. 1743*i*); *φαμιλία μονομάχων φιλοτειμίας* illius *Ἀσιάρχου καὶ* illius *ἀρχιερείας* (Cyzici C. I. Gr. 3677); similes reperti sunt Parii C. I. Gr. 3650, Smyrnae C. I. Gr. 3213, Trallibus Lebas-Waddington n. 615, Mytilenis C. I. Gr. 2194*b*, Asiarcharum vel archisacerdotum Asiae omnes (nisi quod in Tralliano dignitas nulla enuntiatur), neque praeter hos adhuc ludorum domini alii ulli ex titulis Asianis emerserunt. Videntur tituli hi fuisse ludorum privatorum, in quibus Asiarchae gladiatores suos exercerent et qui eorum decederent sepelirent et eatenus sepulcralibus accensendi esse, licet vere magis ponerentur ad memoriam muneris dati servandam. Gladiatorum in harena occisorum quominus monumenta esse statuamus, id impedit, quod inter oppida, unde tituli prodierunt, quaedam sunt, in quibus Asiarchae munera nulla ediderint.

[1]) Alexander cod. Iust. 10, 63 ubi de muneris editione sacerdotis rescribit, sine dubio intellegit sacerdotem provinciae, idemque statuendum de *magistratus et sacerdotum editionibus* constitutionis anni 372 (C. Th. 15, 5, 1). Constitutio quoque anno 395 (C. Th. 12, 1, 148 cf. 140) cum iubeat sacerdotem provinciae eum eligi, qui et meritis et facultatibus aptissimus inveniatur ad subeunda patriae munera, ad munera venatoria potissimum respexit.

[2]) Libanius in Tisamenum 2 p. 248 Reiske: *σὺ γὰρ ἡμῖν τοῦτον (τὸν νόμον) προπέρυσιν ἔθηκας τὴν μὲν ἀνάγκην τῆς τοιαύτης δαπάνης ἀναιρῶν, γνώμης δὲ τὸ πρᾶγμα ποιῶν.* Sed duravit nihilominus munerum forma antiqua; certe constitutio Theodosii II a. 409 (C. Th. 15, 9, 2) cum magistratus publicos ludiis supra duos solidos donare vetat, idem permittit *alytarchis, Syriarchis, agonothetis et ceteris, quorum nomen festivitatis sollemnitas dedicavit.*

[3]) Cod. Iust. 1, 36, 1 a. 465 sic finiens: *nullique penitus curialium nec si voluerint idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur.*

aes id non solum confirmat, sed etiam auget. Nam quamquam ad omnia munera gladiatoria pertinet memoranturque diserte v. 56 spectacula quae *in civitatibus splendidissimarum Galliarum veteri more et sacro ritu expectantur* sine dubio municipalia, nihilominus sacerdotiis provinciarum locum dat primarium et peculiarem. Ex capite paenultimo v. 59—61 licet corrupto intellegitur sacerdotes provinciarum omnes munera edidisse et propterea sacerdotio eo qui abiret gladiatores sibi relictos succedenti tradere solere, quocum iure componemus, quod Asiarchas Pergamenos novimus per aliquot annos ad gladiatores suos quemque curandos eundem medicum adhibuisse. Item quod novae legis beneficia laudibus extollens orator sacerdotem Galliarum inducit, scilicet eum qui proprie dicebatur *ad aram Caesaris apud templum Romae et Augusti inter confluentes Araris et Rhodani*[1]), ita facile explicatur, quippe qui unus ex eiusmodi sacerdotibus pluribus provinciis sacro iure praeesset et in altero Occidentis capite ludis splendidissimis praesideret. Omnino cum municipiorum et magistratibus et sacerdotibus in ludis legitimis edendis liceret pro circensibus scaenicisve substituere gladiatores vel venatores, hoc illi saepe, hi raro facerent, sacerdotes regionum et provinciarum, pariter atque Romae quaestores, lege obligati fuerint necesse est ad munus edendum. Itaque moderatio gladiatorio muneri a Marco imposita etsi illorum quoque intererat, qui possent a munere edendo abstinere, multo magis hos iuvabat ad id edendum coactos. Denique facile intellegimus, quomodo id evenerit. Vetustas honorum et sacerdotiorum leges cum mutare difficile esset, hoc sacerdotiorum genus sub Augustis demum institutum et ut eorum numinibus dedicatum, ita totum ab iis pendens aut ab initio ita constitui potuit, ut gravi ei oneri sacerdotes hi subderentur aut, ubi id non placuerat, procedente tempore sub honorandi principis specie ita immutari.

Appellatio principis de munere edendo

Restat ut videamus de appellatione ad principem eius qui sacerdos creatus esset, id quod v. 16 significatur fieri posse. Lites de honoribus et muneribus iuste datis negatisve, item num liceret ea recusare vetusto iure ad ipsius municipii magistratus et ordinem pertinere et per se intellegitur et confirmatur lege coloniae Genetivae, secundum quam si quis decurio indignus esse dicitur, de ea re iudicat duovir[2]). Sed hac certe aetate appellari potuit tam ab eiusmodi decreto quam si quis munus aliquod vel honorem sacerdotiumve cum oneribus coniunctum in civitate aliqua contra ius sibi impositum esse decurionum decreto quereretur, licet quatenus eae appellationes pervenerint et quomodo fines recti sint inter municipii ius et magistratuum publi-

[1]) Sic plene in Lugdunensi Henzeni n. 5968; [*a t*]*ribus provinc*<i>*s Gall*[*is ornatus sacerdot*]*io* videtur appellari in altera item Lugdunensi Henzeni n. 5267, *sacerdos III provinciarum Galliarum* in Sequana Orell. 184 = 185. Hoc sacerdotium solum in aere significari, non municipalia Galliarum, inde colligitur, quod contra eius sacerdotis creationem appellare posse populum statuitur v. 20; id enim in sacerdotem municipalem non cadit, cadit in sacerdotem electum a sexaginta quinque civitatibus Galliarum.

[2]) C. 105. Cf. Ephem. epigr. 2 p. 133.

corum populi Romani, certa ratione determinari non possit. Ad Italiam quod attinet, hoc unum traditum habemus de decurionis indignitate iudicavisse antea et adhuc sub Pio praefectum urbi, deinde post iuridicos a divis fratribus institutos ad eos translata esse haec iudicia[1]), ratione omnino; nam qui civitatibus praesunt apud Romanos aequiparantur fere tutoribus et cum tutorum datione iuridicis permissa iisdem permissum est, ut de magistratu municipali decurioneve statuerent, quatenus ea res ad summum imperium pertineret. Sed tamen inde, quod de creatione contra legem facta praefectus urbi vel iuridicus adiri poterat, nequaquam colligitur magistratu sacerdoteve in municipio Italiae finibus comprehenso rite creato a praefecto urbis aliove quo magistratu urbis Romae confirmationem petitam esse neque ullum talis confirmationis testimonium extat, quo, si ea obtinuisset, sane non careremus[2]). Aliter res se habet in provinciis. Ordo civitatis, quae sub praeside esset, fortasse inde ab ipsis liberae rei publicae temporibus[3]), certe hac aetate[4]) nullum decretum facere potuit, quod praeses, si vellet, non infirmaret. Propterea et confirmatio eorum decretorum perpetuo ab eo requiritur et si cui ab ordine munus aliquod honorve iniungitur invito, pariter atque tutor datus apud praesidem provinciam se excusat[5]) et pro se potiorem quoque nominat[6]).

---

[1]) Fronto ad amicos 2, 7; *Staatsrecht* 2, 1076 n. 2.

[2]) Non satis opinor adhuc attendimus ad insigne hoc privilegium civitatium Italicarum.

[3]) Qui provinciae praesidet, iure neque civitatis iuris peregrini decreti rationem habere cogitur (*Staatsrecht* 3, 750) neque decreti coloniae municipiive civium Romanorum (l. c. p. 810); contra civitatis liberae decretum infirmare nequit utpote quae ipsi non oboediat (l. c. p. 688). Ius Italicum num eundem locum tribuat coloniae civium Romanorum in provincia constitutae (l. c. p. 807), quaeritur.

[4]) Decreta legatorum Lyciae complura, quae perscripta in monumento Opramoae nuper egregia cura doctorum Austriacorum, Loewyi maxime innotuerunt (Petersen et Luschan *Reisen in Lykien* p. 77 seq.), omnia fere in eiusmodi confirmationibus versantur et cum pleraque ad honores extraordinarios a civitatibus communive Opramoae decretos pertineant, una certe epistula scripta ad Corydallenses legatus confirmat electum archiphylacem provinciae (l. c. p. 103 III A: Ὀπραμόαν ... γεγενημένον ἀρχιφύλακα .... καὶ αὐτὸς ἀποδέχομαι).

[5]) Ulpianus Dig. 49, 4, 1, 2: *Qui ad aliquod munus vel honorem vocantur, cum dicant se habere excusationem, .. non aliter adlegare possunt causas immunitatis suae, quam si appellationem interposuerint.* Quaerit deinde, si praeses ordini aliquem creandum nominatim proposuerit et ordo ita decreverit, a quonam factus esse videatur: *magis consilium dedisse praeses videtur quam ipse constituisse: denique ipse erit appellandus, non ab eo provocandum.* Idem Dig. 49, 1, 12: *si constet nullo actu ex lege habito duumvirum creatum, sed tantum vocibus popularium postulatum eisque tunc proconsulem, quod facere non debuit, consensisse, appellatio in re aperta supervacua fuit.*

[6]) Antoninus cod. Iust. 10, 67, 1: *si ipse vocatus ad munera civilia potiorem alium nominandum putaveris, age causam tuam.*

Haec est cuius sententia meminit appellatio sive provocatio. Quod si in ea pro praeside [1]) appellatur ipse imperator, id non eo redit, quod apud praesidem victus imperatorem adire non prohibetur [2]), sed a decreto concilii trium Galliarum praesides earum tres neque omnes neque singuli recte appellari potuerunt. Fortasse adeo de sacerdotibus provinciarum omnibus eiusmodi appellationes principes sibi reservaverunt utpote ad ipsorum cultum institutis; certe quarto saeculo eae nominationes a principe confirmabantur [3]).

Appellationis gratia facta

Appellatio cum fiat sub poena, scilicet qui appellat necesse sit certam pecuniam aut deponat aut de ea caveat, quam si vincitur perdit [4]), praeterea ei, contra quem appellavit, sumptum quadruplo restituat [5]), recte inde colligitur appellationi qui renuntiaturus est, a poenis iis non liberari nisi gratia impetrata magistratus eius qui appellatur, etsi eiusmodi gratiae haec mentio sola sit opinor quae ad nos pervenerit. Male sane orator etiam sacerdotes futuros facit similes gratias petituros esse, ubi dicendum fuit simpliciter eos ab appellatione abstenturos; est id inter vitia orationis non optime dictatae.

Gladiatorum condicio

De condicione gladiatorum quamquam sententia non tractat data opera, quaedam inde discimus nova nec contemnenda, ut operae pretium sit paucis nota complecti et quae accedunt iis inserere.

Noxii a gladiatoribus diversi

Damnatos ad mortem ita, ut in harena interficiantur, cave confundas cum gladiatoribus. Illud damnationis genus duplex est, alterum ad bestias, quod genus mortis cum cruce et crematione erat inter taeterrima supplicia [6]), alterum paullo mitius, quo mittebantur in harenam, ut aut invicem se occiderent aut inermes ipsi a gladiatoribus armatis interficerentur [7]). Hi

---

[1]) Concilium provinciae sacerdotem eius creat, non praeses; neque contrarium probat titulus Dacicus Apulensis (*arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich* 9, 246) hic: [*H*]*erculi Aug. .. Reginus s*[*ac*]*erdos* [*co*]*n*[*s*]*titutus ab Hel*(*vio*) *Pertinace* [*c*]*o*(*n*)*s*(*ulari*), eo scilicet qui postea imperavit, etsi recte fortasse ad provinciae sacerdotem refertur; ea creatio si ad legatum legitime pertinuisset, vix id enuntiaretur.

[2]) Id significat Ulpianus loco priore citato p. 406 not. 5.

[3]) Eo pertinent cum notae talium sacerdotum nominationes in odium Christianorum factae a Maximino et Iuliano (Marquardt *Handb.* 4, 505 n. 6) tum Libanii ep. 459: *τῷ ἀνεψιῷ τὴν λειτουργίαν* (venationem: cf. ep. 458), *ἐφ' ἣν κέκληται, δεῖ βασιλέως βεβαιωθῆναι νεύματι.*

[4]) Paulus sent. 5, 33.

[5]) Paulus sent. 5, 37.

[6]) Eo supplicio non afficiuntur honestiores, ut decuriones (Dig. 49, 18, 3) et veterani filiique veteranorum (Dig. 49, 18, 1. 3). Cruci aequiparatur apud Paulum 5, 23, 1. 15. 17, cremationi apud eundem 5, 29, 1 et Eusebium hist. eccl. 5, 1, 38. 52.

[7]) Distinguit hanc poenam ab altera accurate sola constitutio Constantini a. 315 C. Th. 9, 18, 1: (plagii convictus) *servus quidem vel libertate donatus bestiis primo quoque munere obiciatur, liber autem sub hac forma in ludum detur gladiatorium, ut antequam aliquid faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur.* Sed ad eosdem pertinet Senecae (ep. 7) horribilis narratio de intervallo meridiano inter gladiatorum pugnas

si aliquo casu mortem evasissent[1]), aut reservabantur in diem alium[2]) aut alio modo interficiebantur[3]); nam capitalis sententia intra annum exequenda est[4]) et iure neque populo spectanti neque praesidi licet ita damnatum dimittere[5]).

Attamen *noxii* hi non solum aliquoties cum gladiatoribus componuntur[6]), sed editores munerum privati studium quoque in eo ponebant, ut eiusmodi homines praesertim famosos et, ut huius aetatis auctor Appuleius ait, generosos, scilicet in crimine, a magistratibus ad suos ludos sibi a praesidibus concederentur[7]). Ad hos quod spectat caput sententiae v. 57. 58 si integrum esset, novum quiddam inde addisceremus; iam caecis hiatibus interruptum pauca nos docuit. Damnatum ad gladium intellego non ad bestias, sed ad gladium ludi, sic ut modo exposuimus. Procuratores principis ii, de quibus hic agitur, videntur esse non tam ludorum urbanorum

---

huiusmodi caedibus inermium expleto, item quod legitur in vita Macrini 12, 10: *servos qui dominis fugissent repertos ad gladium ludi deputavit.* Cave confundas eam poenam cum poena gladii ordinaria. In narratione de martyribus Lugdunensibus apud Eusebium hist. eccl. 5, 1, 47 cum ex iussu Marci imperatoris *ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων ἀπέτεμνε* (praeses) *τὰς κεφαλάς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία*, lictor rem agit neque in harena illi pereunt. Minus accurate rem tractavit Paulus sent. 5, 17, 2.

1) Solebant ad bestias damnati iis obici inermes, saepe etiam ligati; sed verisimile est aliquoties iis arma data esse, non ut occisionem effugerent, sed ut populi voluptatem resistendo aliquamdiu augerent. Item noxii ita in ludum dati ut interficerentur interdum inter se committebantur armati (ut in notissimis ludis Claudianis apud Tacitum ann. 12, 56). Ut prope accedunt pugnae hae ad speciem gladiatoriarum, ita iure omnino diversae sunt.

2) Ita Eusebius h. e. 5, 1, 42. 56.

3) Ita Eusebius h. e. 5, 1, 38. 52.

4) Ulpianus coll. 11, 7, 4. Paulus sent. 5, 17, 2.

5) Modestinus Dig. 48, 19, 31 pr.: *ad bestias damnatos favore populi dimittere non debet, sed si eius roboris vel artificii sint, ut digne populo Romano exhiberi possint, principem consulere debet.* Consulitur igitur non de eo, an mortis poena eximendi sint, sed an Romam mittendi et ibi denuo in harena exhibendi. Sane noxio a principe, maxime si sub oculis eius depugnaverit, mortis gratia fieri potest, id quod usu venit in notis casibus narratis a Tacito ann. 12, 56 et Gellio 5, 14, 17. 19.

6) C. I. L. IX, 3437: *hic spectaculum glad(iatorum) triduo dedit et noxeos quattuor* C. I. Gr. 2759*b* (supra p. 403 not. 9): *φαμιλία ... μονομάχων καὶ καταδίκων καὶ ταυρεκα[θαπτῶν]*. Vita Hadriani 17, 12: *cum a Pharasmane ... dono accepisset ... auratas .. chlamydes, trecentos noxios cum auratis chlamydibus in harenam misit ad munera eius deridenda.*

7) Appuleius met. 4, 13 describens apparatum, quem ad munus Plataeis edendum Demochares quidam comparabat, sic ait: *gladiatores isti famosae manus, venatores illi probatae pernicitatis, alibi noxii perdita securitate suis epulis bestiarum saginas instruentes ..... praecipuo studio forensi etiam advexerat generosa illa damnatorum capitum funera.* Tertullianus de spect. 19. 21: *evenit ut .. qui insigniori cuique homicidae leonem poscit, idem gladiatori atroci petat rudem et pilleum praemium conferat.*

vel familiarum gladiatoriarum principis per Italiam et provincias constitutarum[1]) quam procuratores Augusti provinciarum, quibus traditos esse ibi damnatos ita, ut in harena interficerentur, ut testatum non accepimus, ita a probabilitate non abhorret[2]). In Italia et in provinciis cum munera publica populi Romani imperatoriave nulla ederentur[3]), ita traditi aut Romam mittendi erant aut munerum municipalium et provincialium editoribus tradendi, id quod ab his modo vidimus cupide expetitum esse et flagitatum; de hac traditione, qua editori privato committuntur, aperte hic agitur, cum tradantur cautione praestita et pecuniaria et iuratoria. Quid ita promiserit editor, in aere non superest; res requirit, ut promiserit sententiam se plene executurum esse, id est curaturum ut noxius perimeretur.

Gladiatoris, item venatoris sive harenarii condicio diversa est: opus faciunt fere ut miles cum periculo vitae[4]), sed tantum abest, ut morti destinentur, ut e contrario ad eam condicionem non admittatur nisi viribus par[5]) et diligentissimo exercitio ad id opus paratus; quam ob rem proprie non tam in harenam mittuntur quam in ludum. Praeterea saucii facti neque secundum leges eiusmodi pugnis praestitutas interempti in ipsa harena eodem loco sunt atque reliqui homines et licet ius domini de servi vita et nece sane in gladiatore non cesset, nihilominus vel servi qui sunt, plerumque et diligenter curantur et inhabiles facti dimittuntur. Praeterea opera fortiter praestita et adiuvante fortuna condicione illa eximi possunt adeoque, si non sunt liberi, per eam operam ad libertatem pervenire[6]). Iure igitur Gladiatoris condicio

---

1) *Staatsrecht* 2², 1071 n. 2.

2) Simile quiddam evenit in plagio: *post sententiam autem*, Ulpianus ait Coll. 14, 3, 2, *de Fabia latam procuratoris partes succedunt*. Eius criminis convicti cum ea aetate, si humiliores essent, in metallum darentur aut in crucem tollerentur, si honestiores, adempta dimidia bonorum parte in perpetuum relegarentur (l. c. 14, 2, 2), apparet ad procuratorem spectare tam bonorum confiscationem quam translationem damnatorum in metalla.

3) Tacitus ann. 13, 31: *edixit Caesar, ne quis magistratus* (cf. *Staatsrecht* 2, 935 n. 1) *aut procurator in provincia quam obtineret spectaculum gladiatorum aut ferarum aut quod aliud ludicrum ederet.*

4) Ulpianus coll. 11, 7, 4: *qui in ludum dantur, non utique consumuntur.* Tryphoninus Dig. 11, 4, 5: *si in harenam fugitivus servus se dederit, ne isto quidem periculo, discriminis vitae tantum, sibi irrogato potestatem domini evitare poterit.* Callistratus Dig. 38, 1, 38 pr.: *harenarius manumissus tales operas (praestare non debet), quia istae sine periculo vitae praestari non possunt.*

5) Ulpianus Dig. 48, 18, 8. 11: *quicumque in ludum venatorium fuerint damnati, videndum est an servi poenae efficiantur: solent enim iuniores hac poena adfici.* Gladiatorii muneris mentionem vides a compilatoribus sublatam esse.

6) Ulpianus coll. 11, 7, 4 post verba adlata nota 4: *sed etiam pilleari et rudem accipere possunt post intervalla, si quidem post quinquennium pilleari, post triennium autem rudem induere eis permittitur,* scilicet ad ludum damnatis; eadem intervalla num ad eos quoque pertinuerint, qui non ex sententia publica gladiatores facti sunt, dubium est. Tertullianus de spect. 21 (p. 408 not. 7). Titulos aliquot gladiatorum ita libe-

damnatio in ludum ab auctoribus iuris collocatur inter poenas mediocres aequiparata fere poenae metalli[1]).

Causae gladiaturae

Gladiator ad condicionem eam pervenit triplici ratione, aut sententia publica aut voluntate domini aut sua. Sententia illa cum et de servo et de libero homine pronuntiari possit, tam servus sublato iure domini quam liber qui fuit per eam servi poenae efficiuntur[2]). Servum cum olim dominus suo arbitrio in ludum mittere posset, modo ab ludi domino reciperetur, ab Hadriano hoc quoque ius ut vitae et necis aliquatenus temperatum est: scilicet ut in ludum venire potuit servus ipse consentiens, fortasse etiam barbarus a venaliciario emptus, in reliquis iam requiritur culpa noxave aliqua et quoddam iudicii domestici instar[3]). Aliquo modo eam rem non inter dominum et lanistam solos transactam esse, sed huic lege de gladiatoribus suis magistratui cuidam causam probandam fuisse verisimile est; certe hoc nisi accessisset, Hadriani constitutio parum iuvisset.

Auctoratus

Sed cum sententia haec neque de damnato ad ludum neque de vendito gladiaturae causa verba faciat, de libero homine qui sponte in ludum se tradit sive de auctorato agit capite extremo (v. 62. 63). Iam confirmatur nulli certe civi Romano (nam professio haec num ad peregrinum quoque pertineat, iure dubitabis) in harenam procedere licuisse nisi ex auctoritate publica, scilicet professione facta apud tribunum plebi aliquem[4]). Videntur autem qui dimicare cuperent non nomen solum dedisse, sed simul facta examinatione aetatis et roboris inhabiles reiecti esse; hoc nisi factum esset, certe sacerdoti provinciae non licuisset auctoratum quemcumque pro gla-

---

ratorum, in his unum, qui ad reliquos adscribit vocabulum δοῦ(λος), nuper composui ad commentarium editum inter supplementa annalium instituti archaeologici a Bohnio et Schuchhardto *Alterthümer von Aegae* p. 67.

[1]) Paulus sent. 5, 17, 2: *mediocrium delictorum poenae sunt metallum ludus deportatio.* Tertullianus de spect. 19: *qui damnantur in ludum, quale est, ut leviore delicto in homicidas emendatione proficiant,* id est 'quomodo defendi potest, quod per poenam levioris delicti ad homicidium adiguntur?' Cf. Paulus sent. 5, 23, 4. Ex rescripto Hadriani Coll. 11, 7, 4, quod recte sine dubio Ulpianus accepit de condemnatione ad ludum, intellegitur adeo poenam metalli graviorem fuisse quam ludi.

[2]) Ulpianus Dig. 48, 18, 8. 11. 12.

[3]) Hadrianus teste vitae scriptore 11, 8 *lanistae servum vendi vetuit causa non praestita.* Causa ut in criminatione posita esse potuit, ita dubium non est etiam consensum servi pro iusta causa fuisse, cum vel liberum hominem voluntas gladiatorem efficiat, et alia quoque ratione condicionem servi talem esse potuisse, ut dominus recte eum in ludum dare posset licet non noxium et invitum.

[4]) Apud Iuvenalem sat. 11 in. eiusmodi iuvenis luxuriosus narratur, *non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno,* in eo esse ut scribat *leges et regia verba lanistae,* ubi recte scholiasta: *id est se auctoraturus: aut haec scripturus, quae iuris et consuetudinis erat ab his describi, qui accepto pretio in ludos se distrahebant.* Illis verbis poeta innuit certis casibus eiusmodi homines sese auctoravisse coactos a tribunis, minis opinor carceris et vinculorum hac aetate fortasse ad eiusmodi casus applicitis (cf. *Staatsrecht* 2, 324. 327). — Similes professiones alias recensui *Staatsrecht* 2, 328 seq.

diatore admittere. Ei quoque, cui quis se auctoraret, crediderim cum auctorato suo tribunum adeundum fuisse, ut de pretio legitimo, quod fuisse nunc demum innotescit, tribunus certior fieret et re ordinata auctoratus praestito notissimo iureiurando lanistam vitae necisque quodammodo dominum sibi constitueret[1]. Pretium illud cur lege finitum sit ad summam admodum exiguam sestertium duorum milium, causa in promptu est: scilicet cives originis honestioris fortunarumque perditarum ne nimia facilitate lanistis se traderent auctorandos[2], hi vetiti sunt pretium iis offerre nisi gladiatoris gregarii. Auctoratus cum liber maneret nec manumitti posset, consentaneum est similibus condicionibus, quibus gladiator servus ad libertatem pervenit, illo tamquam dominio lanistae eum liberari.

Superest ut de ipsius orationis argumento videamus; nam quae adhuc exposuimus, obiter tantummodo in ea tanguntur neque perveniunt ad cautelas a Marco additas ad crudelem consuetudinem severius restringendam. Eae autem tam biographo teste quam secundum aes nuper repertum totae versantur in sumptibus ludorum minuendis. Eo pervenire sibi proposuit non, ut alii imperatores fecerunt, numero munerum in eodem oppido edendorum lege determinato[3], nec stabilito parium numero aliquo quem excedere non liceret[4], nec magis summam finivit, quam muneris impensae non superarent, immo diserte in sententia admittuntur munerum sumptus ducentorum milium *et quidquid supra susum versum erit.* Haec sententia cum ita de muneribus tractet, quasi certae summae omnia fuerint, aliquo modo effectum sit necesse est, ut de impensis ludorum ante editos eos constaret; id quod requiritur tam in muneribus ex lege editis, cum verisimile sit non nudam editionem, sed definitam summa enuntiata munerario impositam esse, quam in muneribus ex liberalitate susceptis, propter promissionem publicam summae certae ad munus edendum aliquatenus testatam[5]. Et omnino cum antequam munus publice nuntiaret determinatis gladiatorum paribus et reli-

Sumptus muneris ante editionem stabilitus

---

[1]) De condicione auctorati inter liberum et servum media quae exposui alibi (*Juristische Abhandlungen, Festgabe für Beseler* p. 262) non repeto.

[2]) Seneca pater controv. 10, 4 (33), 11: *lanista .. iuvenes cogit ad gladium.* Seneca filius ep. 99, 13: *adspice illos iuvenes, quos ex nobilissimis domibus in harenam luxuria proiecit.* Tacitus hist. 2, 62: *cautum severe ne equites Romani ludo et harena polluerentur: priores id principes pecunia et saepius vi perpulerant ac pleraque municipia ac coloniae aemulabantur corruptissimum quemque adulescentium pretio inlicere.*

[3]) Ita singulis annis plus bina munera in urbe Roma edi Augusto imperante senatus vetuit (Dio 54, 2).

[4]) Ita Romae ne plus LX paria darentur eodem tempore cautum est (Dio l. c.). Tiberii constitutio similis (supra p. 395 not. 4) ad municipia videtur pertinuisse; certe posteriore aetate singulis civitatibus numerus parium statutus erat, supra quem qui munus edere vellet, senatusconsulto lege solvendus erat (Tacitus ann. 13, 49; Plinius paneg. 54; *Staatsrecht* 2^3, 827 n. 7).

[5]) C. IX, 1175 Aeclani: *cum ex (sestertium) C (milibus) bidui [munus ex testamento fecisset, impendio?] suo alis (sestertium) C (milibus) tertium [diem edidit].*

quis quae ad rem facerent[1]), editor gladiatores omnes suos faceret necesse esset[2]), constabat ei de pretiis, sive nullo cum lanistis negotio habito homines ab editore proximo certo pretio reciperet vel auctoramento dato eos compararet (59) sive a lanista eos sumeret singulatim pretiis definitis[3]), id quod sine dubio plerumque factum est, cum sententia de lanistis queratur utpote *malis, qui se etiam necessarios fecerint* et passim rem ita tractet, quasi munus sine lanista parum procedat. Studiis autem eorum temporum plane convenit munera non aliter edita esse nisi promulgata summa ab editore impensa.

Ad haec Marcus nova quae addidit duo sunt, utrumque adhuc ignotum: scilicet vectigal gladiatorium sustulit et, annalium verbis ut utar de Diocletiani edicto re non absimili, gladiatorum vilitatem esse iussit. Utrumque moderamen pariter pervenit tam ad munera ex legis necessitate edenda quam ad ea quae eduntur ex consuetudine vel ex spontanea liberalitate.

Vectigal gladiatorium sublatum

De vectigali (ita appellatur v. 3) res perspicua est, modo teneas non editori id impositum esse, sed lanistae itaque non pervenisse ad munera edita nullo cum lanistis habito negotio. Iam *cavit fiscus cum harena* (v. 6), id est publice admissus est lanista ad quaestum exercendum, modo illarum summarum partem tertiam quartamve (v. 5) fisco inferat. Id utrum ad verbum accipiendum sit, scilicet ut cum singulis lanistis fiscus ita transegerit, an fiscus partem hanc tertiam quartamve similiter exegerit atque centesimam exigebat in rebus publica auctione divenditis, non definio. Hoc vectigal Marcus abolevit motus turpitudine societatis ita factae inter principem et lanistam et sane editorum quoque impensas simul sic minuit; nam ad eos spectabant omnino, licet fiscus eas a lanistis exigeret. Ex eo vectigali

---

[1]) Quamquam programmata munerum num publice edita sint pleniora quam sunt notissima Pompeiana, dubium est. Obstat locus Senecae patris exc. controv. 4 praef. in.: *munerarii ... ad expectationem populi detinendam nova paria per omnes dies dispensant*, et tam *gladiatorum compositiones* relatae in acta urbana (Cicero fam. 2, 8, 1) quam inscriptio parietaria Pompeiis reperta (C. I. L. IV n. 2508, ubi Zangemeister non recte opinor eam pro programmate habet) post pugnas editas videntur perscriptae esse.

[2]) Gladiatores emi ab editore et eius fieri tam servos quam auctoratos et ex hac sententia (v. 59) intellegitur et ex titulis Asiarcharum (p. 403 not. 9) aliisque. Quod ait Gaius 3, 146 gladiatoribus ea lege traditis, *ut in singulos qui integri exierint pro sudore denarii viginti darentur, in eos vero, qui occisi aut debilitati fuerint, denarii mille*, eorum, qui integri exierint, magis locationem factam videri, scilicet sub condicione, quam emptionem, iuris rationi recte respondet, sed haec contrahendi forma recedit a solita; nam gladiatores muneri superstites non lanistae fuisse, sed editoris ostendit et Galeni locus p. 403 not. 9 et quae in hac sententia leguntur v. 59—61 et quae de auctione reliquiarum Suetonius Gai. 38 et Dio 59, 14 inter Gai principis turpitudines narrant. Fortasse ipsa illa controversia inde nata est, quod alii iuris auctores eiusmodi contractum magis ita interpretabantur, ut essent emptiones duae, altera editoris a lanista nulla condicione suspensa, altera lanistae ab editore sub condicione facta.

[3]) Id factum esse colligitur ex v. 60: *ne .. vendat plure quam lanistis est pretium persolutum.*

per singulos annos in fiscum illatum esse sestertium ducenties (4350000 marc.) et trecenties (6526000 marc.) cum orator contendat, munerum excepta urbe Roma per universum imperium adhibitis lanistis editorum sumptus annuus adscendit ad marcarum miliones circiter viginti. Addit oratio reliqua lanistarum tum cum senatus consultum factum est pervenisse ad sestertium quingenties (10876000 marc.), sed summae eius ingentis partem iam eis remitti in solacium quaestus hac lege aliquantum infracti.

Pretium gladiatoris plerumque solvitur lanistae, scilicet cum in harenam mittitur ex ludo, neque eo nomine differunt gladiator servus et auctoratus. Nunc demum discimus aliquando *praecipuum mercedis* (ut appellatur v. 45) ad ipsum gladiatorem pervenisse. Intellegi videtur pactum interpositum, ut pretium, de quo inter editorem et lanistam convenerat, in gladiatore ita excepto augeatur, si vicerit et quinta quidem pretii accederet, si servus esset, quarta in libero, nimirum auctorato[1]. Explicabitur ita, quomodo in gladiatore, licet editor eum non conduceret a lanista, sed emptione suum faceret, nihilominus merces locum habuerit; nam si ita lanista cum editore contrahit, ut decem homines puta ei vendat pretio binorum milium, pro victoribus quinque accedant singula milia, pactum venditioni adiectum prope accedit ad locationem talem, qualem de gladiatoribus Gaius commemorat (p. 412 not. 2). Hi videntur esse quorum Suetonius[2] meminit *oblati victoribus aurei*, quos spectatores *voce digitisque* numerarent. Qui non ex ludo venit gladiator, is ut non emitur ab editore, sed conducitur, ita ei ipsi merces solvitur; sed cum in harenam gladiator nullus mittatur nisi in ludo exercitatus, solummodo id evenit in rudiariis. Itaque de pretio ita solvendo specialiter cavetur v. 62: *liberatus si discrimen instauraverit.* Cum id caput ad solum auctoratum liberatum pertineat[3], gladiatoris autem ex servitute propter victoriam liberati eadem condicio sit, credendum est sequenti capite, quod deficit, de hoc cautum fuisse. Praemia victorum

Impensas muneris consentaneum est vel maxime eo auctas esse, quod in gladiatoribus notis et amatis aut lanistae, si erant ex ludo, aut ipsi liberati ingentia pretia exigebant, novimusque a Tiberio rudiarios quosdam in hare- Pretia gladiatorum

[1]) Eodem spectare videtur locus mutilus Ulpiani Vat. fr. 72 sic fere supplendus: [*Iidem* (Sabinus et Cassius) *fructum oper*]*ae gladiatoriae eius* (servi usufructuarii) *us*[*que ad praemia fructuario puta*]*nt competere posse: ut vero pugn*[*et, cogi non posse*]. Scilicet fructuarii non solum pretium fit ab editore numeratum, sed praemia quoque victoris.

[2]) Claud. 21. *Lances donaque*, quae fortiter pugnantibus Domitianus misit (Martialis spect. 26, 9), omnino dantur extra ordinem poteruntque componi cum donis iis, quae praesides qui ludis interveniunt ludiis tribuere solent secundum constitutionem a. 409 supra p. 404 not. 2 citatam.

[3]) Verba extrema abrupta: *is quoque qui senior atque in*[*h*]*abilior operam suam denuo* ... nequaquam ad gladiatorem ex servitute liberatum et in harenam revocatum referri possunt, sed videtur gladiatori liberato propter victorias opponi exemptus propter aetatem vel debilitatem. Id quo spectet non perspicio; missio certe huc non pertinet, cum condicio gladiatoris per eam non mutetur (C. I. L. X, 7297).

nam revocatos esse auctoramento centum milium (marc. 20000)[1]. Huic malo Marcus quam medelam afferre voluerit, sententia fuse explicat. Secundum pretia, quae in ipsa harena ita videntur proposita esse, ut quanti singuli pugnantes aestimati essent spectatores cognoscerent (id enim videntur significare verba v. 36: *qui melior ... erit, duobus milibus sub signo*[2]) *pugnet*), distinguuntur genera duo gladiatorum, *promiscuae multitudinis* (v. 35) sive *gregarii* (v. 36. 38. 40)[3]) et *meliores*. Gregarii pretium sententia ait (v. 36) neque infra mille nummos descendere oportere neque duo milia excedere; eodem referendum erit, quod in certaminibus sacris civitatium Galliarum lanistae vetantur gladiatorem praebere *ampliore pretio quam binis milibus* (v. 56) et quod auctorato, ut vidimus (p. 411), e lege pretii nomine eadem summa a lanista solvitur. Pecunia sane exigua; in exemplo quod posuit auctor aequalis Gaius pro gladiatore occiso vel debilitato duplum solvitur[4]). Sed pretia haec sunt servorum extra urbem Romam et id egit princeps, ut sumptus minueret quantum posset vel fortasse non posset. — Meliores *generatim* distinguuntur (ut dicitur v. 35) secundum *ordines* (v. 32) qui vocantur sive *classes* (v. 32) sive *coetus* (v. 31) sive *manipulos* (v. 32), ita ut unicuique ordini adscribatur summa maxima in eo non excedenda. Ordines autem fiunt modo tres iique bifariam:

gregariorum

meliorum secundum quinque classes

A	I	5000	B	I	8000
	II	4000		II	6000
	III	3000		III	5000

modo quinque rursus bifariam:

C	I	12000	D	I	15000
	II	10000		II	12000
	III	7000		III	9000
	IIII	6000		IIII	7000
	V	5000		V	6000

Itaque ne pro *summo* quidem *ac formoso* (vel *famoso*) *gladiatore* pretium lanistae solvi potest supra quindecim milia; quocum satis convenit, quod auc-

---

[1]) Suetonius Tib. 7. Livius 44, 31 ait Genthium pro Perse rege arma cepisse *vix gladiatorio* (= auctoramento) *accepto decem talentis*, quae faciunt sestertium CCXL milia.

[2]) In commate eo quid significent verba *sub signo*, parum perspicitur. Sub vexillo gladiatores in harenam processisse quamquam quod sciam non traditur, pompae convenit; sed id cum necessario ad omnes gladiatores pertineat, verba illa ita accepta non tantum abundant, sed turbant. Propterea explicationem praefero supra propositam sane et ipsam incertam.

[3]) Alibi non memorantur. *Venaliciarius graegarius* tituli Nemausensis (C. I. L. XII, 3349) adhuc mihi creditur esse, ut dixi ibi, magnarius; nam in tali negotio non venisse nisi gregarios idque honoris causa enuntiatum esse rationem non habet.

[4]) Gaius 3, 146 (v. p. 412 not. 2). Alia servorum pretia diligenter composuit Marquardt *Handb.* 7, 173 seq.

torato post liberationem in harenam revocato non plus solvi licet sestertium duodecim milia, quae est octava auctoramenti a Tiberio dati.

De hisce generibus gladiatorum ita disponitur, ut nihil novetur in muneribus assiforanis, quibus supra p. 399 vidimus quaestuaria significari, et sine dubio ne in honorariis quidem sumptum sestertium XXX milium non superantibus (v. 29), id quod fortasse significat in his gregarios solos pugnasse. Diserte id cavetur de civitatium Gallicarum muneribus sacris (v. 56); scilicet municipalia haec erant inferiora editis a sacerdotibus provinciarum. Hoc ut perficiatur, lanistarum quoque avaritia adhibetur; scilicet cum lege constitutum esset, ut singulis diebus qui pugnarent, eorum dimidia pars aut ex gregariis esset aut pro gregariis, deficientibus gregariis lanista substituere iubetur meliores, damno scilicet suo, cum summa cum editore stabilita propterea non augeatur.

Pretia per civitates diversa

Altera pars gladiatorum generatim distinguitur, sed alia ratione in civitatibus *fortioribus* (v. 48), in quibus per annos proximos *ampliora gladiatorum pretia flagrarint* (v. 47), alia in tenuioribus. In illis munerum quattuor classes fiunt secundum sumptus, prima a sest. XXX milibus ad LX, secunda inde ad C milia, tertia inde ad CL milia, quinta summae hac maioris, et quattuor illae gladiatorum aestimationes ad eos gradus applicantur. Classes praebebunt homines *numero pari* (v. 30) adeoque, si munus per plures dies continuabitur, in singulos dies *aequis partibus* (v. 39). Ita cum munus editur biduo CX milium et parium gladiatorum XXX, pugnabunt gregarii XXX, ex quinque autem ordinibus schematis tertii seni, et singulis quidem diebus gregarii quini deni, ex quinque ordinibus terni. — At in civitatibus minus frequentibus permittitur praesidi provinciae vel in Italia ei magistratui ad quem ea res pertinet retentis tribus gladiatorum generibus schematis scilicet primi (nam eo spectant verba v. 49 *pretia summa ac media ac postrema*) alio modo pretia in futurum definire: scilicet aut *rationibus decem retroversum annorum inspectis* (v. 51) tam publicis quam privatis (v. 49) eadem quae fuerunt pretia in futurum observari iubebit, aut alia ratione muneris proxime futuri pretia trifariam definiet et ita factos tres gradus item in perpetuum stabiliet[1].

Denique singulare quiddam constituitur v. 59—61 de pretio gladiatorum a sacerdotibus provinciarum emptorum non augendo, obscuratum sane eius capitis hiatibus et fabrilibus quoque erroribus (nam et praesentia offendunt et *at* vocabulum), sed quod intellegatur. Hi quamquam non vetantur emere gladiatores a lanistis, id quod neque fieri potuit et cum loco v. 13. 14 tum extremis verbis v. 61 diserte refellitur, tamen magis placet principi, ut gladiatores aut a sacerdote qui fuit recipiant aut auctoratos comparent: utrumque genus deinde successori tradere iubentur eodem quo eos adquisi-

---

[1]) Ita accipiendus videtur esse locus v. 53 corruptus et parum perspicuus.

verunt pretio [1]). Gladiatorem a lanista emptum non vetantur quo velint pretio successori vendere, vetantur ita eum vendere singulatim.

XLII. CONSTITVTIONES DVAE CRETENSES.

Fridericus Halbherr archaeologus Italus is qui una cum Fabricio nostrate legem Gortyniam in lucem protulit, reversus ex secundo itinere Cretensi, quod iussu eorum qui in Italia rebus praesunt ad explorationes illas continuandas susceperat, mecum benigne communicavit, quae ibi in saxis repperisset Latine scripta. Inter haec primarium locum obtinent constitutiones duae imperatorum Romanorum repertae Lytti *nella chiesa di Haghios Ioannis Kamariotis* (*ὁ εἰς τὰ Καμάρια*) *nella campagna che vi si stende ai piedi della collina ove era costrutta la città antica, in vicinanza del villaggio di Kastelli, capoluogo della provincia di Pediada.* Titulos quosdam Graecos eiusdem ecclesiae parietibus insertos nuper edidit Francogallus G. Doublet (*Bull. de corr. hell.* vol. 13 a. 1889 p. 66. 67). Illarum constitutionum altera ita collocata est intus in ecclesia, ut et describi potuerit et ectypo repraesentari; in altera ut idem recte fiat, fossa brevis cavanda est ad angulum ecclesiae eius inter septentrionem et occidentem, id cum per praesentes in insula turbas Halbherr perficere non posset, et a describendo abstinere debuit et ectypum sumpsit admodum imperfectum. Ego postquam constitutionem illam inserui ephemeridi Romanae quam edit Victorius Scialoja (*Bullettino dell' Instituto di diritto Romano* 2 a. 1889 p. 133), hoc loco utramque propono in tabulis adiectis *B* et *C*. In priore quae dedi inclinatis, adsumpsi ex apographo Halbherriano optime facto in ectypo mihi non visa.

Constitutio prior non ignota est. Non solum pars eius recepta est in corpora constitutionum C. Th. 9, 5, 1 = C. Iust. 9, 8, 3, sed, ut statim me admonuit amicus Huelsen, alterum quoque exemplum lapidi vel fortasse aeri incisum nescio ubi repertum et hodie denuo deperditum saeculo XVI fuit Patavii, editum post alios a me in C. I. L. vol. V n. 2781. Cuiusnam imperatoris sit, neutrum declarat, cum in Patavino principium desit, in Cretensi superscriptum sit tantummodo [*e*]*xemplum sacri edicti*, pariter atque *exemplum sacrarum litterarum* praescriptum est constitutionibus Diocletiani cod. Iust. 9, 16, 4 et Valentiniani II C. Th. 16, 5, 20 (cf. *exemplum edicti* Coll. 6, 4, 4), *e*(*xemplum*) *s*(*acri*) *r*(*escripti*) ei quam Constantinus ad Hispellates emisit

---

[1]) *Eodem pretio* etsi ex coniectura venit, re certum est; nam *dato pretio* similiave si suppleas, facis imperatores donationem interdicere et vere nihil agere. *Extemplo* vel simile quiddam qui supplet, pretium non auctum cogitatione suppleat necesse est; sed id ipsum enuntiari debuit. Omnino in hoc quoque capite tenendum est Marcum id curare, ut sumptus ludorum minuantur.

(Henzen 5580); Constantini primi esse colligitur ex constitutionum corporibus citatis. Plenius est exemplum Cretense Patavino non solum quod ab hoc primi versus absunt, sed etiam quod in eodem deficiunt prima quaeque singulorum versuum elementa; e contrario Cretense hiat duobus locis vv. 1—4 et vv. 46—51 mediis, scilicet quibus in lapidem hunc immissa est quae altare a navi ecclesiae dividit iconostasia.

Extremum caput textus Patavini cum absit ab exemplo Cretensi et caput id quod in Cretensi ultimum est contineat quae leges omnes fere claudit clausulam de forma promulgationis, sine dubio pars est constitutionis diversae. Argumentum quoque ei coniecturae favet; nam extremum caput textus Patavini speciem prae se fert exordii legis contra Caesarianorum delicta emissae. Nos fragmentum hoc loco non retractabimus.

Ceterum quid ex Cretensi exemplo accedat ad edictum hoc Constantini de accusationibus ab iureconsultis saepe tractatum, perspicietur ex recensione quam subiecimus. Variam lectionem adieci exemplaris Cretensis tam exempli quam ectypi, nisi quod propter vitia orthographica eius, ut B pro V cet., hiatusque eos quos explet, item vestigia quae explicare non potui ad tabulam redeundum est. Ex Patavino quae adsumpsi deficientia in Cretensi, exhibentur intra parentheses curvas ( ); in adnotationem pauca ex illo rettuli, de reliquis ablegans ad C. I. L. l. c.

[E]xemplum sacri edicti. 1
| ////ips///// probatum est plurimos non [s]o[lum] | fortunis, ////// 2. 3
//////////// accusationes ///// | [n]onnum[quam] /////// eiusmodi causis tam 4
e[o]s qui accus[an]|tur quam qui [ad test]imonium voc[an]tur gravissimis 5
vexatio[ni]|bus adfici. Un[de c]ons[u]lentes se[cur]itati provinciarum 6
nos|trarum eiusmodi remedi[a] prospeximus, ut accusator quidem | non 7. 8
omnimodo de iudicio repellatur, verum quicumque | intentionibus suis 9
probationes ad[der]e confidit, habeat | adeundi iudicis liberam potesta- 10
te(m ac ma)nifestis indici|is commissi reum detegat, ut pro qua(litate) 11
factorum conpe|tenter in eum, qui convictus fuerit, vindic[et](ur). Quod 12
si minime po|tuerit ea quae intentaverit conprobare, scire debet seve- 13
riori | s[e] sententiae subiugandum. Sane si quis alic(ui) maiestatis cri- 14
men | intenderit, cum eiusmodi obiectus minim(e que)mquam privile|gio 15. 16
dignitatis alicuius a strictiori inquis[iti](o)ne tueatur, scia(t) | se quoque 17
tormentis esse subdendum, si a(liis m)anifestis in|diciis atque argumen- 18
tis accusationem (su)am non potuerit | conprobare, cum in eo, qui huius 19
esse temeritatis deprehen|detur, illut quoque tormentis erui oporte(at, 20

4 eos] EIS Cret. — 7 remedia] REMEDIS Cret. — 8 ab *odo iudicio* (om. *de*) incipit Pat. — 10 iudicis] IVDICIIS Cret. (ap., altera I in ectypo certe dubia) — 10. 11 indici|is] IVDICIIS Cret. — 11 qualitate] CVA////// Cret. — 11. 12 conpetenter] R supra lineam suppl. Cret. — 14 se] ST Cret. (ect., ET ap.) — 20 erui] ERBI Cret.

c)uius consilio at|que instinctu ad accusationem accessisse v(ide)atur, 21
ut ab omni|bus tanti comm(issi) consciis vindicta possit r(epo)rtari. 22
| Delatoribus autem quod adeundi quoque iudici(s tam) statutis 23
pa|rentum nostrorum quam etiam nostris sanc(tio)nibus inter|clusa sit 24. 25
facultas, omnibus cognitum est, cum eiusmodi omni|bus audienti[a] 26
(non) debeat commodari, qua(ndo) quidem eos | pro tanti sceleris auda- 27
cia poenae conveni(at) subiugari.
| In servis quoque sive libertis, qui dominos vel (p)atronos ac|cu- 28. 29
sare aut deferre temptant, eiusmodi legem iuxta (a)n|tiqui quoque iuris 30
statutum observandam esse censuimus, ut | (s)cilicet professio tam 31
atrocis audaciae statim in admissi ipsius exor|dio per sententiam iudicis 32
conprimatur ac de(ne)gata audientia pa|tibulo adfixus qui ad (e)ius- 33
modi desperationem processerit, exem|plum ceteris praestet, ne quis in 34
posterum aud(ac)iae similis exis|tat. 35
| Sane ut undique versum securitati inn(o)centium consulatur, 36
pla|cet etiam famosos libellos non admitti. Q(u)os sine nomine | pro- 37. 38
positos si qui invenerit, statim det(rah)ere atque scin|dere vel igni de- 39
bebit exurere. In quibus (eti)am iudicum ei|usmodi observantiam esse 40
oportebit, ut, si forte ad se ta|lis libellus perlatus fuerit, igni eum prae- 41
cipiat concremar[i], | cum eiusm(odi scr)ipturam ab audientia iudicis 42
penitus o|porteat (submov)eri: manen[te] contra eos inquisitione, | qui 43. 44
libell(os eiusm)odi proponere ausi fuerint, ut (re)pert(i) | debitis t[e- 45
meri](t)atis suae poenis subiciantur.
| [S]uper i(taque o)mnibus tam ad praefectos nostros | quam 46. 47
(etiam et p)raesides et rationalem et magistrum | privat(ae script)a di- 48
reximus, quorum exempl[ar]i alio (e)di|cto no(stro) [pr](o)dit[o], cuius- 49
modi lege(m s)tatutumque | cont(ineat, pl)enissime declaratur. 50

21 accessisse] NECISCESSE Cret. — 25 sit] SIC Cret. — 26 audientia non] AVDIENTIAM Cret. — 29 iuxta an] IVXTAN Cret. (sic ap. et ut vid. ectypum quoque) — 33 eius] IVS Cret. — 36 versum] VERSAM Cret. — innocentium] INNCENTIVM Cret. — 38 propositos] PROPOSITIS Cret. — observantia] OBSERBANTIAM Cret. — 41 libellus perlatus] LIBELLOS PERLATOS Cret. — 43 manente] MANETET Cret., MANEN// Pat. — 44 ausi] AVT SI Cret. (ect. deficit) — 46 UPERITIS Cret. (ap.), . . ITAQVE Pat.; malim *super istis* — 47 exemplari] EXEMPLI Cret., EXEMPLA Pat. — alio e|dicto] ALIO/DI|CTO Cret. (ect.), ALIOSDI|CTO Cret. (ap.) — [pr]odito] //ODITA Cret., deficit Pat.

Capitis secundi primum vocabulum, quod Klenzius esse credidit *familiaribus,* Vesmius quem ego secutus sum *infamibus,* iam apparet vere fuisse *delatoribus*; quo posito simul explicatum est quod paullo post imperator ait eum de quo agitur et aliorum principum et suis sanctionibus ab accusando

arceri: intellegit scilicet cum legem C. Th. 10, 10, 1 hanc: *de delatoribus iam certa statuimus, quibus si quis contra fecerit, poenam capitalem excipiet* tum alteram deperditam anteriorem, cuius haec meminit; illa enim quae superest lata est die Ian. 18 a. 313, tertio mense post devictum Maxentium, anno eum quo edictum hoc propositum est proxime praecedente [1]). Ceterum tantum abest, ut nova hinc prodeant, ut caput hoc Theodosiani codicis conditores propterea videantur omisisse, quod alias tres Constantini de delatoribus sanctiones receperunt.

Posterioris legis ectypum mihi traditum quamquam neque mihi neque adiutoribus optimis et strenuis Huelseno et Dresselio successit ut satis legeremus, nihilominus non suppressi, sperans fore ut disiecta haec membra peregrinatores futuros incitent ad rem plene expediendam. Quae exhibentur ea non solum lacera sunt, sed etiam parum certa pleraque, neque fateor sustinui laboris nullo modo perficiendi iustam executionem. Agi de praediis maxime *enthecae* mentio v. 38 indicat; sed adhuc abstinendum est etiam a coniecturis. Intellegitur clausula v. 43—46:

> ..... *omni[bu]s ta[m] praefectis nostris quam etiam etiam* (sic) *praesidibus provinciarum, ration[ali] quoque et pribate magistro scripserimus, exempla subesse praecepimus, ut isdem quoque omnibus cognitis provinciales nostri per benivole[n]tia[m] nostram consultum s[ibi] esse laetentur,*

quae convenit fere cum clausula constitutionis alterius.

Addere placet observationes quasdam de clausula constitutionis utriusque. Leges notum est hac aetate aut recitatas esse in senatu aut promulgatas modo per edictum principis ad populum, modo per constitutiones directas ad magistratus eos, ad quos res spectaret. Formae hae duae promulgandi differunt cum inscriptione tum subscriptione. Inscriptio edicti secundum formam antiquam haec est: *imperator ille dicit* [2]); sed quod ei formulae primo nostrae aerae saeculo invenimus praescriptum: *edictum imperatoris* illius adiectis die loco anno propositionis, hac aetate praefationem sollemnem fere expulit [3]).

---

[1]) Eodem recte rettulit Gothofredus (ad C. Th. l. c.) locum Eumenii panegyrici (9 [8]) habiti ipso a. 313 c. 4: *te (sequebatur) abolitarum calumniarum, te prohibitarum delationum, te conservati orbis atque homicidarum sanguinis gratulatio*, sed minus recte ad constitutiones Maxentio devicto anteriores eum traxit; immo rhetor de ipsa illa lege cogitans rhetorica prolepsi usus est.

[2]) C. I. L. V, 5050; item sic edicunt Nero in edicto Corinthi nuper reperto et Diocletianus et collegae de pretiis rerum (C. III p. 824). *Staatsrecht* 1, 205 n. 1. Corpora constitutionum eam nusquam servaverunt, neque tamen propter eam causam admiserim, quod admisit Krueger (*Geschichte d. röm. Rechtsquellen* 1 p. 264), hoc saeculo eam oblitteratam fuisse, cum edicti principis ad populum forma alia nulla inveniatur neque facile possit cogitari.

[3]) Luculentum exemplum offert imp. Claudii edictum de Anaunis (C. V, 5050), ubi edictum (*Ti. Claudius* cet. *dicit*) haec praecedunt: *M. Iunio Silano Q. Sulpicio Camerino cos. idibus Martis Bais in praetorio edictum Ti. Claudi Caesaris Augusti Ger-*

Subscriptio edicti hac aetate sollemnis, scilicet ea quam sua manu addit princeps, haec est: *proponatur populo*[1]); quae propositio licet perfici non possit nisi per magistratus imperatori parentes, ii per quos edictum populo partive populi proponitur neque in ipso edicto enuntiantur neque in adiectis, ut ipse princeps eos ad quos res pertinet adloqui videatur[2]). Contra constitutiones ad magistratus directas notum est formam retinere epistulariam, scilicet in inscriptione enuntiari quis cui scribat, subscriptionem sollemnem et in eiusmodi epistulis autographam solitam esse salutationis clausulam. Eae ut legis vim habeant, promulgandae sunt et ipsae neque promulgatio

---

manici propositum fuit id quod infra scriptum est. Similia exordia aetate imperatoria praescribuntur senatus consultis (*Staatsrecht* 3, 1012 n. 3). Eius generis est breve quod hic habemus *exemplum sacri edicti* omisso nomine imperatoris sane perperam, item non pauca servata in constitutionum libris ita ordinata, ut post nomen imperatoris primo casu enuntiatum sequatur *edictum ad* illos (C. Th. 4, 4, 5. 7, 13, 8. 9, 27, 6. 10, 10, 13. 16, 1, 2. Nov. Val. III 5. 14) vel *edictum* nude (C. Th. 11, 3, 4. 16, 5, 38. 16, 6, 3), semel *edicto suo ad* illos (C. Th. 8, 4, 2). In variis Cassiodori praecedit vocabulum *edictum*, sequitur nomen regis casu primo.

[1]) Eiusmodi subscriptionem plene servaverunt novellae duae Valentiniani tertii tit. 9 et 14 inscriptae illa *impp.* illi *populo Romano*, haec *impp.* illi: *edictum ad populum urbis Romae*, subscriptae ambae sic: *et manu divina: proponatur amantissimo nostro populo Romano: et ad latus: dat.* (sequuntur dies, locus, annus). Iustiniani novellis 13. 69. 141 emissis Graece ad Constantinopolitanos subscriptum est Latinis verbis: *proponatur Constantinopoli civibus nostris: dat.* (sequuntur dies et annus). Eusebius quoque in vita Constantini edicta eius duo affert subscripta alterum manu ut ait ipsius principis (2, 23) sic: προτεθήτω ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀνατολικοῖς μέρεσιν (2, 42), alterum simpliciter προτεθήτω (3, 65). Ea subditicia esse Amadeus Crivellucci (*della fede di Eusebio nella vita di Costantino.* Livorno 1888) ut idoneis argumentis adstruxit, ita quibus formam impugnavit (p. 98 seq.) argumenta reicienda sunt, cum verba παρ' ἡμῖν 2, 23 pariter atque 2, 20 intellegenda sint de tabulariis publicis partium Orientis et lex destinata provincialibus Orientis universis promulgataque per singulas eius provincias recte inscribatur provincialibus Palaestinae, descripta, scilicet ex exemplari in ea provincia publice proposito. Denique parum probabile est in talibus Eusebium a sollemni forma recessisse.

[2]) Potest sane addi, ut magistratus id per suam quisque regionem publicent, ut scriptum est in edicto Claudii apud Iosephum ant. 19, 5, 3 directo ad imperium universum (εἰς τὴν οἰκουμένην): τοῦτό μου τὸ διάταγμα τοὺς ἄρχοντας τῶν πόλεων καὶ τῶν κολωνιῶν καὶ μουνικιπίων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τῶν ἐκτός, βασιλεῖς τε καὶ δυνάστας διὰ τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν ἐγγράψασθαι βούλομαι, ἐκκείμενόν τε ἔχειν οὐκ ἔλαττον ἡμερῶν τριάκοντα, ὅθεν ἐξ ἐπιπέδου καλῶς ἀναγνωσθῆναι δύναται. Similem clausulam habuit sine dubio edictum eiusdem imperatoris de vehiculatione, cuius exemplum repertum est Tegeae in Arcadia (Eph. V n. 187 = C. I. L. III, 7251). Edictum autem imperatorium cum adiecto edicto magistratus inferioris quod sciam extat nullum; extant edicta magistratuum cum simili adiectione promulgata, ut notissimis duobus edictis praefecti Aegypti (C. I. Gr. 4956. 4957: ille λέγει) praescripta sunt edicta strategorum oasis Thebaidos promulgatoria (τοῦ πεμφθέντος μοι διατάγματος ὑπὸ τοῦ . . . ἡγεμόνος . . . τὸ ἀντίγραφον ὑμεῖν ὑπέταξα).

cogitari potest sine edicto; sed edictum id is qui epistulam accipit ipse addit[1]) ita, ut epistulam imperatoris plerumque praecedat[2]), aliquoties subsequatur[3]), et ita aliquatenus excusabitur, quod sub *edictalis legis* vocabulo hac aetate utrumque genus comprehenditur[4]). — Aliquoties promulgandi ratio utraque coniunctae procedunt, scilicet et edictum emittit imperator ad populum et eandem legem mittit ad magistratus. Id et in aliis gravioribus factum esse invenimus[5]) et in hac lege de accusationum abusu restringendo, unde hoc certe intellegitur, quantam vim Constantinus ei tribuerit. Mire autem et quod sciam sine exemplo non ipsi magistratus legem de ea re ad se directam

---

[1]) Magistratus, ad quem constitutio directa est, quod addit promulgans eam, *edictum* appellatur in novellis Valentiniani III tit. 20. 22. 24. 26, Graece plerumque *πρόγραμμα*, ut in constitutione Sirmondiana 12 et passim in novellis Iustinianis, etiam *κήρυγμα* (Biener *Geschichte der Novellen* p. 28). Sane ubi non promulgandi causa magistratus epistulam accipit, cessat promulgatio. Ita constitutio Iustiniani nov. 22 de secundis nuptiis mittitur quidem et ad praefectos praetorio et ad alios magistratus complures, sed ut hi iubeantur cum solis togatis officialibusque suis eam communicare, non publice eam promulgare, *ἀρχούντων τῶν περὶ τούτου παρ' ἡμῶν γεγραμμένων πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων.*

[2]) Inde constitutio principis dicitur promulgata *sub edicto* (nov. Valent. 26) vel *sub programmate* (const. Sirmond. 12) magistratus eius, ad quem directa est. Krueger l. c. p. 266 not. 17. De subiciendi vocabulo in tali re sollemni dixi monum. Ancyr. ed. 2 p. XI.

[3]) Inde constitutio principis dicitur *antelata edicto* eius magistratus, ad quem directa est (nov. Valent. 20. 22. 24) vel *praelata litteris* (C. Th. 9, 3, 4 cet.). Inde in edicto Constantini de Christianis extremo sic est Latine (apud Lactantium de mort. persec. c. 48): *praelata programmati* (codex *prolata programmate* male) *tuo haec scripta ... ad omnium scientiam te perferre conveniet*, Graece (apud Eusebium hist. eccl. 10, 5 secundum codices paucos, sed omnino sequendos): *προταχθέντα τοῦ σοῦ προγράμματος ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν γραφέντα ..... εἰς γνῶσιν πάντων ἀγαγεῖν ἀκόλουθόν ἐστιν.* Etiam in mutila constitutione eiusdem imperatoris Vat. fr. 249 extrema ita supplenda sunt: [*lex haec programma*]*ti tuo praeferenda est.* — Krueger l. c.

[4]) Eatenus adsentior Kruegero l. c. p. 264. Ostendunt id inter alias leges Valentiniani III directae utraque ad praefectum praetorio nov. 7, 1, 5 sic finiens: *illustris ... magnificentia tua edictalem legem ... programmate suo in cunctorum provincialium iubebit ire notitiam* et altera nov. 34, 1, 20 finiens ita: *illustris .. magnificentia tua hanc .. edictalem legem propositis vulgabit edictis*, potuitque sane edictio iussu principis facta a magistratu recte ipsi principi attribui.

[5]) Lex Theodosii II de reliquis quadraginta annorum remittendis (C. Th. 11, 28, 9) et per *edictum ad populum* promulgata est et missa est ad praefectum praetorio et ad comitem sacrarum largitionum aliosque ad quos ea res pertinebat. Iustiniani lex de lenonibus tollendis (nov. 14) directa est edicti forma ad populum urbis Constantinopolitanae, sed eiusdem exemplar (*τὸ ἰσότυπον*) cum additamento missum ad magistrum officiorum. Alteram de tollendis suffragiis (nov. 8) imperator ait misisse se ad praefectos, sed item promulgare se per edictum ad Constantinopolitanos directum: (*νόμον*) *πρὸς τοὺς ... ἡμῶν ἐπάρχους ἐγράψαμεν· ἀλλὰ προσῆκόν ἐστι καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς εἰδέναι τὴν ἡμετέραν πρόνοιαν ... καὶ διὰ τοῦτο τὸν νόμον αὐτὸν καὶ ἐν ἰδίκτου προτεθείκαμεν σχήματι.*

promulgant, sed *alio edicto* suo imperator epistulas illas promulgat scilicet ei insertas; neque enim video quomodo prioris constitutionis verba perplexa nec sine mendis tradita aliter explicentur. Etiam in altera lege idem fere evenit; scilicet et ipsam edicti forma emissam esse dubitari non potest, subiecta autem ei sunt, ut in fine dicitur, quae de eadem re ad magistratus scripsit imperator. Exempla quae legum corpora suppeditant similia ita comparata sunt, ut edictum epistulaque eodem exemplo concepta sint vel certe non differant nisi capite aliquo addito demptove; at in his quae edimus diversitas quaedam requiritur inter edictum imperatoris ad populum directum et epistulas de eadem re magistratibus scriptas.

Quibusnam magistratibus lex mittatur quamquam pendet ex argumento eius, nihilominus consuetudo aliquatenus in ea re valuit. Primum locum in ea re tenere solent praetorii praefecti, qui etiam in hisce duabus legibus ante reliquos nuncupantur. His addi solitos esse duos alios primi ordinis magistratus, scilicet pecuniae publicae curatorem alterumque privatae principis, inde videtur colligi posse, quod eadem formula adsunt in utraque lege, quarum prior certe vix multum ad ipsos pertinuit, neque recte opponetur, quod praeterea quod sciam similiter non reperiuntur [1]); nam tralaticia haec ex constitutionum syllogis fere sublata sunt. Appellantur autem illi in utraque lege nominibus vetustioribus: scilicet *rationalis* qui dicitur, nempe summae rei [2]), is est qui ab anno certe 340 appellatur comes sacrarum largitionum [3]), similiter *magister privatae*, item summae rei [4]), is quem ab anno inde 342 reperimus sub titulo comitis rei privatae [5]). Itaque utraque appellatio recte convenit constitutioni emissae a Constantino anno ut videtur 314, certe ante a. 324 poteritque etiam de alterius aetate, de qua aliunde non constat, inde coniectura capi.

Denique quod ait princeps legem emissam esse etiam ad praesides provinciarum, ostendit leges provincialibus destinatas ex ipsa aula ad praesides illos dirigi potuisse. Sane plerumque princeps leges ita misit ad prae-

---

[1]) Certe ubicumque praeterea in inscriptionibus nominantur comites sacrarum largitionum et rei privatae sive soli sive cum aliis (C. Th. 11, 28, 9; Marcianus nov. 2; Iustin. nov. 22), evidenter de officio eorum agitur.

[2]) Rationales dioeceseos inveniri iam sub Diocletiano et Constantino alibi ostendi (*mem. dell' inst. arch.* 2, 325); confirmatur hisce legibus praepositum eorum nudo vocabulo satis significari, sicut aetate meliore idem appellari solet *a rationibus* vel *procurator a rationibus* nude (Hirschfeld *Verwaltungsgesch.* 1, 30 seq.). Ante inventum exemplum Cretense suppleveram *rationales* non recte.

[3]) *Mem. dell' inst.* 2, 322.

[4]) Magistri privatae praeter summum etiam dioecesium reperiuntur item inde a Diocletiano (*mem.* l. c. p. 321).

[5]) Primus qui invenitur Eusebius est C. Th. 10, 10, 6. In constitutione a. 319 C. Th. 10, 8, 2 qui memoratur *vir perfectissimus comes et amicus noster* si fuit magister privatae, ipsa confirmat eum tunc non fuisse inter illustres; comitis vocabulo vel tunc quominus aut omnes usi sint aut certe unus eorum recte uti potuerit, nihil impedit.

fectos praetorio, ut hi eas cum praesidibus communicarent[1]), praeses rursus eas civitatibus transmitteret[2]); sed interdum non solum ex aula exemplaria ad praesides directa sunt[3]), sed adeo praefectis praetorio promulgatio interdicta[4]), id quod probabile est factum esse maxime sumptuum minuendorum causa[5]). Id ipsum etiam in duas hasce constitutiones cadit.

XLIII. SPICILEGIVM TITVLORVM LATINORVM

EX CRETA ET EX AEGYPTO.

Nuper cum emiserim voluminis tertii syllogae nostrae inscriptionum Latinarum supplementum pertinens ad imperii provincias Graecas, locum dare non potui titulis quibusdam in Creta et in Aegypto eruderatis sero ad me delatis inserendis iam eiusdem supplementi parti extremae. Ea autem antequam edatur cum anni aliquot elapsuri sint, placuit interim eos huic Ephemeridi inserere, ne fugiant quorum res interest.

1 litteris altis cent. 14—15 in lapidibus quadratis novem repertis inter rudera Cnossi oppidi a. 1887 a militibus Turcis *che scavavano per ricerca di materiale da costruzione nei terreni del Teké di Chani-Ali intorno agli avanzi di una grande costruzione romana.* Eius aedificii, ut adnotat Halbherr, meminit formamque eius delineavit Honorius Belli c. a. 1586; Belliana ea edidit Ed. Falkener *a description of some important theatres and other*

---

1) Iustiniani nov. 1 fin. data ad praefectum praetorio: *γενήσεται παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐνταυθοῖ κηρύγματα πᾶσι περιαγγέλλοντα τὴν τοῦ νόμου δύναμιν, σταλήσεται δὲ καὶ κατὰ χώραν ἐν ἅπασιν ἤδη τοῖς ἔθνεσιν.* Nov. 94 fin. Similia redeunt passim.

2) Iustiniani nov. 1 post modo adlata: *οἱ δέ γε τῶν μητροπόλεων ἄρχοντες ταῦτα λαβόντες ... ἑκάστῃ παραπέμψουσι πόλει.* Nov. 66 c. 3 et alibi.

3) Exemplum suppeditat saepe citata constitutio a. 414 C. Th. 11, 28, 9 emissa et per edictum et ad praefectos praetorio et ad rectores provinciarum.

4) Novellam Iustiniani 131 a. 545 praefectus praetorio, ad quem scripta est, iubetur edicto Constantinopoli promulgare (*ἰδίκτων κατὰ τὸ σύνηθες κατὰ τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν προτιθεμένων*) neque tamen in provinciis: *ἡμεῖς γὰρ προνοήσομεν, ὅπως ἄνευ πάσης τῆς τῶν ὑποτελῶν ζημίας καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις φανερωθείη.* Similiter finit nov. 120 a. 544, ubi etiam apertius praefectus vetatur eam in provinciis promulgare (*μηδενὸς ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας ἐν ταῖς ἐπαρχίαις στελλομένου*).

5) Id significat nov. 131, explicat constitutio Iustiniani cod. 12, 65, 2, qua sportulae determinantur legum novarum nuntiis solvendae. Rem non explicatam reliquit Biener *Gesch. d. Novellen* p. 33, non recte explicuit Z. a Lingenthal ad nov. 131 sive editionis suae n. 151.

remains in Creta from a ms. history of Candia by Onorio Belli in 1586. Londini 1854. 8. pp. 32, usus cum epitome eius commentarii facta ab Apo-

... *g*|ERM|*anicus p*|ONTIF·MAX| columna eminens |T|R·POT II COS|III

Descripsit deditque Halbherr.

Aut Claudius posuit aut Nerva; potest enim recte suppleri tam *Ti. Clau-*

---

2 litteris altis centim. 3—4; *sulla superficie d'una specie di colonna cilindrica, vuota nel mezzo, forse tagliata nella parte superiore.* Cnossi olim prostitisse conicit Halbherr propter coloniae vocabulum aptum nulli alii oppido Cretensi, recte opinor. Extat Candiae in vestibulo domus Hassan-Agà-Dabaráki.

DEDIT · IN · HOC · MVNER)(· D · SVNT · QVOS · E LEGE
COLONIÆ · PRO LVDIS · DARE · DEBVIT

Halbherr descripsit et dedit.

.... *dedit. In hoc muner(e denarii)* D *sunt, quos e lege coloniae pro ludis dare debuit.* Itaque lege coloniae Cnossi cautum videtur fuisse, magistratum nescio quem adepti ut ne ludos darent secundum consuetudinem antiquam, sed pro ludis certam summam aerario publico inferrent. Is qui hunc titulum posuit cum ea occasione munus ederet, decuriones illationem illam ei remiserunt.

---

3 lapis magnus altus m. 0.68, longus m. 1.59, crassus m. 0.19. Gortynae *tra la chiesa di S. Tito ed il posto della grande iscrizione arcaica delle leggi, sulla sponda sinistra del Lethaeus nel campo dei fratelli Curidáki.*

*num*INI · AC · PROVIDENTIAE ·
*ti. ca*ESAR · AVG · ET · SENATVS ·
EIVS DIE · QVI · FVIT · XV · K · NOVEMBR
VIRIASIVS · NASO · PRO · COS · TERTIO · SVA · PECVNIA
CONSECRAVIT

Halbherr descripsit et dedit.

P. Viriasius Naso tr. pl. cum redeat in cippis C. VI, 1267, qui videntur positi esse primis annis Tiberii, ad proconsulatum praetorium non potuit pervenire nisi imperante eodem, itaque v. 2 non Augusti praenomen, sed Tiberii supplevi. Confirmatur id die quem proconsul celebrat: scilicet, ut opportune monuit Hirschfeldius, is est quo periit a. 31 Seianus, propter eam causam senatus decreto feriatus (Tacitus ann. 6, 25). Confert Inter-

stolo Zeno et adservata Venetiis in bibliotheca Marciana tum formis adservatis Mediolani in bibliotheca Ambrosiana. Forma ibidem datur p. 25.

DESI	*g. iiii p.*	P·COL·	COL·I·N	co-lum-na emi-nens	CN	DEDIT	co-lum-na emi-nens

dius Caesar Aug. Germanicus **quam** ***imp. Nerva Caesar Aug. Germanicus.*** **Cnossus in nummis appellatur** ***c(olonia) I(ulia) n(obilis?) Cno(ssus).***

---

amnatem Orell. 689 ob eandem causam a. 32 dedicatum item ***providentiae*** **Tiberii et supplet 3 in.** ***in mem(oriam) eius die*** **(=** ***diei*****) additque 4 in. quod aegre desideratur praenomen. Quod si vv. 3. 4 principio integri sunt, id quod propter periti qui descripsit viri auctoritatem supra retinui, senatus hic dicitur Tiberii esse, sine exemplo et ita contra instituta moresque Romanos, ut vel in provincia et Graeca et longinqua id magnopere offendat.**

---

4 lapis parvus, Gortynae in postscaenio theatri maioris, non suo loco, sed collocatus in opere secundum Bellium.

IVLIAE AVG

Ex Bellianorum epitome facta ab Apostolo Zeno edidit Falkener in libello citato ad n. 2 p. 21.

---

5 (= C. III, 4 et p. 967) basis alta m. 1.04, lata m. 0.61, crassa m. 0.55, Gortynae prope ecclesiam S. Titi in ripa dextra Lethaei.

IMP · CAESARI · L · SE*ptimio*
SEVERO PERTINAC*i aug. p. m.*
TR·P·III·COS·II·IMP·III·P·P — p. C. 195
C·R·Q·G·C·EX SVMMA QVAM
INTVLIT PRO DECVRIONATV SVO
FL · TITIANVS SACERDOS DESIGNA
TVS DIVI TRAIANI · CVRANTE
L · NAEVIO · EXACESTA · SACERDOTE
DIVI AVG·ET·C·C·R·G·C·

Post apographa duo imperfectum Velseni et Thenoni corruptum iam hoc quod Halbherr sumpsit nobisque obtulit titulum explicat.

Imp. Caesari L. Se[ptimio] Severo Pertinac[i Aug(usto) p(ontifici) m(aximo)], tr(ibunicia) p(otestate) III, co(n)s(uli) III, imp(eratori) III(?), p(atri) p(atriae) c(ives) R(omani) q(ui) G(ortynae) c(onsistunt) ex summa, quam intulit pro decurionatu suo Fl(avius) Titianus sacerdos designatus divi Traiani, curante

L. Naevio Exacesta sacerdote divi Aug(usti) et c(uratore) c(ivium) R(omanorum) G(ortynae c(onsistentium). In numero acclamationum imperatoriarum, qui debet esse IIII (Eckhel 7, 171), fortasse quadratarius erravit. V. 9 C C R C C Thenon dedit, O·C·R·G·C Halbherr. — Decurionatus cum non referri queat nisi ad ordinem Gortynensium, notabile est de ea summa, cum inferretur a cive Romano, non ordinem disponere, sed cives Romanos Gortynae consistentes. Sed cum persaepe negotiatores Romani in Graecis oppidis consistentes in actis publicis ita civibus adiungantur, ut tamquam alteram civitatis partem eamque magis honoratam efficiant, ad hoc quoque facile perveniri potuit. Sane cum colligentur aliquando et auctorum loci et tituli, quibus horum negotiatorum condicio municipalis declaratur, inter hos Gortynensis insignem locum tenebit.

---

6 basis, in cuius parte superiore vestigia sunt statuae ei impositae, lata 0.55 m., altitudinis incertae, cum pars sepulta sit inter rudera basilicae. Gortynae loco antiquo.

FORTVNATIANVS
SERVILIVS · V C//
CONSVLARIS CVRAVIT

ЄΦЄCTωTOC
TH CΠOYΔH THC
BACIΛIKHC KAΛOΠOΔH
TOY ΛOΓICTOY THC
MHTPOΠOΛЄωC

Halbherr descripsit et dedit.

Fortunatianus Servilius v(ir) c(larissimus) consularis curavit.

ἐφεστῶτος τῇ σπουδῇ τῆς βασιλικῆς Καλοπόδη (expectes Καλόποδος vel Καλοποδίου) *τοῦ λογιστοῦ τῆς μητροπόλεως.*

Cretae provinciae a quarto certe saeculo praefuit consularis eodemque tempore Gortyna metropolis locum obtinuit (Hierocles synecd. p. 649, C. I. G. n. 2592, cet.). Ei rerum statui bic titulus convenit, quamquam cum ex parte Latine scriptus sit, fortasse saeculi exeuntis tertii magis est quam quarti.

7—10 tituli stilo scripti vel potius minio picti, reperti in ripa Nili orientali inter Girge et Menschîye (quae fuit Ptolemais Hermiu) in collium, qui dicuntur Djebel-el-Tukh, lapicidinis vetustis ad septentrionem. *En dehors de l'ouverture de la carrière j'ai trouvé les restes des constructions où étaient logés les soldats de la garde* Sayce.

7 /ORVM
\TORI ·
\VS ·

8 CAÉSIÓ · DEC ·
FÉLICITÉR
HOMINI · BONÓ ·
GRATIAS · AGIMVS
OMNES · COMMILITONES
QVI · SV́B CVRA · EIVS SVMVS ·

9 Q · CAESIO · VALENTI ·
DEC · ÁLAE · VÓCONTIOR ·
FELI · TER *sic*
HÁBEAS · PROPITIVM · ÍMP ·

10 OMNIBVS ·
COMMILITONIBVS ·
QVI · HIC · FVERVNT · AD ·
CVSTODIAS · FELIC ·
COH · SCVT · C · R ·
FELICITÉR
COH · III · ITVR · FELICIT ·

Indicatas in itinerario Anglico (*Murray's handbook of travellers in Egypt* ed. 1880 p. 432) quaesivit et repperit A. H. Sayce ediditque in ephemeride Parisina *revue des études grecques* 1 (1888) p. 314. 315.

8, 6 ŚVB editur. — 10, 5 et 7 solve *cohorti*, non *cohors*. — 6 FELICITEŔ editur.

Aetatem titulorum aliquatenus definit ibidem a Saycio exceptum epigramma Graecum, de quo quem consului Georgius Kaibel sic iudicavit:

'Panis dei tota illa regio est, uti quidem Graeci opinabantur, et vicina est Πανῶν πόλις, λινουργῶν καὶ λιθουργῶν κατοικία παλαιά (Strab. 813). De Nymphis praeterea cum dubitari nequeat, coniunctus fuit Pan cum Nymphis, ut in epigr. Caesareensi (meae syll. 827) Πανί τε καὶ Νύμφαις; neque alia huius coniunctionis causa cogitari posse videtur.

Πανὶ ὁμοῦ Νύμφαι Ἰσιδώρ[ῳ] τάσδε ἔδωκαν
λατομίας εὑρεῖν τῷ Μενίππ[ο]ιο γόνῳ,
ἡνίκ' ἄ[ρ]α χρηστοῖσι κελεύσματι Μεττίου Ῥούφου
πάτρῃ ἡμετέρῃ Κρηστίδι λαοτόμουν.

1 'tradita ferri possunt, sed fuit fortasse Πὰν κ(αὶ) ὁμοῦ Νύμφαι' G. K. — ΙϹΙΔѠΡΑ/ — 2 ΜЄΝΙΠΙΤΙΟ; 'Μενῖππος non excedit illius ingenii fines, sed potest nomen Aegyptium fuisse' G. K. — 3 ΗΝΙΚΑΑΧΡΗϹΤΟΙϹΙ — 'Simul corrigam titulum Antinoopolitanum editum ibidem p. 317: v. 2 ἐν χρυσέῃ στ[ήλῃ] — v. 4 ὃς Θήβῃ μὲν ἕ[δρ]ας αὐτ[ὸν] ἔπεμψε [π]ρόμον' G. K.

Mettius Rufus scilicet Aegypto praefuit imperante Domitiano (Sueton. Dom. 4). Quamquam tituli Latini scribi potuerunt tempore aliquantum post epigramma Graecum. Ex tribus numeris, quorum milites iam videmus in his metallis damnatorum custodiam egisse, ala Vocontiorum posteriore aetate pars

fuit exercitus Britannici (C. VII, 1080; Brambach C. I. Rh. n. 67; nominatur praeterea ibidem n. 161 et in vitis triginta tyr. 3, 11; cf. huius eph. 5 p. 170). Inter alas Aegyptiacas lex a. 83 (Ephem. 5 p. 611) hanc non ponit, neque tamen certum est omnes eo tempore ibi constitutas ibi enumerari. Cohortem III Ityraeorum eodem anno Aegypto praesedisse eadem lex ostendit (cf. ibidem p. 614 not. 11). Cohors scutata civium Romanorum (cf. ibidem p. 249; Orell. 2448) redit in Notitia dignitatum Orientis 31, 52 collocata ibi in Thebaide Mutheos, quae est statio non longe distans a Ptolemaide et metallis hisce septentrionem versus.

---

11 Negadîye e regione Girge *à droite de l'entrée d'une tombe rupestre.*

C · VMбRIVS · FVSCVS MILES
LEG · $\overline{III}$ · CYIRINAECAE *sic*
' IVLII IVLI
V*a* / VIII

Sayce *proceedings of the society of Biblical archaeology* 2 Iun. 1885 p. 178 et lapide recognito *Revue des études grecques* 1 (1888) p. 316.

1 CVMIRIVS traditur. — 2 CYREAECAE ed. prior. — 3 / IVLII IVLI traditur. — 4 V' / VIII ed. altera, //LI XL prior.

TH. MOMMSEN.

Prodiit d. 31 Martis a. 1890.

DE ACCLAMATIONIBVS QVAE DICVNTVR IMPERATORIIS

SAECVLO P. CHR. IV.

Augustum, quamvis inde ab a. 714 praenomine imperatoris uteretur, tamen exemplo ducum liberae rei publicae denuo voluisse consalutari imperatorem, quoties victoria aliqua ab eo parta vel ei nuntiata esset, ita ut sub finem vitae diceretur *imperator vicies semel*[1]), item successores Augusti quamvis et ipsi plerique praenomine imperatoris uterentur, veterem imperatoriarum salutationum consuetudinem ita retinuisse, ut post primum nuntium de re bene gesta dicerentur *imp. II*, notum est et exploratum, neque in animo est rei pervulgatae diutius immorari. Id nisi fallor nondum exploratum est, quousque haec consuetudo duraverit. Duravisse, vel certe nondum exolevisse temporibus Severi Alexandri apparet ex verbis de ea re factis a Dione 43, 44. 53, 17. 60, 21, loquitur enim ut de re etiamtum usitata; plane exolevisse saeculo p. Chr. quarto videtur mihi colligi posse ex inscriptionibus nomina et προσηγορίας imperatorum eius aetatis plena recensentibus. Perlustranti enim inscriptiones Diocletiani et successorum huius generis non multas, apparebit, numeris vocabulo imperatoris adscriptis significari non qualescumque salutationes, sed annos imperii. Ac primum quidem recenseamus inscriptiones huius generis quae praeter numerum imperatoris vocabulo adscriptum etiam numerum tribuniciae potestatis exhibent.

1. Titulus urbanus Diocletiani, VI 3787: trib. pot. VIIII imp. VIII. A. 292.

---

[1]) Mon. Ancyr. 1, 21.

2. Titulus Vitudurensis Diocletiani et collegarum, Momms. inscr. Helv. 239: Diocletianus trib. pot. XI imp. (numerus periit), Maximianus trib. pot. X imp. IX. (Caesaribus vocabulum imperatoris non tribuitur.) A. 294.

3. Praescriptio edicti de pretiis rerum, III p. 802: Diocletianus trib. pot. XVIII imp. XVIII, Maximianus trib. pot. XVII imp. XVII. (Caesares vocabulo imperatoris abstinuerunt.) A. 301.

4. Titulus Constantii senioris Thibilitanus, VIII 5526: trib. pot. X[*IIII*] imp. II. (Numerus tribuniciae potestatis certa ratione suppleri potuit.) A. 306.

5. Titulus Licinii Bisicensis, VIII 1357: trib. pot. X imp. X. A. 317 (potius quam 316)[1].

6. Titulus Constantini Sitifensis, VIII 8476 (cf. Eph. ep. 5, 938): trib. pot. X imp. VI. A. 315.

7. Alius titulus Constantini Sitifensis, VIII 8477: trib. pot. X imp. IX. A. 315.

8. Tertius Constantini non oppidi, sed tamen provinciae Sitifensis, VIII 8412: trib. pot. XIIII imp. XIII. A. 319 (?).

9. Miliarii Constantini, reperti compluribus locis Italiae superioris, V 8004. 8011. 8041. 8059. 8065. 8069. 8079. 8080: trib. pot. XXIII imp. XXII. A. 328.

10. Titulus Constantii, Constantini f., Sirmiensis, III 3705 cf. Eph. ep. 2, 746: trib. pot. XXXI imp. XXX. A. 354.

11. Titulus urbanus Valentiniani et collegarum, VI 1175 cf. Eph. ep. 4, 801: Valentinianus trib. pot. VII imp. VI, Valens trib. pot. VII imp. VI, Gratianus trib. pot. III imp. II. A. 369 (?).

His inscriptionibus accedit

12. Edictum Galerii et collegarum relatum ab Eusebio hist. eccl. 8, 17: Galerius trib. pot. XX imp. XIX, Constantinus trib. pot. (numerus excidit) imp. V, Licinius trib. pot. IIII imp. III. A. 311.

Si exceperis titulos Constantii senioris Thibilitanum (4) et Constantini Sitifensem primum (6), numerus imperatoris vocabulo adscriptus aut par est numero tribuniciae potestatis aut uno minor. Haec autem constantia necessario eo ducit, ut statuamus etiam numerum imperatoris vocabulo adscriptum significare annos imperii.

Quod autem hic numerus non ubique par est numero tribuniciae potestatis, sed interdum uno minor, id ita explicarim, ut, cum tribunicia potestas renovaretur aut vetere ex usu, de quo dixit Mommsen *Staatsr.* II³ p. 799 seq., d. 10 Decembris, aut kalendis Ianuariis, imperatoris vocabulo novus numerus adscriberetur exacto demum eo die quo princeps purpura indutus erat. Ita Constantius Constantini filius, Caesar dictus a patre anno 324[2]) a. d. VI

[1]) Cf. Seeck *Jahrb. f. Phil.* 1889 p. 628.

[2]) De anno dubitari poterat utrum esset 324 an 323 cf. Tillemont 4, 646, Seeck *Jahrb. f. Phil.* 1889, p. 629; sed eam dubitationem sustulit is ipse titulus de quo agimus Sirmiensis, correctus a Mommseno Eph. ep. 2, 746.

id. Nov.[1]) [potius quam Oct.[2])], tribunicia potestate XXXI fuit aut toto anno 354 aut certe usque ad d. 10 Dec., imperator XXXI a d. 8 Nov. demum, ita ut per maiorem partem anni recte diceretur, ut dicitur in titulo supra relato Sirmiensi (n. 10) *trib. pot. XXXI imp. XXX.* — Titulus autem Constantii senioris Thibilitanus (n. 4), in quo coniunctum fuit *trib. pot. XIIII* cum *imp. II*, non solum non pugnat cum ea quam proposui sententia, sed eam confirmat; Constantius enim, cum regnantibus Diocletiano et Maximiano imperatoris appellatione omnino abstinuerit (cf. ad n. 2. 3) et imperator dici coeperit eo demum die quo Augustus, id est kalendis Maiis a. 305[3]), a. 306 si non imperii, certe imperatoriae appellationis annum agebat secundum. Neque obstat quod Galerius sub finem vitae, et Constantius iunior in culmine potentiae constitutus, numero imperatoris vocabulo adscripto comprehenderunt etiam eos annos quibus Caesares tantum fuerant. — Denique titulum Constantini Sitifensem primum (n. 6), in quo coniungitur *trib. pot. X* cum *imp. VI*, non multum moror, primum quia testis unicus est contra multo plures, deinde quia, teste Wilmannsio, scriptus in lapide valde corroso difficilis est lectu, ita ut suspicioni locus sit, numerum illum post *imp.* non recte aut non plene esse descriptum. Accedit quod habemus titulum non solum eiusdem anni sed etiam eiusdem loci (n. 7), in quo est *imp. VIIII*; at mirum esset, Constantinum eodem anno dictum esse et *imp. VI* et *imp. IX.*

Restat ut videamus de nonnullis inscriptionibus numero tribuniciae potestatis destitutis, sed quorum tempora, cum consulatus principis indicatus sit, intra certos terminos concludi possint.

13. Titulus urbanus Maximiani, VI 1124: IMP. VIII COS. III. Titulus positus est post tertium, ante quartum consulatum initum a Maximiano, i. e. inter kal. Ian. 290 et 293. Maximianus, cum a Diocletiano collega adsumptus sit anno 285, annum potentiae octavum, quem verbis *imp. VIII* indicari crediderim, inchoavit ante finem anni 292.

14. 15. Miliarius Constantini Apulus, IX 6028: COS. III IMP. VII (vel secundum alium auctorem IMP. VIII). Alii miliarii Constantini, et ipsi ut videtur in Apulia omnes reperti, IX 6038, IX 6060 = X 6965, IX 6065 = X 6970, X 6932: COS. III IMP. IX. Cum Constantinus tertium consul processerit kal. Ian. 313, quartum kal. Ian. 315, certum est hos titulos positos esse a. 313 aut 314. Idem autem Constantinus, imperator a militibus appellatus post mortem patris, id est exeunte mense Iulio a. 306[4]), septimum imperii annum agebat mense Iul. 312/313, octavum mense Iul. 313/314, nonum mense Iul. 314/315; ita ut in his miliariis omnibus numero qui est post *imp.* annum imperii Constantiniani significari verisimile sit.

[1]) Consularia Constantinopolitana p. 232 ed. Mommsen.
[2]) Ammianus 14, 5, 1.
[3]) Tillemont 4, 85. 609.
[4]) Tillemont 4, 92. 618.

16. 17. Miliarii Iuliani, reperti circa Veronam et Tridentum V 8024. 8035. 8036 cf. 8053: imp. VII cos. III. Similes miliarii rep. trans iugum Alpium prope Innsbruck, III 5983. 5984: imp. VII cos. IIII[1]). Illos constat, cum Iulianus tertium consul processerit a. 361, quartum a. 363, positos esse a. 361 aut a. 362, in quod tempus incidit Iuliani, ad Caesaris dignitatem evecti d. 6. Nov. 355[2]), annus imperii septimus. In miliariis repertis prope Innsbruck, erectis, si fides est numero consulatus quaternario, anno demum 363, quo tempore Iulianus iam octavum potentiae annum inchoaverat, errore aut dictantis aut scribentium crediderim aut omissam esse post *imp. VII* lineolam aut adiectam in *cos. IIII.* Quae coniectura si cui nimis audax videbitur, meminerit velim, sescenta menda huius generis reperiri in inscriptionibus imperatorum paene omnium inde ab exeunte saeculo p. Chr. altero[3]), et mirabitur tam raro discrepare in inscriptionibus supra relatis numerum vocabulo imperatoris adscriptum ab annis regnantis.

Praeterea huc pertinent

18. nummi aurei Theodosii iunioris (Eckhel 8 p. 182, Sabatier *monnaies byzantines* 1 p. 115 n. 5—7) inscripti imp. XXXXII cos. XVII. Cum Theodosius decimum septimum consulatum inierit anno 439, duodevicesimum a. 444, purpura autem indutus sit anno 402, iam Eckhelius (l. c.) statuit, numero XXXXII significari non acclamationes imperatorias, sed annos regni Theodosiani[4]).

Iam quaeritur utrum primus Diocletianus eo quem vidimus modo annos imperii numeraverit et numerum imperatoris vocabulo adscribi solitum huc transtulerit, an consuetudinem inchoatam ab aliis stabiliverit. Difficilis autem est quaestio, quod admodum raro reperitur in inscriptionibus saeculi p. Chr. tertii *imp.* cum numero adiecto. Certum videtur, eodem modo, quo superiores principes, etiam Maximinum acclamatum esse imperatorem et eas acclamationes numeravisse; reperitur enim in eius inscriptionibus *trib. pot. II* coniunctum cum *imp. III* (III 3736. III S. 8060), *trib. pot. III* cum *imp. V* (VIII 10021. 10073. 10075. Eph. ep. 2, 764. 7, 559)[5]), *trib. pot. IIII* cum *imp. V* (X 6811), *trib. pot. V* cum *imp. VII* (II 4576). Eodem ducunt inscriptiones Gordiani VIII 4218 (*trib. pot. III imp. III*), VIII 5701 (*trib. pot. V imp. VI*), Eph. ep. 5, 1046 (*imp. VII*, sine numero tribuniciae potestatis). At in Gallieni inscriptionibus II 2200 (*trib. pot. IIII imp. III*) et VIII 1487 (*trib. pot. X imp. X*) iam apparet affinitas ea inter numerum vocabulo imperatoris adscriptum et numerum tribuniciae potestatis, quam

---

1) Similis est etiam miliarius editus Eph. ep. 4, 540, sed in eo consulatus numerus periit.

2) Ammianus 15, 8, 17.

3) Cf. quae dixit Mommsen *Staatsr.* II³ p. 801 not. 3.

4) Eckhelio adstipulatus est Mommsen *Neues Archiv f. ält. deutsche Geschichte* 16 p. 53.

5) Semel reperitur *trib. pot. III* coniunctum cum *imp. VI* (VIII 10047), errore ut videtur.

inde a Diocletiano supra observavimus. In Aureliani inscriptione quadam (VI 1112), semel tantum saeculo p. Chr. XVI, nescio a quo vel qua fide, descripta, dicitur fuisse *trib. pot. V imp. III*, in alia (XII 5548), quam vidit Hirschfeld, est *pro V imp. III*, quod intellegi nequit. — Maioris momenti est, quod in nummis aureis Postumi (de Witte *empereurs des Gaules* p. 55 n. 226 seq.; Cohen ed. 2 *Postumus* n. 236. 287) qui possunt esse cusi anno imperii eius quinto [1]), legitur *imp. V*, in nummo aeneo (de Witte l. c. p. 33 n. 112; Cohen l. c. n. 144), quem constat esse cusum cum Postumus esset tribunicia potestate X [2]), *imp. X*; nam id ipsum, quod non alii ulli numeri, sed *V* et *X* in nummis Postumi apparent [3]), indicat, significari annos imperii quintum et decimum, in multorum imperatorum moneta multis modis celebrari solitos. Videtur igitur Postumus, ut postea Diocletianus et eius successores, imperator II dici voluisse anno imperii secundo, et sic deinceps.

Iam vero cum satis nisi fallor demonstratum sit, numero post vocabulum imperatoris scribi solito, vergente saeculo p. Chr. III, salutationes imperatorias significare desiisse: quin ipsae quoque imperatoriae salutationes circa eadem tempora desierint, vix potest dubitari. Neque id mirum: militibus ea aetate, de qua agimus, eum qui erat imperator perpetuus, honoris causa denuo acclamare imperatorem, ut deinde appellaretur imperator iterum vel tertium, sine ratione debebat videre et paene absurdum; ipsi autem imperatores, in tanta mole noviciorum cognomentorum, cum inter alia *invicti* dicerentur, hanc prisci coloris προσηγορίαν non magni fecisse putandi sunt. Sed si vetus consuetudo acclamationum imperatoriarum paullatim in desuetudinem abiit, consuetudo post nomina principum inter reliquas appellationes vocabulum *imp.* cum numero adiecto perscribendi non statim in oblivionem abiisse putanda est; certe ei quibus mandatum erat epistulas principum edictaque conscribere, meminisse debebant, in epistularum edictorumque superiorum principum exordiis inter tribuniciae potestatis et consulatuum mentionem *imp.* scribi solitum esse cum numero adiecto. Iis necesse erat aut plane omittere imperatoris vocabulum — et potuit omitti, ut omitti solitum erat in superiorum principum epistulis ante imperatoriae acclamationis iterationem [4]) — aut, si retinere volebant imperatoris vocabulum, circumspicere, quo numerum post *imp.* collocatum referrent. Cum autem praecederet tribuniciae potestatis vocabulum cum numero qui significabat, quoties principi dies rediisset quo tribunicia potestas renovari solebat, paene sponte nisi fallor offerre se debebant, quo numerum post *imp.* referrent, anni im-

---

[1]) Legitur enim in eis ipsis nummis etiam *cos. III*, quod in aliis nummis Postumi reperitur coniunctum cum *tr. pot. III*, *tr. pot. IIII*, *tr. pot. V*. Cf. de Villefosse *revue archéol.* nov. ser. 37, 1879 p. 264.

[2]) Legitur enim in eo nummo etiam *cos. V*, consulatum autem quintum una cum tribunicia potestate decima a Postumo gestum esse alii nummi docent.

[3]) Nummus aureus relatus a Taninio, in quo dicitur esse *imp. II* (Eckhel 7 p. 438), sine dubio non diversus est a nummo ap. de Witte n. 228, in quo est *imp. V*.

[4]) C. I. L. III p. 905.

perii. Initio autem regni cuiusque crediderim scriptum esse *imp.* sine numero, ut ante primas kalendas Ianuarias scribebatur *trib. pot.* sine numero; sed fieri potest, ut interdum etiam scriptum sit *imp. I*[1]. — Hoc fere modo factum esse crediderim, ut numerus imperatoris vocabulo adiectus ab acclamationibus imperatoriis ad longe aliam rem significandam translatus sit.

Ceterum quamquam acclamationes proprie imperatoriae ante finem saeculi p. Chr. III in desuetudinem venisse putandae sunt, legiones non destiterunt post rem bene gestam Augustos acclamare. Legimus apud Ammianum 17, 13, 25, Constantium anno 358, re contra Sarmatas bene gesta, 'militari consensu' Sarmaticum secundo esse appellatum; sequitur, apud eundem Ammianum, adlocutio imperatoris, qua, post multa et magnifica verba, cognomentum sibi a militibus tributum admittit (17, 13, 33). Ex hac narratione Ammiani colligitur, ut iam Eckhelius (7, 401) vidit, numeros in nummis et inscriptionibus imperatorum aetatis labentis ad cognomenta Germanici, Sarmatici, Persici adiectos pertinere ad acclamationes similes acclamationum quae prius in usu fuerant imperatoriarum. Nec videtur casui tribuendum esse quod numeri huius generis primum comparent in nummis Gallieni (Eckhel 7, 401) et Postumi (Eckhel 7, 439; de Witte p. 21 n. 66), id est eodem fere tempore quo numeri imperatoris vocabulo vetere ex usu adiecti primum coeperunt annos regnantis significare.

Ut nihil, quod ad rem facere possit, praetermittam, pauca addenda sunt de congruentia quadam inter cognomenta Diocletiano et Maximiano in edicto de pretiis rerum tributa et numerum post nomina eorum ad vocabulum imperatoris adscriptum. Diocletianus, teste exordio edicti de pretiis rerum, cum esset tribunicia potestate XVIII, id est anno 301, appellabatur Germanicus maximus sextum, Sarmaticus maximus quartum, Persicus maximus iterum, Brittannicus maximus, Carpicus maximus, Armeniacus maximus, Medicus maximus, Adiabenicus maximus. Decies septies igitur, eo modo quo Constantius, teste Ammiano (cf. supra), anno 358, ante finem anni 301 a militibus salutari se passus erat Diocletianus. Imperator autem eo tempore, teste eodem edicto, erat XVIII. Maximianus, qui reliqua cognomenta paria videtur habuisse cum Diocletiano, sed Germanicus maximus appellabatur non sextum, sed quintum, salutatus videlicet a militibus illo modo decies sexies, imperator anno 301 erat XVII. Supra statuimus, collatis aliis inscriptionibus et ipsorum Diocletiani et Maximiani, et multis

---

[1]) *Imp. I* reperitur etiam multo antea in nummis Severi, in eiusdem nummis *cos. I* (Eckhel 7, 167), *tr. pot. I* in nummis Aemiliani (ib. 7, 371); sed hi sunt puto meri soloecismi. Sed conferri potest quod in titulo urbano VI, 1175 Gratianus dicitur *cons. primum.*

successorum, numeris *XVIII* et *XVII* significari annos imperii. Sed negari non potest, numeros illos quodammodo convenire etiam cum cognomentis imperatorum, adeo ut suspicari possis, acclamationes imperatorias non plane desiisse sub Diocletiano fieri, ut antea, et numerari: nudas tantum ut ita dicam acclamationes imperatorias exolevisse, mansisse acclamationes imperatorias coniunctas cum impositione cognomentorum; Diocletianum, cum primum post sumptam purpuram nuntiata esset victoria de Germanis vel de Sarmatis, acclamari voluisse Germanicum maximum vel Sarmaticum maximum, simul autem *imp. II*, et sic deinceps, donec post decem et septem huius generis acclamationes procederet *imp. XVIII.* Sed obstat quod in nulla alia inscriptione haec congruentia reperitur, immo in compluribus inscriptionibus numerus vocabulo imperatoris adscriptus aperte non convenit cum numero cognomentorum (III 3705. VIII 1357. 8412. 8477)[1]). Deinde cum constet ex inscriptionibus supra p. 429 seq. relatis, Diocletianum a. 292 fuisse *imp. VIII*, Maximianum a. 294 *imp. IX*, si sumimus *imp. XVIII* et *imp. XVII* a. 301 arcte cohaerere cum decem et septem cognomentis quibus Diocletianus, et cum sedecim, quibus Maximianus a militibus a. 301 honorati erant, idem statuere debebimus de *imp. VIII* in titulo Diocletiani anni 292 et de *imp. IX* in titulo Maximiani a. 294, et credere, Diocletiano usque ad a. 292 septem, Maximiano usque ad a. 294 octo cognomenta eius generis de quo agimus imposita esse, ita ut huic, cum a. 301 sedecim cognomenta habuerit, inter annos 294 et 301 octo, illi, cum a. 301 decem et septem cognomenta habuerit, inter annos 292 et 301 decem cognomenta accesserint; at Constantius inter annum 293, quo Caesar factus est, et a. 301, quo edictum de pretiis rerum scriptum est, teste eodem edicto, undecies cognomentis eius generis de quo agimus salutatus erat; Caesari autem Constantio intra annos 293 et 301 plures honores tributos esse quam Diocletiano Augusto intra annos 292 et 301, credi non potest. Denique id ipsum quod Caesares sub Diocletiano vocabulo imperatoris omnino abstinuerunt et nihilominus cognomentis illis usi sunt, documento est, numeros post nomina Augustorum ad vocabulum imperatoris adiectos nulla ratione coniunctos esse cum cognomentis. Casus igitur aliquis effecit, ut anno 301 cognomenta Diocletiano et Maximiano propter res bene gestas tributa eodem numero essent, uno minus, quo anni imperii eorum.

[1]) In edicto Galerii apud Eusebium hist. eccl. 8, 17 numeri ad cognomenta imperatoris adiecti confusi esse videntur, neque ipsa nomina plena; desideratur numerus post Γερμανικὸς μέγιστος, pro Περσ. μέγιστος δίς collato fragmento Sinopensi III S. 6979 expectaveris Περσ. μέγιστος τρίς, non debuit abesse Βρεττανικὸς μέγιστος.

H. Dessau.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

XLIV. TITVLVS APAMENVS.

Apameae in Phrygia titulum quem edimus descripsit Ramsay a. 1890 cum sociis Hogarth et Headlam, contulit a. 1891. In summa parte saxi quae cernuntur foramina ostendunt tabulationem aliquam ei superpositam fuisse, in parte ima incisa lacunaria pilas fuisse sub eo; positum igitur fuit in porticus parte superiore extrinsecus sub statuis duabus eam coronantibus. Iuxta sine dubio utrimque collocati fuerunt lapides similes item inscripti statuisque suppositi.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ οἱ κα-
τοικοῦντες Ῥωμαῖοι ἐτείμη-
σαν Τιβέριον Κλαύδιον Τι-
βερίου Κλαυδίου Π[είσω]νος
Μιθριδατιανοῦ υἱὸν Κυρεί-
να Γρανιανὸν γυμνασιαρ-
χοῦντα δι' ἀγοραίας ἐκ τῶν
ἰδίων τῇ σεμνοτάτῃ πατρίδι
δίχα τοῦ πόρου τοῦ ἐκ τοῦ δη-
μοσίου διδομένου δηναρί-
ων μυρίων πεντακισχει-
λίων· τὴν ἀνάστασιν
ποιησαμένων ἐκ τῶν ἰ-
δίων τῶν ἐν τῇ Θερμαίᾳ
πλατείᾳ • ἐπιμεληθέν-
των Μάρκου Μάρκου τοῦ
Οὐικκίου καὶ Δαμᾶ Ἀβασκάν-
του καὶ Τρύφωνος Ἀλεξάν-
δρου τῶν ἀνδριάντων.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ οἱ κατοικοῦντες Ῥωμαῖοι
ἐτείμησαν Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου Κλαυδίου Μι-
θριδάτου υἱὸν Κυρείνα Πείσωνα Μιθριδατιανὸν ἱερέα
διὰ βίου Διὸς Κελαινέως, γυμνασιαρχήσαντα δι' ἀγο-
ραίας καὶ ἀγορανομήσαντα δι' ἀγοραίας καὶ ἐφηβαρχήσαντα
καὶ ὑποσχόμενον ὑπὲρ Κλαυδίου Γρανιανοῦ τοῦ υἱοῦ
γυμνασιαρχίαν δι' ἀγοραίας ἐκ τῶν ἰδίων καὶ χαρισάμενον
τῇ πόλει τὸν ἐξ ἔθους διδόμενον ὑπ' αὐτῆς τῷ γυμνα-
σιαρχοῦντι πόρον δηνάρια μύρια πεντακισχείλια καὶ τῇ
πρώτῃ ἑξαμήνῳ, ἐν ᾗ καὶ ἡ ἀγόραιος ἤχθη, θέντα τὸ
ἔλαιον, ὑπὲρ δὲ τῶν λοιπῶν μηνῶν ἓξ δεδωκότα,
καθὼς ἡ πόλις ἠξίωσεν, δηνάρια μύρια ἐνακισχεί-
λια, ὥστε προστεθέντα καὶ τοῦτον τὸν πόρον
τοῖς μυρίοις πεντακισχειλίοις δηναρίοις σώζειν
τόκον δραχμιαῖον εἰς τὸ τῶν κουρατόρων ἐπι-
ζήμιον τὸ κατὰ ἔτος ὑπ' αὐτῶν διδόμενον, ὥσ-
τε τοῦ λοιποῦ χρόνου μηκέτι εἶναι κουράτο-
ρας, καθὼς ἡ πόλις ἐψηφίσατο, δι' ὅλου
τοῦ αἰῶνος • τὴν ἀνάστασιν ποιησαμένων
ἐκ τῶν ἰδίων τῶν ἐν τῇ Θερμαίᾳ πλατείᾳ.

Eorundem duorum virorum alteros titulos similiter dispositos et sine dubio olim iuxta positos descripsit idem Ramsay ediditque *revue archéologique* ser. 3 vol. 12 (1888) p. 221 et denuo *revue des études grecques* vol. 2 a. 1889 p. 30, qui sunt hi.

[Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ οἱ κατοικοῦντες Ῥωμαῖοι ἐτείμησαν] | Τι. Κλαύδιον Τι. Κλαυδίου [Μιθρι]|δάτου υἱὸν Κυρείνα Πείσωνα | Μιθριδατιανὸν ἱερέα διὰ βίου | Διὸς Κελαινέως, ἐφηβαρχήσαντα | καὶ γυμνασιαρχήσαντα καὶ ἀγορα|νομήσαντα διὰ ἀγοραίας καὶ ὑπεσ|χημένον ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ Κλαυδίου | Γρανιανοῦ γυμνασιαρχίαν δι' ἀγο|ραίας ἐκ τῶν ἰδίων δίχα πόρου τοῦ | διδομένου ἐκ τοῦ δημοσίου δηναρίων μυρίων πενταχ. χειλίων· τὴν ἀνάστασιν ποιησαμένων ἐκ τῶν ἰδίων τῶν ἐν τῇ Σκυτικῇ πλατείᾳ τεχνειτῶν.

Ἡ βουλὴ κ[αὶ ὁ δῆμος καὶ | οἱ] κατοικοῦ[ντες Ῥωμαῖ]|οι ἐτείμησα[ν Τ]ιβέριον | Κλαύδιον Τιβερίου Κλαυ|δίου Πείσωνος Μιθρι|δατιανοῦ υἱὸν Κυρείνα | Γρανιανὸν γυμνασιαρ|χοῦντα δι' ἀγοραίας ἐκ | τῶν ἰδίων τῇ γλυκυτά|τῃ πατρίδι δίχα τοῦ πόρου τοῦ ἐκ τοῦ δημοσίου | διδομένου· τὴν ἀνάσ|τασιν ποιησαμένων |ἐκ τῶν ἰδίων τῶν ἐν τῇ | Σκυτικῇ πλατείᾳ τεχνει|τῶν.

sub utroque titulo:

ἐπιμεληθέντων Παπίου Λείδα τοῦ Αἰδούχου καὶ Τυράννου Μύτα καὶ Λουκίου Μουνατίου Ἄνθου καὶ Τρύφωνος Διογᾶ.

Statuae patri et filio positae sunt decreto populi Apameni civiumque Romanorum Apameae consistentium vicatim, ita ut singuli vici singulas statuas facerent suis sumptibus et curatoribus suis; supersunt duae collocatae a vico sutorio per curatores quattuor altera, altera per curatores tres a vico Thermaeo appellato a Θερ... fluvio fonteve Apameno[1]). Tertii vici Apameni sanctissimi (τῇ Ἱερωτάτῃ πλατείᾳ) nomen servavit titulus C. I. Gr. n. 3760*b*. Eiusmodi dedicationis statuarum plurium vicatim factae et scriptores meminerunt in ipsa urbe Roma aetate liberae rei publicae (Seneca de ira 3, 18; Plinius h. n. 33, 6, 132. 34, 6, 27) et exempla plura supersunt, ut Alexandriae Troadis prodierunt statuae complures similiter inscriptae diversae subscriptione sola *vic. II* — *vic. VII* — *vic. VIII* — *vic. IX* (C. I. L. III, 386), item Antiochiae in Pisidia subscriptae aliae *vic. Velabrus* — *vic. aedilicius* — *vic. patricius* (C. I. L. III S, 6810—6812), aliae *vic. Cermalus* — *vic. Salutaris* — *vic. Tuscus decreto decurionum* (l. c. III S, 6835—6837). Decretum statuarum vicatim dedicandarum non a vicanis vicorum singulorum factum esse, sed ab ordine ostendunt tam tituli nostri quam Antiocheni posteriores, et Plinius quoque Romae ait *in omnibus vicis tribus* titulos illos decrevisse et altero loco tam iucundam fuisse plebi legem, *ut vicatim totas* (sic recte Bambergensis, scilicet tot quot erant vici) *statuas dicaverit*. Plebiscitum igitur de ea re factum est. Similiter *civitas Helvetiorum* cum *qua pagatim qua publice statuas decrevit* (inscr. Helv. n. 192), ordo eodem decreto et publice statuam posuit et pagos singulos

[1]) Nummum expressit Barclay Head *manual* p. 558, legens OBP pro ΘΕΡ, explicuit Hogarth *Journal of hellenic studies* 9 (1888) p. 348. Cf. Ramsay *geogr. of Asia minor* p. 403.

statuas ponere iussit. Itaque quod aliunde apparet vico ius decernendi non fuisse, id eiusmodi dedicationibus non infringitur.

Aetatem titulorum certo determinare non potui. Tiberium Claudium Mithridatem, quem significant nostrorum horum patrem avumque fuisse et ad quem probabiliter refertur titulus dudum notus (C. I. Gr. 3860) item Apamenus:

> Ὁ δῆμος ὁ Ἀπολλωνιατῶν τῶν ἀπὸ Ῥυνδάκου ἐτείμησεν Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου υἱὸν Κυρείνα Μιθριδάτην ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας, τὸν ἑαυτῶν προστάτην καὶ εὐεργέτην διά τε τὴν ἐκ λόγων καὶ ἤθει ἀρετὴν καὶ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν· τὴν ἐπιμέλειαν ποιησαμένου τῆς τοῦ ἀνδριάντος ἀναστάσεως Ξένωνος Ἀπολλωνίου ἀνδρὸς κρατίστου τῶν πολειτῶν

civitatem Romanam habuisse non ante imperatorem Claudium probabile est. Itaque hi de quibus agimus vix scribi potuerunt ante finem saeculi primi aerae nostrae, possunt recte referri ad saeculum secundum, cum laudes contineant verbosas et diffusas.

Ἡ ἀγόραιος conventus est, ut apud Strabonem 13, 4, 11 p. 629: τοὺς Ῥωμαίους μὴ κατὰ φῦλα διελεῖν αὐτούς, ἀλλ' ἕτερον τρόπον διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίας ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας et in actis apostolorum 19, 38: ἀγόραιοι ἄγονται καὶ ἀνθύπατοί εἰσι, scribitque proconsul apud Iosephum ant. 14, 10, 21: Πρύτανις ... προσελθών μοι ἐν Τράλλεσιν ἄγοντι τὴν ἀγόραιον. Conventus tempore quantus hominum numerus Apameae confluxerit, vividis coloribus adumbravit Dio Chrysostomus in oratione 35 ibi in contione habita (2 p. 69 R.): αἵ δίκαι παρ' ἔτος ἄγονται παρ' ὑμῖν καὶ συνάγεται πλῆθος ἀνθρώπων ἄπειρον δικαζομένων, δικαζόντων, ῥητόρων, ἡγεμόνων, ὑπηρετῶν, οἰκετῶν, μαστροπῶν, ὀρεοκόμων, καπήλων, ἑταιρῶν τε καὶ βαναύσων, ὥστε τά τε ὤνια τοὺς ἔχοντας πλείστης ἀποδίδοσθαι τιμῆς καὶ μηδὲν ἀργὸν εἶναι τῆς πόλεως, μήτε τὰ ζεύγη μήτε τὰς οἰκίας μήτε τὰς γυναῖκας. Eo tempore magistratuum curae et impensae simul auctae sint necesse est.

Gymnasiarchum et ephebarchum titulus Sesti repertus Dittenbergeri n. 246 ita distinguit, ut hunc appareat loco inferiore fuisse, illum cum totius negotii curam habuisse tum epheborum quoque (γυμνασίαρχος αἱρεθεὶς τῆς τε εὐταξίας τῶν ἐφήβων καὶ τῶν νέων προνοήθη et post alia: ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῆς τῶν ἐφήβων καὶ νέων παιδείας, cf. Arrianus diss. Epict. 3, 7, 19: τίς αὐτοὺς — cives — παιδεύσει; τίς ἐφήβαρχος; τίς γυμνασίαρχος;). Confirmant id tituli alii repertus Berrhoeae Macedoniae C. I. Gr. 1957g dedicatus ἄρχοντος τοῦ γυμνασίου Τι. Κλαυδίου Ἰουλιανοῦ, ἐφηβαρχοῦντος Τι. Κλαυδίου Παριανοῦ et alter Apollonide in Lydia (mus. Smyrn. 1886 p. 65 n. φνγ'): στεφανηφοροῦντος καὶ γυμνασιαρχοῦντος Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀπολλωνίδου, τοῦ δὲ αὐτοῦ καὶ ἀλίφοντος τὸν ἐνιαυτὸν ἐκ τῶν ἰδίων, ἐφηβαρχοῦντος Ἀπολλωνίδου τοῦ Ἀπολλωνίου. Apameae cum eundem magistratum videamus appellari modo utroque vocabulo, modo solo gymnasiarchi, verisimile est eum utrumque officium simul administravisse, id quod item pervenit ad Teios, cum apud eos Aristobulum Tharsynontis filium populus honoret γυμνασιαρχήσαντα, ephebi et iuvenes γυμνασιαρχήσαντα κα[ὶ ἐφηβαρχήσαντα] (C. I. Gr. 3086 cf. 3085). Officio cum sacrificia certaminaque multa comprehenderentur

(vide inter alios titulum modo laudatum Sestium et alterum Ceium Dittenbergeri n. 348), ad eas impensas sustinendas vel certe minuendas gymnasiarcho Apameae ex aerario publico quotannis numerata esse denariorum XV milia hinc discimus similiterque alibi quoque gymnasiarchiam publice adiutam esse dubium non est, quamquam talis numerationis alterum exemplum non suppetit. Eam Mithridates aerario remisit.

Altera liberalitas in titulo nunc primum edito solo memorata pertinet ad oleum praebendum non in gymnasio solo ni fallor, sed multo magis lavantibus civibus; nam olei gratuito dati cum passim mentio fiat tam in urbe Roma (Dio 37, 51; vita Severi 18 cet.) quam per municipia complura, semper agitur non de palaestrico usu sese exercentium, sed de balneario civium omnium. Olei publice praebendi etiam lavantibus curam gymnasiarcho impositum fuisse, sed ita ut pretium exigeretur, inde confirmatur, quod quamquam et alii suis impensis oleum gratuitum praebere poterant, a gymnasiarchis locupletibus eiusmodi liberalitas potissimum exercita est testibus titulis Phrygio, quo honorant civem *γυμνατιαρχήσαντα καὶ ἀλίψαντα τὸν δῆμον ἐκ λουτήρων καὶ λούσαντα ἐκ τῶν ἰδίων* (C. I. Gr. 3847*b* = Le Bas-Waddington n. 1010), et Iliensium honorantium civem *γυμνασιαρχήσαντα λαμπρῶς και φιλοτειμως καὶ πρῶτον τῶν αἰῶνος καὶ μέχρι νῦν μόνου ἐλαιομετρήσαντα του'ς τε βουλευτὰς καὶ πολείτας πάντας καὶ ἀλείψαντα ἐκ λουτήρων πανδημεί* (C. I. Gr. 3616. 3617). De formula *ἐκ λουτήρων* similibusque egit Waddington ad Le Bas n. 1602, sed errore ni fallor de palaestrico oleo magis cogitavit quam de balneario. — Itaque cum per prius semestre Mithridates populo oleum gratis praestitisset, secundo rogantibus civibus liberalitatem ita mutavit, ut aerario summam numeraret denariorum milium undeviginti, quam impensis olei per id tempus comparandi non inferiorem fuisse ex re apparet.

Populus summas duas a Mithridate remissas numeratasve denariorum milium XV et XIX in sortem collocavit, ut *τόκος δραχμιαῖος* inde in futurum aerario solveretur. Ea locutione significari pro centum denariis singulis mensibus solvendam esse drachmam provinciae Asiae duodecim assibus Romanis aequiperatam, id est nostra consuetudine pro centum denariis novem annuos docuit titulus Ephesinus C. Vibii Salutaris (Hicks *inscr. of the British Mus.* vol. 3 n. 477), ut ostendi *numismatische Zeitschrift* 14 (1887) p. 40. Editor Britannus discrimen denarii Romani et drachmae Asiaticae parum intellexit nec magis intellexit utriusque assem quoque in titulo comparere: scilicet ubi summa iubetur collocari *ἐπὶ τόκῳ ἀσσαρίων δεκαδύο ἀργυρῶν*[1]), computus ostendit 'assem argenteum' esse denarii partem decimam sextam. Contra *ἀσσάρια* quae in divisionibus iubentur numerari (v. 146. 373. 377) cum et nude nominentur et respiciant omnino pecunias eo tempore Ephesi usitatas, referenda sunt ad drachmam Asiaticam, idque con-

[1]) V. 197. Locus mutilus v. 25 *καὶ [τε]λεῖν τόκ[ον δυωδεκαταῖον] ἀσσαριαῖον* restitutionis incertae est; quod Hicksius posuit *τόκ[ον δραχμιαῖον] ἀσσαριαῖον* quid significare possit ignoro.

firmant capita duo quae sola satis integra ad nos pervenerunt v. 370—377: *ὁμοίως δώσει (ὁ γραμματεὺς τῆς πόλεως) ἀπὸ τοῦ προγεγραμμένου [τόκου] καὶ τοῖς Θεσμῳδοῖς εἰς διανομὴν δη. ζ', ὥστε λανβάνειν αὐτοὺς ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τῇ γενεσίῳ τῆς Θεοῦ ἀνὰ ἀσσάρια Θ'. ὁμοίως δώσει ἀπὸ τοῦ προγεγραμμένου τόκου καὶ τοῖς ἀκροβάταις τῆς Θεοῦ εἰς διανομὴν δη. ιε', ὥστε λανβάνειν αὐτοὺς τῇ γενεσίῳ τῆς Θ[ε]οῦ ἀνὰ ἀσσάρια δεκατρία ἥμισυ.* Denarium ubi sumimus secundum supra dicta aequare asses Asiaticos 21⅓, numeri cantorum et acrobatarum, quos titulus non enuntiat, certe probabiles ita efficientur. Nam cum cantoribus singulis asses dentur noveni, erogentur in summa denarii septem sive asses 149⅓, numero fuerunt sedecim; acrobatis singulis cum asses dentur deni terni cum dimidio, erogentur in summa denarii quindecim sive asses 320, numero fuerunt viginti quattuor. Summa minuta quae in illa divisione superat assium 5⅓ et altera quae in hac deficit assium 4 aliquatenus sese compensant.

Acceperunt igitur cives Apameni sorte a Mithridate praebita ita collocata reditum annuum denarium 3060 sive drachmarum provinciae 4080. Eo ita utuntur, ut quod in omne aevum tollendum esse decreverant curatorum officium, tollatur sine damno aerarii, quod inde quotannis multam perceperat a curatoribus numeratam: verba enim *σώζειν τόκον . . . εἰς τὸ τῶν κουρατόρων ἐπιζήμιον τὸ κατὰ ἔτος ὑπ' αὐτῶν διδόμενον* aliter non videntur accipi posse. Hoc ut intellegatur, quinam curatores significentur videndum est. Fuerunt autem in urbibus Graecis duo tantum eorum genera, scilicet alii ab imperatoribus dati ordinis senatorii equestrisve, alii incolarum curatores civium Romanorum. At de illis cogitari non posse multa persuadent, cum ipsum nomen, quod apud Graecos *λογιστής* est (*Staatsrecht* 2³, 1082), tum multo magis, quod eiusmodi cura licet sine dubio civibus saepenumero molesta et gravis decreto decurionum nullo modo tolli potuit. Reicimur ita ad curatores civium Romanorum per oppida consistentium. Fuisse tales certe in quibusdam urbibus probant tituli Thyatirenus (*Bull. de corr. hell.* a. 1886 p. 422), quo sutores honorant T. Flavium Metrophanis f. Quirina Alexandrum *κουρατορεύσαντα τοῦ τῶν Ῥωμαίων κονβέντου*, et Trallianus C. I. Gr. 2930, quo gerusia et iuvenes et *οἱ ἐν Τράλλεσι Ῥωμαῖοι* honorant Ti. Claudium Pannychum praeter alia *κουρατορεύσαντα τῶν Ῥωμαίων*, et prope Magnesiam Lydiae repertus (mus. Smyrn. 1886 p. 66 n. *φνδ'*) quo nominatur . . . Aelianus quidam *κουρατορεύσας*, et repertus Philadelphiae in Lydia C. I. Gr. 3418, in quo est P. Cornelius Priscus *κεκουρατορευκὼς φιλοτείμως* et Gortynaeus supra p. 425, quem a. p. C. 195 imperatori Severo posuerunt *c(ives) R(omani) q(ui) G(ortynae) c(onsistunt) ex summa, quam intulit pro decurionatu suo Fl(avius) Titianus sacerdos designatus divi Traiani curante L. Naevio Exacesta sacerdote divi Aug(usti) et c(uratore) c(ivium) R(omanorum) G(ortynae) c(onsistentium).* Alii curatores eiusdem generis latent fortasse in mari magno inscriptionum Asiae minoris indigestarum, sed certe rari sunt prae magna copia titulorum eiusmodi incolarum Romanorum universitates commemorantium, videturque ipsa ea raritas componenda esse cum decreto Apamenorum de curatoribus in omne aevum tollendis. Causa repetenda est ab

incolarum condicione secundum eorum temporum instituta. Iure cum incolis in rebus publicis civitatis eius in qua consistebant administrandis locus nullus esset, aetate imperatoria eos videmus admissos esse aliquatenus ad communionem honorum et fortasse etiam suffragiorum (*Staatsrecht* 3, 804 seq.); sed cavisse res publicas summo studio ab incolarum universitatibus constituendis ex alto titulorum silentio efficitur. Civis Campanus Neapoli degens ut decurionis et magistratus locum ibi obtinere potuit et in comitiis suffragium ferre itaque quodammodo ibi pro cive esse, cives Campani Neapoli consistentes corpus ut formarent praefectosque et magistros suos haberent, nequaquam permissum est. *Τὸ πολίτευμα τῶν ἐν Βερενίκῃ Ἰουδαίων* [1]) et *cultores Iovis Heliopolitani Berytenses qui Puteolis consistunt* (C. I. L. X, 1634) sive *qui in cultu corporis Heliopolitanorum sunt* (l. c. n. 1579) et *Galatae consistentes municipio Napocae* (C. I. L. III, 860) quaeque cum his componi poterunt corpora peregrinorum originis eiusdem et ad rem sacram potissimum pertinent et rarissima sunt et ipsa. Recedunt ab hac ordinatione soli quodammodo cives Romani. Eos enim videmus ubivis in civitatibus iuris peregrini non solum communi nomine agere, sed etiam in rebus municipalibus administrandis non tam pro civibus agere quam iuxta cives collocatos cum iis aliquam communionem sibi vindicare; neque enim aliter accipi potest, quod in decretis municipalibus civibus eius civitatis adiunguntur, ut exempli causa Assi in honoribus Gaio imperatori offerendis *ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τοῖς πραγματευομένοις παρ' ἡμῖν Ῥωμαίοις καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀσσίων* [2]). Id

---

[1]) C. I. Gr. 5261. Eversa Iudaeorum re publica eiusmodi incolarum Iudaeorum universitates esse desierunt vel certe ad solam caerimoniarum sacrarum communionem redactae sunt (vide quae dixi apud Sybelium *historische Zeitschrift* 64, 422).

[2]) Huius eph. vol. 5 p. 155. Alia exempla similia collegi ad C. I. L. III S. n. 7240 collegitque nuper data opera diligentissime Ernestus Kornemann in dissertatione inaugurali de civibus Romanis in provinciis imperii consistentibus edita Berolini a. 1891. Sed cavendum est, ne formulis quibus Romani hi utuntur nimium tribuamus; exempli causa quod est in titulo reperto Isauris (*Bull. de Corr. hell.* 1887 p. 67) *[Ἰσα]υρέων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος οἵ τε συμπολειτευόμενοι Ῥωμαῖοι*, eo nihil aliud enuntiatur nisi in civitate ea de qua agitur cum civibus eius Romanos quosdam versari; iura quae incolis omnibus concessa superarent nusquam diserte Romanis incolis adscribuntur. Aliquoties tamen incolae cives Romani reliquis incolis opponuntur. Ita saeculo ut videtur primo honoraverunt Isidorum Nicarchi filium medicum Halenses vicani ex insula Co, scilicet *το[ὶ] κατοικεῦντες ἐν τῷ δάμῳ τῶν Ἁλεντίων καὶ το[ὶ] ἐνεκτήμενοι καὶ τοὶ γεωργεῦντε[ς] ἐν Ἅλεντι καὶ πελη* (?) *τῶν τε πολειτᾶν καὶ Ῥωμαίων καὶ μετοίκων* (Paton et Hicks *Inscriptions of Cos* n. 344). Praeter possessores cum degentes in vico tum extraneos dedicant titulum coloni agros colentes et civium et Romanorum et (reliquorum) incolarum. Similiter secundum titulum repertum Pagis prope Megara (Kumanudes in Athenaeo 2 p. 481 = Dittenberger inscr. graec. sept. 1 n. 190) vinum distribuitur *τοῖς τε π[ο]λίταις καὶ παροίκοις καὶ Ῥωμαί[οις τοῖς πα]ροικοῦσι καὶ δούλοις πᾶ[σιν]*. Comparari poterunt Cyrenarum incolae Iudaei separati ab incolis reliquis secundum Strabonem apud Iosephum ant. 14, 7, 2: *τέτταρες δ' ἦσαν ἐν τῇ πόλει τῶν Κυρηναίων, ἥ τε τῶν πολιτῶν καὶ ἡ τῶν γεωργῶν, τρίτη δ' ἡ τῶν μετοίκων, τετάρτη δ' ἡ τῶν Ἰουδαίων.*

ipsum pertinere ad Apameam quoque praeter nostros tituli ostendunt, quos subieci.

1. *Δῆμον τὸν Ἀπαμέων | καθιέρωσαν | Λεύκιος Μουνάτιος Λευ|κίου υἱοῦ* [sic, scr. *υἱὸς*] *Καμιλία Τέρτιο[ς], | Λεύκιος Ἀτίλιος Λευ|κίου υἱὸς Παλατίνα Πρόκλος, | Πόπλιος Καρουίλιος Μάρκο[υ] | υἱὸς Κολλίνα Πωλλίων, | Μᾶρκος Οὐίκκιος Μάρκου υἱὸς | Τηρητίνα Ῥοῦφος, | Μᾶρκος Πόρκιος Ὀνησιμίων | ἄρξαντες ἐν τῷ λ' καὶ ρ' ἔτι Ῥω|μαῖοι πρώτως, ἐκ τῶν ἰδίων | ἀνέστησαν.* Descripsit Ramsay; prima verba prodierunt *athen. Mitth.* 1891 p. 148. — Annus CXXX aerae Sullanae, qua Apamenos usos esse non dubitatur [1]), nostrae est 45/6.
2. *Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | καὶ οἱ κατοικοῦντες | Ῥωμαῖοι ἐτείμησαν | Ἰούλ. Λίγυν τὸν κράτισ|τον π̅π̅, εὐεργέτην τῆς | πόλεως· | ἐπιμεληθέντος | τῆς ἀναστάσεως | Μ. Αἰλ. Σεργία Ἀπολ|λιναρίου γραμμα|τέως τοῦ δήμου.* Ramsay *revue des études grecques* l. c. p. 33; *Athen. Mitth.* 1891 p. 147.
3. *Ἡ βουλὴ καὶ ὁ [δῆμος καὶ οἱ] | κατοικοῦντες Ῥω[μαῖοι] //// | ἐτείμησαν Λεύκιον Ῥουτε[ίλιον] | Λευκίου υἱὸν Οὐελείνα Πρόκλο[ν] | ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθόν, ζήσαν[τα] | κοσμίως καὶ σωφρόνως καὶ | ἐμ παντὶ καιρῷ πρὸς τὴν πατρίδα | φιλοδόξως.* Descripsit Ramsay.
4. *Ὁ δῆμος | καὶ οἱ κατοικοῦν|τες Ῥωμαῖοι ἐτεί|μησαν Μύταν Διο|κλέους ἱερέα Ῥώμης | καὶ γραμματέα δήμου | γυμνασιαρχήσαντα | καλῶς καὶ φιλοδόξως.* Descripsit Ramsay. *Athen. Mitth.* 1891 p. 148.
5. ..... *[cives Romani] qui Apameae negotiantur h(onoris) c(ausa).* C. I. L. III, 365.

Praepotentiae dominorum orbis hoc cum sit documentum evidentissimum, civitates Graeci iuris et reliquae non Romanae ordinationi ei adversatae sint necesse est tenemusque, ni fallor, hoc titulo Apameno eius odii testimonium disertum. Ad idem instituti illius odium referemus cum quod in civitatibus peregrinis splendidissimis et numero quoque titulorum primariis, ut est Ephesus, tales incolarum Romanorum universitates nullae reperiuntur, tum quod cum ipsae in plurimis oppidis inveniantur, praefecti earum admodum raro nominantur. Nam eiusmodi universitas sive oppidi unius incolas cives Romanos comprehendit sive, quo ducit potissimum titulus supra laudatus Thyatirenus, ad conventum unum qui pertinent cives Romanos omnes, quo propius ad rei publicae formam accedebat recta a magistris quotannis nominatis et sic deinceps, eo magis municipii administrationem impedierit necesse est et vincula ei imposuerit. Quam ob rem ut pro magistratibus qui sint admodum raro inveniuntur, ita plane deficiunt eiusmodi corporum tamquam decuriones. Nam decuriones Gortynaei tituli equidem persuasum habeo non magis quam flamines fuisse civium Romanorum ibi consistentium, sed Gortynaeorum ipsorum, hoc autem incolas

---

[1]) Epitaphium Apamenum C. I. L. III S n. 7056 positum est anno 170/1 (ἔτει σνε'); plura alia saeculi p. Chr. tertii edidit Ramsay in ephemeride *revue des études grecques* l. c.

cives Romanos pro suo fastigio obtinuisse, ut ex summa ab uno suorum pro eo decurionatu in aerarium civitatis more solito inlata non res publica statuam collocaret, ut fieri debuit, sed ipsi eum honorem imperatori offerrent. Nusquam autem civium Romanorum universitas, quatenus nobis datum est iudicare, propius ad rei publicae formam accessit quam in conventu Apameno. Nam ἄρξαντες quinque tituli supra relati positi a. p. Chr. 45/6 nullo modo ad ipsam Apamenorum rem publicam referri poterunt, cum sint cives Romani omnes neque eiusmodi magistratus Apamenae rei publicae conveniat nec πρώτως quod additur ad hanc probabiliter referri possit; comparandi erunt potius quinqueviri illi cum titulo Chio (C. I. Gr. 2 p. 1031 n. 2221 *c*): [ἀρχιστυ]νάγωγοι οἱ ἄρξαντες [ἐπ]ὶ Πυρσάνδρου (sequuntur nomina sex et scriba) et quod sunt Romani omnes, suadet ut referamus eos ad cives Romanos Apameae consistentes et habeamus pro ipsis illis curatoribus, quos postea aboleri iussit civitas Apamena. Ut corpus efficerent iis videtur concessum esse ea condicione, ut certam summam quotannis aerario inferrent; multa ea appellatur invidiose omnino, ideo fortasse, quod cum lege Apamenorum corpus eiusmodi nullum formari liceret, ab ea lege cives Romanos non tam lege lata excepti sunt quam multa quotannis exacta corpus eorum toleratum.

Curatores similes etiam in Occidente admodum raro inveniuntur[1]); composuit plerosque Kornemannus (in libello citato supra p. 441 not. 2) p. 108. Ad *curatores conventus Helvetici* dudum notos accesserunt nuper similes ex oppidis Aquitaniae, inter quos notabiliores sunt duo repertus in oppido Auch C. Afranii Clari lib. Graphici *cur. c. R.* (Allmer *revue épigr.* n. 333) et quem posuit in urbe Bourges imperante Gaio C. Agileius Primus *IiiiI vir Aug. c. c. R.* (Huebner exempla n. 193). Maioris momenti est, quod ad titulum adhuc in suo genere unicum *summi curatoris civium Romanorum provinciae Lugdunensis* (Boissieu *inscr. de Lyon* p. 168) nuperrime accesserunt similes duo Aquitani, scilicet repertus in ea provincia in oppido Saintes [C. Iulii] C. Iulii Ricoveriugi f. Vol. Marini *primi c. c. R.* (Allmer *revue épigr.* n. 780) et eruderatus Lugduni, quem dedicavit Sex. Vaginius Martianus *summus curat(or) c(ivium) R(omanorum) provinc(iae) Aqui[t(aniae)]* (Allmer et Dissard *musée de Lyon* 2, 366). In Galliis tribus igitur quamquam curatores per singulos conventus constituebantur, fuit inter eos super reliquos eiusdem provinciae eminens *summus* sive *primus*, id quod in Asia certe non obtinuit.

---

[1]) Egit de his civium Romanorum universitatibus Mitteis *Reichsrecht und Volksrecht* p. 149 et de his quoque egregie, quamquam ad miram paucitatem exemplorum non satis attendit et solitaria instituta paullo incautius ad normam generalem revocavit.

XLV. TITVLVS PLINII HISPELLAS.

Inscriptionem Hispellatem mutilam hanc:

S · TRIB · PLEBIS · PR
TIBERIS · EX · S · C · PRO
ET · BITHYNIA · ET · LEGATVS
NTO ///// IVSSIT

nuper Bormannus (in eph. *archäologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich* vol. 15 p. 37) acute agnovit pertinere ad C. Plinium Secundum componendam cum altera eius Comensi C. I. L. V 5262 incipiente sic:

C · PLINIVS · L · F · OVF · CAECILIVS | *secundus cos.*
AVGVR · LEGAT · PROPR · PROVINCIAE · PON | *ti et bithyniae*
CONSVLARI · POTESTAT · IN · EAM · PROVINCIAM · E | *x s. c. missus ab*
IMP · CAESAR · NERVA · TRAIANO · AVG · GERMAN | *ico dacico p. p.*

At officium, quo in Ponto et Bithynia Plinius functus est, cum recedat ab ordinatione sollemni et fluctuet quodammodo inter antiquum eius provinciae proconsulatum et eam quae postea obtinuit legati ab imperatore missi administrationem, quomodo enuntiatum fuerit in duobus titulis mutilo utroque, parum exploratum est, itaque amicus Hispellatis tituli inventor in mea Comensis restitutione non adquievit. Sed cum rursus quae proposuit ille, mihi non magis probentur, cur displiceant breviter explanabo.

Bormannus Comensem titulum sic expleri iussit:

> legat(us) pro pr(aetore) provinciae Pon[ti et Bithyniae pro]consulari potestat(e) in eam provinciam e[x s. c. auctore] imp. Caesar(e) Nerva Traiano Aug(usto) German[ico Dacico missus].

Hispellatem sic:

> ex s(enatus) c(onsulto) pro[consulari potestate in provincia Ponto] et Bithynia et legatus [pro pr(aetore) imp. Traiani Aug. eius provinciae].

Quod alibi monui (*Staatsrecht* 2 ³ p. 244) in hac honoris enuntiatione contradictionem inesse in adiecto, scilicet legatum pro praetore simul praeditum proconsulari dignitate, item proconsulare ius legato imperatoris parum convenire, cum ita proconsul proconsuli pareat, id Bormannus frustra sibi persuasit sua restitutione mitigari; nam neque re neque verbis minus offendit proconsularis potestas aequiperata propraetoriae et proconsuli subdita quam consularis. Conferri poterit quod Domitiano decernitur secundum Tacitum (hist. 4, 3) *praetura et consulare imperium*, secundum Suetonium (Domit. 1) *honos praeturae urbanae consulari potestate* (cf. *Staatsrecht* 2, 650).

Deinde proconsularis potestas quaeritur num recte dicatur. Perinde enim est, sive pro consule quem dicas ait sive potestate consulari, ut tribuni militares rei publicae antiquae passim utroque modo appellantur (*Staatsrecht* 2 [3], 168). Imperatoria quoque aetate tam imperator quam qui sortito provincias regunt *proconsules* dicuntur constanter, non proconsularis potestatis. Scilicet in proconsulari imperio potestateve proconsulari perversa eiusdem momenti duplicatio offendit. Non nego in proconsulis vocabulo vicariam significationem mature oblitteratam esse nec mirarer, si qui titulus nobis procuratorem nominaret proconsularis potestatis; sed eiusmodi locutionis neque Bormannus exemplum alterum adlegavit neque inveni ego, nec leviter neglegenda est aetate Traiana verborum proprietas.

Ad spatia quoque quae vacant Bormannus non satis attendit; nam quae addidit elementa ad Comensis lapidis v. 2 et 4, iustum numerum aliquantum excedunt.

Denique offendit *legatus ex s. c. auctore Traiano in provinciam missus.* Non offenderet magnopere cumulatio duorum officiorum idemque vir dictus et proconsul provinciae et legatus imperatoris provinciae eiusdem; sed ita accipi nequeunt verba, ut Bormannus ea constituit, neque qui titulum dictaverunt si in ea cumulatione se continuissent, causa erat, cur verba fierent de senatus consulto et imperatoris auctoritate. Pro una sententia ubi haec accipimus, ea perversa est. Mitti potest proconsul auctoritate Augusti ex senatus consulto, ut P. Paquius Scaeva (C. I. L. IX, 2845); sed legatum ubi mittit senatus licet auctore Augusto, imperium militare sibi vindicat, id est rem publicam quae tum fuit evertit. Ipsi Bormanno, quae eius est prudentia, non dubito hanc restitutionem displicituram esse et omnino praeferendum, quod posui ego, legatum mitti ab imperatore ita, ut propter extraordinaria quae accedunt, provinciam senatoriam imperatoris administrationi tradendam et fasces duodecim pro quinque legato permittendos, imperator senatum antea consuluerit.

Quam ob rem licet non hoc mihi sumam, ut Comensem titulum certa ratione expleverim, praeter vitium illud, quod ipsa re requiritur, dico praetoriae et consularis potestatis cumulationem, quae posui supplementa adhuc mihi videntur nullo alio laborare. In titulo Hispellate quid fuerit ignoro; potest fuisse ad hoc exemplum: *ex s(enatus) c(onsulto) pro[co(n)s(ulis) loco in provincia Ponto] et Bithynia et legatus [pro pr. imp. Traiani Aug. provinciae eiusdem]*, ut formula *ex senatus consulto* tam ad priorem quam ad posteriorem partem trahatur utpote utrique praeposita. Nam legatum ab imperatore mitti ex senatus consulto longe aliud est atque mitti a senatu auctore imperatore.

XLVI. TITVLVS FOROCLODIENSIS[1]).

Effossiones ad S. Liberati prope Bracciano oppidum a principe Odescalchi institutae inter alia monumenta non spernenda dederunt titulum qui sequitur editum a Pasquio in eph. Romana *Notizie degli scavi* 1889 p. 9 itemque in actis Lynceorum a. 1889 Febr. 17 cura Gamurrinii, hoc loco recognitum ad ectypum ab eodem Gamurrinio subministratum.

CN · PVLLIO *l. f. ///*
POLLIONI FETI*ali q? x viro*
STLIT · IVD · EX S C · TR PL PRAE*tori //*
PROCOS *pr*OVINCIAE · NARB *leg. imp. caes.*
AVGVS*ti i*N GALLIA COMAT*a itemque*
IN AQVITA*nia* ATHENA*s iuit ab imp. caes.*
AVGVST*o* LEGATVS IN *achaiam missus?*
II·VIR · QVINQVENNA*li* . . . . .
CLAVDIE *nses*

Viri huius praeterea quod sciam ignoti cursus honorum non uno nomine a forma sollemni recedit, nec quae deficiunt elementa v. 2 et v. 4 non minus octo, deinceps cum ipsa fiant minutiora et hiatus latiores, etiam plura, satis certa ratione suppleri potuerunt. Aetatem tituli definit Augusti vocabulum bis perscriptum, id quod magis primo imperatori convenit quam secundo; accedit praeter ea quae infra exponentur formula *ex s. c.* sic ut hic usurpatur adhuc quod sciam non inventa nisi in titulis aetatis Augustae. Forma litterarum quamquam non est propria et luculenta aetatis eius, non impedit quominus titulum ad ea tempora referamus.

Quaestura aut deficit aut administrata est ante vigintiviratum; hoc ideo praetuli, quod extraordinarium quiddam flagitat adiecta ad vigintiviratum formula *ex senatus consulto* (*Staatsrecht* 2^3, 674) poteritque ita comparari titulus eiusdem aetatis P. Paquii Scaevae (C. IX, 2845) *decemviri stlitibus iudicandis ex s. c. post quaesturam.*

Tribunatus plebis, praetura (cuius videtur periisse determinatio), proconsulatus provinciae Narbonensis recte procedunt.

[*Legati imp. Caes.*] *Augus*[*ti i*]*n Gallia Comat*[*a itemque*] *in Aquita*[*nia*] alterum exemplum non novi. Praepositio ad legati officium adiecta pro solito genetivo reperitur semel certe in notis titulis Casinatibus (C. I. L. X, 5180. 5182) C. Ummidii Quadrati *leg. divi Claudi in Illyrico, eiusdem et Neronis Caesaris Augusti in Syria;* at in hoc de quo agimus similiter accipi non potest, cum vir praetorius nullo modo praeesse potuerit eiusmodi provinciae. Itaque Pollio magis est ut legatione functus sit secundaria, qualis est ad census accipiendos, cui, ubi enuntiatur determinatione omissa, recte

---

[1]) Repetitur commentariolum ex eph. Parisina *Revue de philologie* a. 13 (1889) p. 129.

convenit praepositio. Hoc quaeritur, quando Pollio hoc simileve negotium (posse item de *comite* cogitari pro legato monuit Hirschfeld) administrarit et quid significet Galliae comatae vocabulum adhuc in titulo alio nullo repertum. Comata Gallia apud scriptores Augusto anteriores non reperitur nisi bis, scilicet apud Catullum in epigrammate 29, 3 et ubi Cicero Antonium loquentem inducit Philipp. 8, 9, 27, usurpaturque omnino comatae vocabulum aetate liberae rei publicae pariter atque bracatae ludibrio magis et vulgi sermone quam iusto et civili. Imperante Augusto qui scripsit Nicolaus Damascenus (vita Aug. c. 25) Galliam Narbonensem dicit Κελτοὺς τοὺς γειτνιῶντας τῇ ἄνω Θαλάττῃ, reliquam Galliam Cisalpinam τοὺς Κομάτους, et imperator Claudius deinde in oratione de statu Galliarum, postquam provinciae Narbonensis meminit, *destricte*, inquit, *iam comatae Galliae causa agenda est* (inde pendet Tacitus ann. 11, 23). Inter geographos primus Mela aetate Claudiana terminos tres Galliae togatae bracatae (2, 5, 74) comatae (3, 2, 20) adhibuit, ut ita distinguerentur Gallia Cisalpina et Gallia Narbonensis et tres Galliae quae dicuntur, id quod secutus est qui eum compilavit Plinius (h. n. 4, 12, 105. 18, 9, 85. 33, 3, 54. 36, 6, 48), feceruntque item Lucanus (1, 442), Suetonius (Caes. 22, ubi errore comata ad Narbonensem extenditur; Tib. 2; apud Hieronymum chron. ad a. Abr. 1992), Dio 46, 55, eo moti omnino, quod trium Galliarum vocabulum sollemne parum commode opponebatur Narbonensi et Cisalpinae. Sed eiusmodi vocabuli usurpatio ut commoda, ita parum propria fuit; nam cum sumpta sit, ut ait Lucanus, a *crinibus effusis* nationis Gallicae, pariter atque quae ei respondet a bracis ei propriis, antiquiore aetate vix applicari potuit ad populos nationis diversae. Propterea quamdiu propriam significationem retinuit neque geographi eam in suos usus verterunt, sequitur Aquitaniam non comprehensam esse Gallia comata. Eam coniecturam iam firmat titulus Foroclodiensis Galliam comatam opponens Aquitaniae, neque mirabimur proprium vocabuli usum in inscriptione potissimum deprehendi. Sed tempore quoque propius ea accedit ad aetatem Catulli et Antonii quam ad Melam et Plinium; nam si recte eam restituimus, Galliae comatae vocabulo ibi appellantur provinciae Lugdunensis et Belgica, id quod vix potuit fieri postquam Augustus morans in Galliis per a. 738—741 tres provincias illas constituit (v. quae dixi in Hermae vol. 15 a. 1880 p. 111). Quod Gamurrinius coniecit Lugdunensem solam aliquamdiu comatam appellatam esse, neque probabilitatem habet neque auctoritate ulla defenditur; certe Lugdunensis appellatio reperitur iam imperante Tiberio (C. I. L. VI, 5197). Verisimiliter igitur per ipsos illos annos, quibus Augustus Galliarum statum ordinavit, Pollio imperatori adfuit tam per Aquitaniam quam per regiones populorum Gallicorum. Hoc si recte posuimus, cum provincia Narbonensis senatui tradita sit anno demum 732, inter primos eius proconsules Pollio fuit.

Pariter sine exemplo est officium extremo loco memoratum, scilicet quod Pollio *Athena*[*s ivit ab imp. Caes.*] *August*[*o*] *legatus in* [*Achaiam missus*] vel, quod commendat Hirschfeldius, *Athena*[*s ab imp. Caes.*] *August*[*o*]

legatus in [*itinere obiit*]; ubi supplementa ut incerta, ita ad sententiam probabilia videntur esse. Foederis, quale obtinuit inter Romam et Athenas, cum ratio postulet aequalitatem, potuerunt legati ut a populo Attico ad Romanum, ita a Romano ad Atticum mitti; sed pro fastigio rei publicae Romanae vel libera etiamtum ea legationes eiusmodi populi Romani in desuetudinem videntur abiisse. Cum deinde sub imperatoribus foederatae urbes magis magisque subditis aequiperarentur (*Staatsrecht* 3, 697. 744), ut eum honorem Atheniensium civitati Augustus habuerit, ita post eum simile quiddam evenisse parum probabile est.

XLVII. AQVAEDVCTVS ALEXANDRINVS.

Voluminis nostri tertii dum supplementum paratur, ad eius primam partem iam factam iuris publici, qua continentur tituli Latini provinciarum imperii Romani Graecarum, succrevit auctarium non spernendum, unde ut antea (supra p. 416—428) Cretenses et Aegyptiacarum lapicidinarum, ita nunc Alexandrinum et Achaicos aliquot praelibavi, ne iusto diutius in scriniis nostris lateant.

Ex Alexandrea Aegypti nuper inlatus est in museum Vindobonense cippus insignis mecum liberaliter communicatus ectypo subministrato a R. Schneidero inscriptus ita:

IMP · CAESAR · DIVI · F · AVGVST · PONTIF
MAXIM · FLVMEN · SEBASTON · Á SCHEDIÁ · INDVXIT
QVOD · PER SE TOTO · OPPIDO · FLVERET PRAEFECT · AEGYPTI
p. Chr. 10/11 C · IVLIO · AQVILA · ANNO · XXXX · CAESARIS
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ
ΠΟΤΑΜΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΠΟ ΣΧΕΔΙΑΣ ΗΓΑΓΕΝ
ΔΙ ΟΛΗΣ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΡΕΟΝΤΑ ΕΠΙ ΕΠΑΡΧΟΥ
ΤΗΣ ΑΙΓΥΠΤΟΥ ΓΑΙΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΚΥΛΑΙ
LM ΚΑΙΣΑΡΟΣ

Annus Caesaris XL respondet aerae nostrae anno 10 (Aug. 29) / 11 (Aug. 28). Quod Augusti honores non enuntiantur excepto pontificatu maximo, fortasse referri poterit ad Aegypti separationem ab imperio Romano proprie ita appellato; certe excepto titulo patris patriae, quem nummi quidam Alexandrini Augusto tribuunt, meliore aetate in Aegyptiacis monumentis imperatores solis nominibus nuncupantur.

Praefectum Aegypti hic titulus utpote bilinguis etiam in parte Graeca appellat vocabulo ἐπάρχου, cum tituli aequales mere Graeci (C. I. Gr. 4711. 4715) ἡγεμόνα praeferant. Ipsius C. Iulii Aquilae, in cuius nomine effe-

rendo vitio hac aetate non raro pro α longa scriptum est ᾳ[1]), mentio antea extabat in edicto ab imperatore Claudio proposito Alexandreae (apud Iosephum ant. 19, 5, 2) verbis his: *καθ' ὃν καιρὸν* (scilicet tempore Augusti) *'Ακύλας ἦν ἐν 'Αλεξανδρείᾳ.* Nomen expletur et annus definitur titulo hoc invento. Cognominem virum C. Iulium Aquilam equitem Romanum Tacitus (ann. 12, 15. 21) scribit a. p. Chr. 49 praefuisse cohortibus Romanis in regno Bosporano ad auxilium regi Cotyi praestandum collocatis et propter res bene gestas exornatum esse ornamentis praetoriis, neque mirabimur ab hoc imperatore eiusmodi honorem habitum esse homini adulescenti et in equestri militia constituto; fuit enim Aquila sine dubio tum praefectus cohortis alaeve. Idem deinde procurator fuit Ponti et Bithyniae tam sub eodem Claudio (C. I. L. III S, 6983) quam sub Nerone a. p. Chr. 57/8 (l. c. 346). Eundem esse qui in titulo Neapolitano (Kaibel inscr. Graec. Ital. et Sic. n. 716) nominatur Γ. *'Ιούνιος 'Ακυλας νεώτερος στρατευσάμενος ἐπιτροπεύσας δημαρχήσας λαυκελαρχήσας* non improbabiliter coniecit Cavedonius (C. I. L. vol. 3 p. 976; C. I. Gr. vol. 3 p. 1255); neque enim lectio tituli eius ita explorata est, ut non liceat cogitare de errore in gentilicio ommisso. Hunc hominem equestris nobilitatis filium esse praefecti Aegypti verisimile est.

Schediae oppidi ad Nilum siti canalisque inde ducti ad suburbium Alexandreae et lacum Mareotin unus fere Strabo (17, 1, 16 p. 800 seq.; cf. Maccab. l. 3 c. 4, 11) meminit: *ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς Κανωβικῆς πύλης ἐξιόντι ἡ διῶρυξ ἐστιν ἡ ἐπὶ Κάνωβον συνάπτουσα τῇ λίμνῃ· ταύτῃ δὲ καὶ ἐπὶ Σχεδίαν ὁ πλοῦς ἐπὶ τὸν μέγαν ποταμὸν καὶ ἐπὶ τὸν Κάνωβον, πρῶτον δὲ ἐπὶ τὴν 'Ελευσῖνα· ἔστι δ' αὕτη κατοικία πλησίον τῆς τε 'Αλεξανδρείας καὶ τῆς Νικοπόλεως ἐπ' αὐτῇ τῇ Κανωβικῇ διώρυγι κειμένη .... ἀπὸ δὲ τῆς 'Ελευσῖνος προελθοῦσι μικρὸν ἐν δεξιᾷ ἐστιν ἡ διῶρυξ ἀνάγουσα ἐπὶ τὴν Σχεδίαν· διέχει δὲ τετράσχοινον* (= XV m. p.) *τῆς 'Αλεξανδρείας ἡ Σχεδία κατοικία πόλεως, ἐν ᾗ τὸ ναύσταθμον τῶν θαλαμηγῶν πλοίων, ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τελώνιον τῶν ἄνωθεν καταγομένων καὶ ἀναγομένων, οὗ χάριν καὶ σχεδία ἔζευκται ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ τόπῳ.* Canalis igitur Canobicus ad Eleusinem bifurco facto sinistra iuxta litus Canobum ducebat, dextra Schediam et ad hunc titulus noster pertinet, sed ut ex hoc demum intellegatur per eum canalem aquam ductam esse in ipsam urbem adeoque, ut ait titulus, in totum oppidum. Ante Augustum unde Alexandrini aquam duxerint, quaeritur, et sunt quae persuadeant ut antiquissimo tempore (cf. Scylax c. 107: *ἐν δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί· ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρείας λίμνης ὑδρεύονται· ἔστι γὰρ πότιμος*) ita postea quoque eam eos traxisse potissimum ex lacu Mareotide. Nam auctor belli Alexandrini c. 1 narrat Caesarem ad paludem a meridie interiectam oppido aditum sibi paravisse, *ut aqua pabuloque abundaret, quarum alterius res copiam exiguam, alterius nullam omnino facultatem habebat, quod utrumque large palus praebere poterat.* Sane quod subiungit c. 5: *Alexandrea est fere tota suffossa*

---

[1]) Ut 'Ακύλᾳ pro 'Ακύλα, ita alibi reperitur *ὀπίσῳ, γυμνασίᾳ*; (Meisterhans *Grammatik der attischen Inschriften* p. 53). Monuit Diels.

specusque habet a Nilo pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quae paulatim spatio temporis liquescit ac subsidit: hac uti domini aedificiorum atque eorum familiae consuerunt. nam quae flumine Nilo fertur, adeo est limosa et turbida, ut multos variosque morbos efficiat. sed ea plebes ac multitudo contenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est. hoc tamen flumen in ea parte erat urbis quae ab Alexandrinis tenebatur eo ducit, ut aquam *quae flumine Nilo fertur* de lacu illo accipiamus, quem implebant aquae Niloticae (Strabo 17, 1, 4 p. 789. c. 1, 17 p. 793) corruptae ibi admixtis palustribus. Augustus autem canalem sive fecit sive purgavit et ampliavit, eo opere effecit, ut oppidani omnes iam aquam Niloticam *per se* potarent, id est opinor non per lacum mixtam palustri. Strabo quoque cum fluminis Sebasti nomen non ponat, fieri potest, ut quae de canali Eleusine Schediam habet non ad Augusti opus pertineant, sed ad statum eum qui obtinuit tum cum ipse Aegyptum adiit praefecto Aelio Gallo (cf. Niese in Hermae vol. 13 p. 43), id est anno ante Chr. 25 vel 24. Augustum fossarum Niliacarum egregiam curam egisse ut tradunt auctores (Suetonius Aug. 18: *Aegyptum ... ut feraciorem ... redderet, fossas omnes, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa vetustate militari opere detersit;* Dio 51, 18: *τὰς διώρυχας τὰς μὲν ἐξεκάθηρε, τὰς δὲ ἐκ καινῆς διώρυξε*; cf. C. I. L. III S, 6627 praesertim adn. p. 1211), ita Alexandrini aquaeductus memoria apud eos non reperitur.

Haec interim sufficient, ne insignis titulus sine aliqua adnotatione in lucem prodeat. Recte de eo cum agere nequeat nisi topographiae Alexandrinae probe gnarus, quae in hac mea adnotatione deficiunt, brevi, ut spero, explebit Puchsteinius noster situ suis oculis examinato de aquaeductibus Alexandrinis peculiari commentario acturus.

XLVIII. CIVIVM ROMANORVM LIBERTINORVM APPELLATIO GRAECA.

Alexandrino titulo bilingui adiunxi bilingues sepulcrales tres nuperrime repertos omnes propterea quod libertinorum nomenclaturam illustrant.

1. in insula Co.

C N P A C O N I V S
A L D I O N Y S I V S
ΓΝΑΙΟΣ ΠΑΚΩΝΙΟΣ
ΑυλΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ

Paton et Hicks *inscriptions of Cos* n. 188, ubi traduntur 3 ΠΑΚΩΝΟΣ — 4 ΑΙΛΙΟΥ.

2. tabulae duae Anthedone in Boeotia.

a M · ARELLIVS · Q · F · POM
MAPKOΣ APEΛΛIOΣ KOINTOY
YIOΣ ΠΩMENTINA

b Q · ARELLIVS · M · L · XSENO
KOINTOΣ APEΛΛIOΣ MAPKOY
ΞENΩN

C. D. Buck *American journal of archeology* 5 (1889) p. 460.

3. Orei in insula Euboea.

C · DVDISTIVS · C · L
ΓAIOΣ ΔOYΔIΣTIOΣ
ΓAIOY TIMOΘEOΣ[1])
XAIPE

Ectypum misit Wilhelm.

Addimus ex titulis antea editis hos item bilingues:

4. Deli (C. III S, 7212)

L. Caecilius A. l. = [Λεύκιο]ς Καικίλιος Αὔλου.

5. Deli (C. III S, 7218)

A. Plotius M. l. = Αὖλος Πλώτιος Μαάρκου.
C. Sehius C. l. = Γάιος Σήιος Γαίου.
C. Claudius C. l. = Γάιος Κλαύδ[ι]ος Γάιου.

Supra recensitorum hominum condicio libertina cum enuntietur in exemplari Latino, eandem qui sequuntur cives Romani significant cognomine Graecanico; id enim quamquam, ubi de civitate publice donata cogitari potest, ingenuus quoque civis Romanus habere potuit, in tenuioribus his ad libertinitatem recte referetur.

6. Deli dedicata anno u. c. 680. Homolle *Bull. de corr. Hell.* 1884 p. 146

Μάαρκος Καλούιος Αὔλου υἱός
Αὖλος Κλαύδιος Βακχίου υἱός
Αὖλος Ῥοτίλιος Λευκίου υἱός.
Λεύκιος Σολπίκιος Λυσιμάχου υἱός
Μάαρκος Πλαιτώριος Μαάρκου Φλάκκος
Αὖλος Καστρίκιος Δέκμου Ἀχαιός
Αὖλος Σολπίκιος Σερουίου Ὀνησᾶς
Δέκμος Κλώδιος Δέκμου Δημήτριος
Διογένης Πρωτογεν/// Ἡράκλειος
Σέξτος Ὄππιος Νεμερίου Ζεῦξις
Πόπλιος Σερουίλιος Αὔλου Ἐπάγαθος
Τίτος Κλώδιος Γαίου Τρύφων.

[1]) Cognomen in solo titulo Graeco admissum inde explicandum est, quod vetustior usus etiam in libertinis id ignorabat (*Staatsrecht* 3 p. 425 not. 1).

7. Deli (Kumanudes Athen. IV p. 462 n. 17)
Γάιος Σήιος Γναίου Ῥωμαῖος Ἀριστόμαχος.

8. Athenis (C. I. Att. III, 1863)
Λεύκιος Αὐφίδιος Νικίας Λεύκιος Λευκίου Μελιτεύς.

9. Athenis (C. I. Att. III, 2872)
Ἀρτεμίσιος Φλαμίνιος Λευκίου Ῥωμαῖος.

10. Athenis (C. I. Att. III, 3045)
Πόπλιος Κορνήλιος Ποπλίου Βαρναῖος.

11. Athenis (C. I. Att. III, 3354)
Μᾶρκος Πακώνιος Αὔλου Στέφανος.

Haec exempla, quibus non dubium est similia plura addi posse, aliquatenus declarant, quomodo Graeci civium Romanorum libertinorum nomina tractarint.

Gentilicia Romana abhorrent a consuetudine Graeca et offenduntur aliquoties in titulis sexto urbis Romae saeculo Graece conscriptis Romani homines solo praenomine appellati, ut in laterculo anathematum Deliaco (Dittenberger syll. n. 367) T. Quinctius Flamininus cos. a. 556 et frater eius Lucius et A. Atilius Serranus, item in decreto Lampsaceno (Dittenberger n. 200) iidem Quinctii. Sed vel hac aetate longe frequentius gentilicia reperiuntur enuntiata, ut gentilicium habent in eodem laterculo Deliaco qui simul nominantur C. Livius et P. Cornelius Scipio et in laterculo proxenorum Delphico eiusdem aetatis (Dittenberger n. 198) quotquot reperiuntur cives Romani unico excepto qui appellatur forma mere Graeca Νίκανδρος Μενεκράτεος Ῥωμαῖος, homo opinor Graecus civitate Romana donatus et enuntiatus hybride nomini antiquo addita civitate recens adsumpta. Ipse T. Flamininus gentilicio utitur et in laterculo eo proxenorum (Τίτος Κοίγκτιος Τίτου υἱὸς Ῥωμαῖος) et in titulo honorifico Gytheatarum (Dittenberger 199: Τίτος Τίτου Κοίγκτιος) et in ipsius decreto Graece scripto (Dittenberger 202: Τίτος Κοίνκτιος). Libertini civis Romani, qui Graece scribens gentilicium Romanum omittat, certum exemplum nullum repperi; nam tituli Attici C. I. Att. III, 2876 restitutio admodum dubia est et quem supra octavo loco posui cum nomen bis enuntiet, ut recte vidit Dittenberger, et ad Latinam consuetudinem dictus Λεύκιος Αὐφίδιος Νικίας et Graeco more Λεύκιος Λευκίου, gentilicium non tam suppressit quam in alteram formam transtulit. Praeterea ne bilingues quidem tituli in Graeca forma gentilicium Romanum omittunt. Effecit id Romanorum apud Graecos praepotentia et quasi dominatio. Quod si haberemus eiusmodi inscriptiones dominatione ea anteriores, sine dubio ostenderent haec quoque nomina ut peregrina reliqua ad Graecam formam redacta. Sed a bello inde Philippico cives Romani non solum nobiles, sed etiam infimi ordinis ipsique libertini hoc obtinuerunt, ut a Graecis distinguerentur retenta nominis forma patria. Pervenit hoc quoque privilegium item ad cives coloniarum Latinarum, ut inter proxenos Delphicos invenitur

ita appellatus homo Brundisinus (Γάιος Στατώριος Γαίου υἱὸς Βρεντεσῖνος), in titulo Deliaco Fregellanus (Μάαρκος Σέστιος Μαάρκου Φρεγελλανός: *Bull. de corr. Hell.* 1884, 89); Apulorum tituli variant, scilicet Arpanus reperitur appellatus Italice (Σάλσιος Ταγύλλιος Ταγίλου υἱὸς Ἀργυριππιανός inter proxenos Delphicos), Canusini duo more Graeco (Βλάττος Ματούρου Κανυσῖνος inter proxenos Delphicos; Βοῦζος Ὀρτείρα Κανυσῖνος in decreto Deliaco *Bull. de corr. Hell.* 1884, 81).

Quod de gentilicio obtinet, ad filii vocabulum similiter pervenit. Graeca consuetudine cum excludatur, requiratur Romana, in titulis civium Romanorum Graece scriptis ut non ita raro omittitur, ita longe frequentius adest et procedente tempore magis magisque invalescit. Ipsi Tito Graeciae sive liberatori sive dominatori modo vidimus in altero titulo Graeco id negari, in altero dari. Tituli Attici Romanis viris mulieribusque positi excepto uno omnium antiquissimo, scilicet saec. sexti[1]), ubi patrem ponunt, filii filiaeve vocabulum constanter adscribunt; reliqui Graeci ante epocham imperatorum scripti id modo ponunt modo omittunt (Dittenberger syll. n. 236 seq.); aetate imperatoria cives Romani Graece scribentes ubi patrem enuntiant, filii vocabulum perraro omittunt[2]).

Liberti vocabulum ut nomini inseratur cum item Romanae leges requirant[3]), Graeca consuetudo melioris aetatis id ne in civibus quidem Romanis admittit[4]), sed solum probat patroni nomen nudo genetivo, adeo ut inter

---

[1]) C. I. Att. III, 561: Δέκμος Κοσσούτιος Ποπλίου Ῥωμαῖος. Alter n. 868 dedicatus Calvisiae Flaccillae Καλουεισίου Σαβείνου non hoc solo nomine dubitationibus obnoxius est.

[2]) Bilinguis titulus Romae repertus (inscr. Gr. Ital. et Sicil. n. 1674) Graece ita conceptus: [Γάιος Ἰού]λιος Γαίου Φαβ. [Ἀρταβάσδη]ς ..... υἱός, βασιλέως [Ἀριοβαρζάν]ου υἱωνός multis nominibus singularis est; singularis item miles praetorianus Graece appellatus Ἰάμουρ Ἀσάμου Σύρος (l. c. n. 1661). Etiam a titulis Latine scriptis legionariorum aliquoties abest vocabulum *filius* (exempla congesserunt O. Hirschfeld *arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich* 4, 128 et Domaszewski l. c. 5, 203; adde titulos l. c. 10, 236 et 15, 47).

[3]) In titulo Atinae in Lucania reperto (C. I. L. X, 388 = inscr. Gr. Ital. 666) qui nominatur *L. Manneius Q.*, item dictus φύσει δὲ Μενεκράτης Δημητρίου Τραλλιανός quem locum tenuerit, quaeritur. Formula φύσει δὲ cum adoptioni propria sit, peregrinus autem a cive adoptari non potuerit, fortasse hic accipienda est de ingenuo Graeco redacto in servitutem civis Romani et ab eo manumisso. Quod si per servitutem talem quodammodo fiduciariam et imaginariam civitas Romana a peregrino adquiri potuit, formulae illi φύσει δὲ iusta excusatio paratur. Videtur igitur titulus spectare ad gravissimam quaestionem, utrum apud Romanos iure gentium civi Romano licuerit liberum hominem iuris peregrini suum facere, de qua disputavimus ego *Berliner Festgaben für Beseler* p. 256 seq. et nuper egregio acumine Mitteis *Reichsrecht und Volksrecht* p. 358 seq.

[4]) Exceptionem facit titulus Deliacus (*Bull. de corr. Hell.* 1884 p. 146): ...ιος Σερουείλιος Λι... [ἀπ]ελεύθερος καὶ Αὖλο[ς Σ]ερουείλιος Ποπλ[ίου ἀπ]ελεύθερος [σύ]νπλοοι. Eiusdem fere aetatis est titulus urbanus hybridus (C. I. L. VI, 8247 = inscr. Gr. Ital. et Sicil. 1781): Σέξστος Κλώδιος Δεκόμου λιβερτῖνος.

titulos supra recensitos duo secundus et sextus[1]) ingenuis Romanis υἱὸς vocabulum adscribant, libertinis solum genetivum. Id factum est propterea, quod vocabuli υἱὸς adiectio honorem auget, libertinae condicionis enuntiatio hominem ut a servis, ita ab ingenuis quoque secernens, magis eum minuit, cum praesertim apud Graecos ingenui quoque patrem enuntient nudo genetivo. Eapropter in titulis Graece scriptis qui inveniuntur cives Romani adiuncto ad nomen genetivo solo quamquam possunt esse ex ingenuis, fortasse maiore ex parte libertini fuerunt.

Sed consuetudo haec quamquam testibus titulis Deliacis ad extremum usque urbis saeculum septimum obtinuit, ad imperatoria tempora non pervenit. Caesarum liberti Graece non aliter appellari potuerunt atque appellantur Latine[2]), et etiam in privatorum libertis qui Romanas res tum moderabantur curam egisse videntur, ne libertini laterent sub nominis forma apud Graecos ingenuos usurpata. Certe in titulis eius aetatis Graece scriptis quamquam libertini more plane Romano nuncupati non admodum frequenter reperiuntur[3]) et molestum additamentum in Graecis titulis plerumque omittitur, nihilominus patroni civis Romani per genetivum solum expressi certum, quod ad hanc aetatem pertineat, exemplum nullum repperi. Nam Ἰούλιος Διαδουμενὸς Ἰουλίου Κουαδράτου ἀπελεύθερος tituli Messanensis (inscr. Graec. Ital. et Sic. 408) quamquam sine dubio idem est atque Διαδουμενὸς Αὔλου Ἰουλίου Κουαδράτου tituli Pergameni nondum editi mecum a Fraenkelio communicati, nihil obstat quominus hunc statuerit etiamtum servus.

Egimus de civium Romanorum apud Graecos appellatione; Graeci ipsi quomodo nomina forment, explicabunt aliquando ad quos ea res pertinet, nam quod sciam adhuc non satis explicuerunt. Hoc apparet diversam admodum rationem Graecos Latinosque in nominibus formandis secutos esse, scilicet ut uno verbo dicam, Romanos curam egisse, ut hominum condicio civilis intellegeretur ex ipso nomine plene enuntiato, apud Graecos e contrario eam inde agnosci non potuisse, fortasse adeo id eos egisse, ne inde pateret. Servorum vocabula utraque natio differre voluit reditque omnino ad radicem eandem, quod Graeci nomina servilia sumpserunt a vocabulis peregrinis Getae, Manii, Midae similibusque[4]), Romani autem libertos, scilicet servos et ipsos, Graecanicis solis cognominibus uti voluerunt; spirat ea consuetudo origine sua tempora praedatorum Antiatinorum et sacrificia Argeorum, id est Argivorum. Sed neutra natio ita ad certam legem pervenit

---

[1]) Quamquam qui ibi quinto loco nominatur utrum ingenuus fuerit an libertinus dubium est; nam huic condicioni cognomen Flacci parum convenit.

[2]) Athenis (C. I. Att. III, 1434): Ἀρχέβιος Πειραιεὺς Καίσαρος θεοῦ Σεβαστοῦ ἀπελεύθερος. Romae (inscr. Gr. Ital. et Sic. 1761): Τι. Κλ. Ὀψίμῳ ἀπελ. Καίσ. Neapoli (l. c. 721): Μ. Κοκκήϊος Σε[βαστοῦ] ἀπελεύθερος Καλ... Similia exempla abundant.

[3]) Athenis (C. I. Att. III, 1437 = C. I. L. III S, 7292): *P. Annius P. l. Satyrus* Πόπλιος Ἄννιος Ποπλίου ἀπελεύθερος Σάτυρος. Puteolis (inscr. Gr. Ital. et Sic. 856): Ὀκταουία Γαίου ἀπελευθέρα Οἰκουμένη, Πούβλιος Φουλούιος Πουβλίου ἀπελεύθερος Βλαστός. Plura cumulare nolui.

[4]) Strabo 7, 3, 12 p. 305.

propter necessariam nominum varietatem et mutabilitatem. Adsecuti id sunt Romani per genetivum ad nomen adiunctum secundum leges ita certas et fixas, ut rei publicae spiritus in ipsis vocabulis vivat et vigeat. Nudum genetivum admiserunt vel retinuerunt Romani in solo marito, puto ad denotandum non tam matrimonium quam manum, unde cum ea haec quoque genetivi usurpatio mature in desuetudinem cessit. In viris nomine recte et plene prolato distinguuntur servi, libertini, ingenui adiectis notis S[1]) — L — F, praeterea spurii adiectis ad tertiam litteris SP, quae nota deinde ex spurio filio per pudorem abiit in Spurii filium. E contrario apud Graecos civilis hominum diversitas cum eadem sit, nominum ratione nequaquam declaratur. Genetivus nude adscriptus ad nomen muliebre num possit de marito accipi, nescio; certe sollemnis usus uxoris vocabulum enuntiat nomine formato ad hoc exemplum (C. I. Att. III, 1474): *Κρινὼ Ἀρτέμωνος Ἀθηναία, γυνὴ δὲ Ληναίου*. Hoc extra dubium est apud Graecos vel potius apud omnes imperii Romani incolas iuris peregrini in servis dominum, in libertis manumissorem, in ingenuis patrem pariter efferri per nudum genetivum, neque ea consuetudo a lingua pendet; nam etiam in peregrinorum titulis Latine scriptis frequenter invenitur genetivus ita usurpatus et filii vocabulum additum a legitimo sermone etiam Latino in peregrinis abhorret. Errant igitur qui ubicumque Graecum nomen offenditur eo additamento instructum, id de ingenuo accipiunt, nam cum abunde constet etiam apud Graecos manumissionem admodum frequentatam esse[2]), nominum Graecorum forma eadem est in ingenuis et in libertinis. Quocum recte compones, quod Graeca lingua patroni vocabulum ex Latino sermone adscivit, quamquam aliqua manumissi hominis tuitio etiam Graeco iure sine dubio obtinuit. Etiam condicio servitutis ficticiae ex manumissione sacra derivatae[3]) et nothorum

---

[1]) Intellego nomina servilia, ut scribuntur plene in titulis vetustioribus, quale est *Philodamus Volusi C. s.*, ubi extrema in scripto nomine respondent ei quod in sermone est *Gai por* (*Staatsrecht* 3, 207). Aetate imperatoria ea in desuetudinem abiit et servi plerumque ad nomen suum solum domini nudo genetivo adscribunt.

[2]) Libertinorum ordinem distinguunt tituli Graeci complures. Ita exempli causa Pergameni mortuo Attalo tertio libertatem adepti ut *παροίκοις* civitatem tribuunt, ita *τοὺς ἐκ [τῶν] ἐξελευθέρων* sub certis condicionibus pariter atque servos regios (*βασιλικοὺς*) inter paroecos adscribi iubent (Fränkel *pergam. Inschriften* n. 249). Illis ipsos libertinos comprehendi dubium non est, cum hi neque omitti potuerint neque servis regiis posthaberi. In hac igitur civitate et libertini et ex libertinis oriundi non solum civitate carebant, sed ne metoecis quidem accensebantur. Paullo diversa ratione Ephesii post bellum Mithridaticum cives esse iusserunt *τοὺς ἰσοτελεῖς καὶ παροίκους καὶ ἱεροὺς καὶ ἐξελευθέρους καὶ ξένους* qui contra regem arma cepissent, omnes (Dittenberger n. 253). Denique sic est in titulo eruderato Cei vel potius Coressi (Dittenberger n. 348): *ἑστιᾶν τούς τε πολίτας καὶ οὓς ἡ πόλις κέκληκεν καὶ τοὺς μετοίκους καὶ τοὺς ἀπελευθέρους ὅσοι τὰ τέλη φέρουσιν εἰς Κορησίαν*. Philippum regem Macedoniae temporibus Hannibalianis notum est inter causas potentiae civitatis Romanae posuisse, quod apud Romanos libertini cives fierent aliter atque apud Graecos (cf. Hermae vol. 17 p. 480).

[3]) Hi sunt *ἱεροί* in decreto Ephesino modo citato ante libertinos nominati. A. Castricius tituli Deliaci *ἱερόδουλος* (C. I. Gr. 2327) rectius componetur cum iis de quibus Franzius egit C. I. Gr. III p. 306.

nota[1]) num apud Graecos aliquatenus determinatae fuerint nomine, quaeri potest, neque opinor operam perdet, qui in eam rem data opera aliquando inquiret.

Denique Latinam et Graecam nominis formam qui comparat, nón dubitabit hanc pronuntiare longe vetustiorem neque exolevisse apud Graecos condicionum civilium discrimina externa, sed e contrario Romanorum sive prudentiam sive superbiam abiecta pristina rerum ambiguitate cum civilitatis diluculo arte coniuncta ad denotationem eam pervenisse, cuius partem supra tractavimus; nam indolem eandem spirant in tribubus cognominibusque similia complura alibi explicata. Hic quoque ut in aliis institutis non paucis, exempli causa in exheredatione, Graeci antiquum usum retinuerunt, Romani quae propria habent ipsi invenerunt.

XLIX. LATERCVLVS COHORTIS I. LVSITANORVM

A. CLVI.

Inter papyros nuper in museum nostrum ex Aegypto inlatas cum Latinae perpaucae inveniantur, primarium inter eas locum tenet ea quam photolithographice (infeliciter sane) expressam in tabula adiecta proposuimus, infra subiecimus redactam ad formam solitam, scripturarum duarum quadratae et usus quotidiani servata diversitate, de qua infra dictum est. In legenda papyro tam Carolus Zangemeister me adiuvit confecto ad ectypum apographo quam Otto Hirschfeld, quocum ipsum archetypum diligenter recognovi. Praeter militum nomina quaedam reliqua quae quidem extant satis videmur nobis expedivisse.

(Textum v. p. 458. 459.)

Litterarum deficientium ubi numerus determinari potuit, virgulis // repraesentantur; praeterea ubi litterae videntur evanuisse, spatia explevimus lineis curvatis ____________. — I, 6 litterarum PRAE et LI (in IVLIVS) exigua vestigia supersunt. — 8 EX]X papyrus; littera I maior postea videtur inserta esse. — 14 inter AD et x formae minoris (quod videtur pro interpunctione usurpari) intercidisse videntur litterae duae, quae possunt fuisse PR. — fin. post Ð vestigium videtur adesse litterae V — 15 de litteris 7 VI licet evanidis factis tamen nobis satis constabat. — 20 SEMPRO et numerus I separantur signa tali ξ. — 29 litterae VE parum certae. — 25 E̅I̅ papyrus: corrigendum esse I̅I̅ et linea supra notas ducta ostendit et res. — 26 VIRCAM papyrus. — 29 litterae VE parum certae. — 36 versus postea adiectus. — II, 8 primae duae notae quid significent, parum apparet; spe-

---

[1]) Ἀπάτωρ ad nomen adscriptum proprium est Aegyptiorum.

ciem prae se ferunt I (vel T) et fortasse VS contignatarum. Quod sequitur HERMACISAPYNI non est dubium.

Cohortis I Augustae praetoriae Lusitanorum equitatae, cuius laterculum papyrus haec exhibet, praeterea habemus titulos duos, alterum Britannicum (C. I. L. VII, 1054) praefecti eius cuiusdam, cuius nomen periit, castrorum collocationis nullum indicium suppeditantem, alterum (C. I. L. III, 22 cum add. 6626) ipsorum castrorum cohortis eius extructorum ad Hieraconpolin Thebaidos a. p. Chr. 288 imperante Diocletiano. Ibidem (nam in *theracon* quod traditur nomen oppidi illius latere dudum intellectum est) eandem constitisse sub duce Thebaidos imperante Arcadio ostendit Notitia dignitatum (Or. 31, 58). Iam edocemur papyro hac cohortem eam inde ab a. 131 Iul. 8 castra habuisse item in Thebaide, sed loco longe ab illo remoto inter Thebas et Syenen *Contrapollonospoli maiore*, ut hic legitur, rectius contra Apollonospolin maiorem, ubi secundum eandem Notitiam quarto p. Chr. saeculo exeunte castra habuit ala prima Francorum (*contra Apollonos* 31, 51), cum in ipso oppido (*Apollonos superioris*) tenderet legio secunda Traiana. Anno p. Chr. 130 cum Hadrianus Thebaidem peragrarit [1]), castra illa tum fieri iusserit necesse est. Mansisse cohortem in iisdem ad a. certe 156 item papyrus declarat, neque inde translata videtur esse ante Diocletianum. Papyrus utrum ex his partibus prodierit an casu aliquo delata sit Arsinoen, unde veniunt nostrorum museorum papyri pleraeque, ignoratur.

Cohortem I Flaviam Cilicum equitatam, quam item tum in Aegypto castra habuisse papyrus (II, 22) ostendit, novimus ex titulo C. I. L. III, 6025 circa annum 140 stetisse ad Syenen, non longe igitur ab Apollonospoli maiore. Cohortis eiusdem tribunus a. 118 instituit metallis montis Claudiani (C. I. Gr. 4713*f*) eiusdemque praefectus secundum papyrum Arsinoiticam ineditam, cuius copiam mihi fecit Wessely, a. p. Chr. 123 de hereditate quadam a praefecto Aegypti iudex datus sententiam tulit. Cohors I Cilicum quae anno 134 pars fuit exercitus Moesiaci (C. I. L. III p. 877 D. XXXIV; cf. C. I. Gr. 3497) diversa fuerit necesse est.

Tertiae cohortis item Aegyptiacae nomen periit II, 25.

Legionem II Traianam fortem, cuius papyrus II, 13 meminit, secundo saeculo solam praesedisse Aegypto notum est.

Extra Aegyptum quae consisteret papyrus nominat alam II Thracum Mauretaniae; haec enim sine dubio significatur I, 25. 26, quamquam librarius pro numero II errore posuit EI. Eius alae et tituli potissimum reperti in Mauretania non pauci meminerunt [2]) et quae prodiit ibidem in urbe Caesarea nuperrime lex de veteranis data a Traiano a p. Chr. 109 inter alas

---

[1]) Memnonem audivit imperator cum comitibus suis a. 130 mense Novembri. Dürr *Hadrians Reisen* p. 63.

[2]) Cf. huius Eph. vol. 5 p. 187. Ex titulis in Mauretania repertis numerum habent C. VIII, 9358. 9390, *Bull. de la Gaule* 3 p. 91 et 4 p. 63; multi alii eum omittunt. Flavia cum in nullo reperiatur, non ita litterae papyri EI corrigendae sunt.

I, 1 PRIDIANVM COH. I AVG. PR. LVS. EQ.
2 MENSIS AVGVS[TI] SILVANO ET AVGVRINO COS. a. 156
3 QVAE HIBERNATVR CONTRAPOLLO-
4 NOSPOLI MAIORE THEBAIDIS EX VIII
5 IDVS IVLIAS PONTIANO ET RVFI[NO] COS. 131
6 PRAEFECTVS M. IVLIVS M. F. TRIBV
7 QVIR. SILVANVS DOMO THVBVRSI-
8 CA MILITARE COEPIT EX IX KAL. MA
9 IAS COMMODO ET LATERANO COS. 154
10 LOCO AELI PVDENTILLI
11
12
13 PRIDIE KAL. SEPTEMBRES
14 SVMMA AD [PR] x KAL. ÐV
15 IANVARIA[S I]N IS 7 VI DEC. III
16 EQ. CXIV DROM. XVIIII
17 PEDITES CCCLXIII
18
19 ET POST KAL. IANVARIAS ACCESSER.
20 FACTVS EX P[A]GANO A SEMPRO-|I
21 NIO LIBERALE PRAEF. AEGVPT.
22 Silvano et Augurino cos. 156
23 Sextus Sempronius Candid[us] ex V kal.
24 Maias
25 REIECTVS AB ALA EI THRAC. DEC. I
26 MAVRETANIAE AD VIRCAM CHOR-
27 TIS
28 Vibio Varo cos. 134
29 A. Flavius Vespasianus ex VI nonas
30 [M]artias
31 TIRONES PROBATI V[O]LVN- VIIII
32 TARI A SEMPRONIO LIBERALAE
33 PRAEF. AEG. IN IS EQ. I DROM. I
34 in 7 Herculani Silvano et Augurino cos. 156
35 [Ap]olloni[u]s //is ex // nonas Maias
36 A[po]llo//// min //// idibus ////
37 in 7 Marsici eodem cos
38 Anubis Am ——— / / i nonas
39 ———
40 in 7 Gaiani [eodem] cos.
41 C. Sigillius Val[e]ns [
42 in 7 Semproniani eodem [cos.
43 Ammonius [
44 ———

vacat pagina ima capax vv. 4.

II, in 7 Gai[ani
C. Iulius [
Ian[uarias
Silvano et A[ugurino cos. 156
Heraclammon Us[
nonas M[
in turma Artemid[ori
// i Hermacisapyni[
Apriles [
in turma Salviani eode[m cos.
//ccinius Barbaiatis ex XV[
kal. Maias
ACCEPTI EX LEG. $\overline{II}$ TR. FORT.
DATI AB EODEM PRAEFECTO
AEGVPTI
in 7 Lappi Condiano et Maximo cos. 151
Valerius Tertius ex VIIII [k]a[l.]
Apriles
in 7 Candidi Torquato et Iuliano cos. 148
Horatius Herennianus ex IV idus
Novembres
TRANSLATVS EX COH. I. FL. CIL.
in 7 Candidi Comm[odo] et Pompeiano co[s.] 136
Mae^{vi}us Marcellus [
ITEM TRANSLAT[
in 7 Lappi Severo [et Stloga cos. 141
C. Longinus Apoll[o
idus Feb[
in 7 Semproni[ani
Commodo et [Laterano? cos. 154?
Eros E[
ITEM FACTI [
in turma Arte[midori
Severo e[t Stloga cos. 141
/spon Petsireo[

in turma S[alviani
Glabr[ione et Homullo cos. 152
deficiunt versus c. 3.

in ea provincia consistentes recenset *II Thracum Augustam p(iam) f(idelem)*[1]. Augustae vocabulo ante numerum collocato utitur etiam in titulis C. I. L. VI, 1625*a*. VIII, 9358.

Militum nomina perscripta haberi apud duces *brevibus* vel *breviculis* qui dicuntur testantur biographus Alexandri c. 21: *milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves et numerum et tempora militantum* [*continentes?*] et Rufinus adv. Hieron. 2, 36: *si qui accepto breviculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inspicere, quanti ex militibus supersint, quanti in bello ceciderint et requirens qui inspicere missus est propriam notam... Θ ad uniuscuiusque defuncti nomen adscribat et propria rursus nota superstitem signet.* Vegetius cum idem vocabulum latiore significatione usurpet (2, 19: *cotidianas ... vigilias ... vicissim milites faciunt ... nomina eorum qui vices suas fecerunt brevibus inseruntur; quando qui commeatum acceperit vel quot dierum, adnotatur in brevibus*), indicem militum sic ut ad numerum accesserunt institutum matriculam appellat (1, 26: *producendi .. tirones sunt semper ad campum et secundum matriculae ordinem in aciem dirigendi.* 2, 5: *victuris in cute punctis milites scripti cum matriculis inseruntur iuvare solent.* 2, 7: *principalium militum .... nomina ac dignitates secundum praesentes matriculas indicabo*) memineruntque *matricularum militarium* etiam constitutiones (C. Iust. 6, 21, 16). Eius matriculae tamquam supplementum est index is quem tenemus, scilicet proficiscens a statu cohortis qui fuit k. Ian. a. 156, sed respiciens item ad eum qui fuit k. Sept. anni praecedentis, recenset milites qui accesserunt ad mensem Maium usque anni illius; dies enim postremus qui nominatur est I, 35 .. *nonas Maias.* Quadrimenstre tempus, quod ita significatur, pendet omnino a stipendio militari a Caesaris inde tempore ter in anno numerato (Marquardt *Handb.* 6, 96), scilicet k. Ian. et k. Mai. et k. Sept. A stipendii quadrimenstri solutione pendent rursus tributorum illationes per menses quaternos (C. Th. 11, 1, 15 ibique Gothofredus) et *quadrimenstrui breves* (C. Th. 11, 25) cum erogatione militari coniuncti etiam ea aetate, qua in re militari annona pecuniae substituta tres numerationes illae stipendiariae fieri desierant.

De universa ordinatione cum liqueat, in singulis ad coniecturas redigimur. Indicem militum in cohortem adsumptorum incipere a k. Ian. consulibus Silvano et Augurino ostendit I, 19, itaque iidem consules I, 2 non sunt iungendi cum eo quod praecedit *pridianum cohortis mensis Augusti*, sed pertinent haec ad exordium statum cohortis definiens. Vocabulum illud sic usurpatum novum est; significat opinor matriculam cohortis stipendii solvendi causa quinto quoque mense ita perscriptam, ut demerentur dimissi mortuive, adderentur adlecti. Ita singulis annis matriculae ternae fiebant appellatae ut videtur *pridianum mensis Aprilis, pridianum mensis Augusti, pridianum mensis Decembris*; habemus auctarium ad pridianum mensis Decembris adscriptum. Status cohortis quod non repetitur, ut expectamus, ex

[1]) Legem eam nondum factam iuris publici missam sibi a professore Algeriensi Waille et ab eo mox edendam mecum communicavit socius noster Renatus Cagnat.

pridiano proxime praecedenti, sed ex pridiano mensis Augusti anni non enuntiati, eo opinor explicatur vel certe excusatur, quod locus et praefectus iidem fuerunt inde a *pridiano mensis Augusti* facto anno 154, scilicet mutato tum praefecto. Nam index factus a. 154 Apr. 30 aliter concipiendus fuit, at inde ab a. 154 Aug. 31 idem mansit, itaque librarius hanc exordii partem ex eo libello in posteriores totidem verbis transtulit ipsa inscriptione retenta. Indicem scriptum esse non secundum temporis ordinem, sic ut milites singuli in numerum referebantur, sed uno tenore mense Maio anni 156 vel paullo post inde efficitur, quod primo loco positus miles tempore fere extremus est receptus V k. Mai. (I, 23) et confirmat universus libelli habitus et duarum quoque manuum diversitas, scilicet alterius rubricas scribentis maiusculis, alterius in spatiis vacuis relictis scribentis singulorum hominum nomina diesque militiae coeptae. Tenemus igitur indicem tironum aliove modo in cohortem receptorum paratum ad recensum eorum faciendum praefecto mox fortasse adventuro et sic expletum tum opinor, cum cohortales novos iuspiciebat tironesque ad sacramentum adigebat.

Praefectum Aegypti Sempronium Liberalem praeterea quod sciam ignotum papyrus passim nominat (I, 20. 32. II, 14). Milites omnes tam lecti quam voluntarii probantur non a cohortis praefecto, sed ab ipso, et ipse quoque ex alio numero in alium milites transfert.

Praefecti cohortis duo nominantur et ipsi pariter praeterea ignoti, Aelius Pudentillus et qui die Apr. 22 a. 154 ei successit et ad Maium certe a. 156 in officio mansit *M. Iulius M. f. tribu Quir. Silvanus domo Thubursica*[1]). Tam tribus vocabulum adiectum quam domus enuntiata scriptorem produnt Latini sermonis non satis gnarum. Nam tribus ita expressae unicum praeterea exemplum reperitur inter ea quae solita diligentia composuit Kubitschek (de Rom. tribuum origine p. 30), scilicet tituli Africani C. I. L. VIII, 1224; reliqua enim eo excusantur, quod in iis tribu collocata loco insolito ellipsis legitima excluditur. Domus autem ut saepissime ponitur in titulis militum centurionumque, equester ordo senatorium utpote municipiis exemptum in nomine formando domum tacentem (*Staatsrecht* 3 p. 887) in ea re plerumque imitatur[2]). Potest quidem opponi causa legitima deficiente equiti Romano domum recte adscribi et eam omissionem

[1]) *Iulius Silvanus Melanio proc. Aug.* nominatus in titulo Lugdunensi (Boissieu *inscr. de Lyon* p. 17) sine dubio diversus est.

[2]) Leges de praemiis veteranorum ut in gregalibus domum constanter enuntiant, ita tribunis praefectisque rarissime eam adscribunt. Inter titulos urbanos ordinis equestris in sexto corporis volumine compositos unicus qui domum adscriptam habeat est n. 1622 eques Romanus annorum XX domo Iulia Concordia. In titulis provincialibus equites Romani plures reperiuntur domum enuntiantes, ut sunt in Britannicis *Q. Petronius Q. f. Fab. Urbicus ex Italia domo Brixia* (C. I. L. VII, 704) et *Aemilius Crispinus natus in prov. Africa de Tusdro* (ib. n. 344) et duo quos mihi suppeditavit Hirschfeldius, *L. Cominius Vipsanius Salutaris domo Roma* Ilipae (C. I. L. II, 1085) et *Tib. Antistius Fausti fil. Quirina Marcianus domo Circina* Lugduni (Boissieu p. 269); sunt tamen rari et ipsi.

in abusu potissimum versari; sed tamen huiusmodi librarium magis crediderim contra consuetudinem receptam peccavisse quam legitima severitate nomen praefecti enuntiavisse. — Thubursicum quoque indigenis oppidum potius dicitur quam Thubursica. Eius nominis oppida duo fuerunt; sed Thubursicum Bure provinciae proconsularis cum in tribu Arnensi censeatur (Kubitschek imp. Rom. trib. discr. p. 148) neque rem publicam habuisse videatur ante Severum (C. I. L. VIII p. 173), praefectus is de quo agitur ortus sit necesse est ex Thubursico Numidarum, quod utrum Papiriae an Quirinae adscriptum fuerit cum ambigatur (Kubitschek l. c. p. 158), iam papyrus litem decidit.

Cohors de qua agimus quingenaria fuit et equitata; homines quot in ea fuerint k. Ian. a. 156 et quomodo distributi, explicatur ita I, 13—17:

centuriones	VI
dec(uriones)	III
eq(uites)	CXIV
drom(edarii)	XVIIII
pedites	CCCLXIII
summa	DV [1])

Centuriones sex in cohorte fuisse inde confirmatur, quod tot deinceps nominantur, scilicet *Candidus* II, 19. 23 — *Gaianus* I, 40. II, 1 — *Herculanus* I, 34 — *Lappius* II, 16. 23 — *Marsicus* I, 37 — *Sempronianus* I, 42. II, 29. Decuriones praeter eum qui est inter adlectos I, 25 nominantur duo *Artemid*[*orus*] II, 7. 33 et *Salvianus* II, 10. 37.

In titulis cum eiusmodi enumerationem nullam habeamus, auctor de munitionibus castrorum c. 25 de eadem ita exponit: *habet cohors equitata miliaria centurias X peditum, equites CCXL* (traditur *77 X aequites ped. ccxl*), *turmas decuriones* .... et post alia: *cohors equitata quingenaria habet centurias VI, reliqua pro parte dimidia.* Numerum qui excidit turmarum sive decurionum conieci esse VIII (in hac ephemeride vol. 5 p. 31 sive C. I. L. III S, 6760) propter titulum Ancyranum, in quo post verba [*e*]*t decuriones* leguntur nomina quattuor, sequitur deinde *coh. II Hispanor.*; nam cum copula ostendat praecessisse centuriones, necesse est ibi intellegatur cohors equitata eaque propter numerum decurionum non miliaria. Itaque quingenariae cohorti hic tribuuntur decuriones IIII isque numerus recte convenit equitum numero CXX; nam turma equitum tam in legione quam in ala quingenaria hominum est XXX [2]) neque quod sciam usquam minor eius numerus reperitur. Oblocutus his Domaszewskius in editione libelli pseudohyginiani p. 50 numerum supplevit X, propterea quod papilionum numerus

[1]) Elementi v post D vestigium adest evanidum; reliqui numeri omnes satis certi sunt.

[2]) Marquardt *Handbuch* 5, 348. 471. Accedit turma equitum singularium (C. I. L. VI, 225). Turma alae miliariae maior fuit hominibus mille (quem numerum diserte auctor enuntiat) distributis in turmas quattuor et viginti.

CXXXVI cohorti miliariae adscriptus ita conveniat cum numero peditum DCCLX tendentium per denos homines papilionibus LX et equitum CCXL tendentium per homines senos et centurionum decurionumque habentium papiliones singulos (76 + 40 + 10 + 10); sed papilionum distributio tota in coniectura posita est (cf. c. 28). Iam papyrus haec meam ordinationem confirmat; nam tres decuriones cum scribat fuisse k. Ian., quartum locum vacantem explet adlectus ex ala II Thracum (I, 25).

Numeri tam equitum, si dromedarios comprehendimus, quam peditum legitimos non multum, sed tamen excedunt; cohors quingenaria cum habeat pedites CCCLX, equites CXX non computatis centurionibus sex et decurionibus quattuor, veri numeri cohortis huius k. Ian. a. 156 fuerunt peditum CCCLXIII, equitum et dromedariorum CXXXIII. Aucti numeri ad adcrescentes in castris natos etsi possunt referri, magis crediderim hac aetate eos nondum matriculis insertos fuisse et cogitandum esse de supernumerariis, quales per omnia corpora passim offenduntur.

Dromedarios paucos in cohorte Aegyptiaca equitata turmis equitum insertos esse (dromedarius is cuius mentio fit I, 33 in turma fuit aut Artemidori II, 7 aut Salviani II, 10) non mirabimur et facile id conciliabitur cum improbatione usus bellici camelorum apud Vegetium 3, 23. Alas dromedariorum tres, quas in Thebaide Notitia recenset (Or. 31, 48. 54. 57), cognomina ostendunt constituta esse aetate Diocletiana.

Leges exercitus supplendi, quales obtinuerunt apud Romanos medio saeculo p. Chr. secundo, hoc indice vivida luce illustrantur.

Qui adleguntur cum originem adscriptam non habeant, ad Aegyptum ducunt et nomina quorundam, ut *Anubis* (I, 38), *Ammonius* (I, 43), *Petsireo*.. (II, 35) coniunctum sine dubio cum noto vocabulo Aegyptiaco Πετόσιρις, et ipsum de origine silentium; denique cum milites imperante Marco receptos in legionem Alexandreae castra habentem ad unum omnes origine Aegyptios fuisse ostenderit titulus C. I. L. III S, 6580, multo magis cohortes in Aegypto consistentes supplementis indigenarum solis usae sint necesse est. Milites auxiliarii cum solum ethnicum adsumant itaque ad omnes hoc laterculo comprehensos eadem origo *natione Aegyptius* perveniat[1]), peraeque omissa est.

Ad militum condicionem civilem quod attinet, quatenus nominum forma de ea edocemur, ne tirones quidem omnes peregrini iuris fuerunt, exempli causa qui primo loco nominatur (I, 29) miles factus ex pagano, tribus nominibus civilibus appellatur A. Flavius Vespasianus; accedunt translati in cohortem ex legione II, 13—21. Itaque vetusta ordinatio, secundum quam civis Romanus non merebat inter auxilia[2]), medio saeculo secundo certe

[1]) Militem alarium vel cohortalem Aegyptium quamquam adhuc nullum habeamus originem enuntiantem, classiariorum tituli (Eph. V p. 196) id ethnicum solum fere agnoscunt. Auxiliarii si qui fuerunt ex Alexandria Paraetonio Ptolemaide oriundi, ne his quidem civitatis vocabulum adscribi debuit, cum in auxiliis ethnicum requiratur (Hermes 18, 25 seq.).

[2]) Exposui de ea in Hermae vol. 16 p. 461 seq. (cf. vol. 19 p. 40).

aliquatenus infracta fuit. Respondet id omnino mutationi formulae in missionibus usurpatae ei, quae coepit inter a. 138 et 145, id est a primis annis imperatoris Pii, redit autem, ut recte monuit Hirschfeldius, ad instituta Hadriani; nam post quinque et viginti stipendia emerita demum mutatio illa in missionibus effectum habere potuit. Scilicet cum auxiliariis ad illum usque annum omnibus civitas Romana tribueretur, inde ab anno certe 145 clausula inseritur *qui eorum non haberent,* et erravi ego, cum dixi licet dubitans posse id fortasse restringi ad solos auxiliarios post probationem ante missionem civitate Romana donatos. Immo iam videmus Hadrianum constituisse, ut cives Romanos non solum qui sponte se offerrent, in auxilia recipere liceret, sed etiam legere; is enim quem supra attulimus ad hoc genus militum pertinet.

Milites qui accesserunt per quinque menses primos a. 156, alii tirones sunt lectus unus (I, 20—24), voluntarii novem (I, 31—II, 12), alii translati ex corporibus militaribus aliis, scilicet militia mutata poenae causa unus (I, 25—30), translati ex legione duo (II, 13—21), ex cohorte alia unus (II, 22—24), ex numero qui excidit duo (II, 25—31); extremum genus *item facti* . . . (II, 32—38) quo pertineat, nescio. Militibus ex ipsis castris oriundis, quorum ea aetate numerum non exiguum fuisse constat[1]). formula parum convenire videtur, potueruntque ii aut inter voluntarios recenseri aut inter lectos. — Ad singulos milites adscriptus est annus et dies, quibus factus sit, quos dies in tironibus supra dixi comprehendi anni 156 mensibus quinque primis; translatis adscribitur dies anni cuiusdam praecedentis. Ceterum in hisce diebus cum propter litteras hic illic evanescentes tum propter neglegentiam scribentis (ut II, 4 repetuntur consules praeter consuetudinem) minora quaedam dubia remanserunt.

Inter tirones unum reperiri lectum, voluntarios novem confirmat quod ait qui de re militari scripsit imperante Severo Arrius Menander (Dig. 49, 16, 4, 11): *plerumque voluntario milite numeri supplentur,* ubivis in commentariis eis distinguens inter lectos et voluntarios[2]). *Pagani* vocabulum opponitur militi in papyro ita ut apud Tacitum[3]) et Plinium[4]) aliosque auctores passim.

Militiae mutatio inter poenas militum et alibi memoratur (Marquardt

---

[1]) Hermes 19 p. 10.

[2]) Dig. 49, 16, 4, 1: *ad bestias datus si profugit et militiae se dedit, ... capite puniendus est, idemque observandum est in eo qui legi se passus est.* 2: *In insulam deportatus si effugiens militiae se dedit lectusve dissimulavit, capite puniendus est.* 3: *temporarium exilium voluntario militi insulae relegationem adsignat dissimulatum, lecto* (sic videtur scribendum pro *dissimulatio*) *perpetuum exilium.* 9: *qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt legive* [se] *passi sunt . . . militariter puniendos.* Similiter Traianus apud Plin. ep. 30: *refert voluntarii se obtulerint an lecti sint vel etiam vicarii dati.*

[3]) hist. 1, 53: *inter paganos corruptior miles* cet.

[4]) ad Trai. 86 *b*: *et milites et pagani.*

Handbuch 5, 572) et ponitur ab Arrio Menandro[1]. Reiectus quod item fit decurio quamquam mirum est, recte sumi poterit eum etiam in ala illu eodem loco fuisse et poenam ei inflictam eo se continuisse, ut decurionatum retineret, sed ex ala transferretur in cohortem. Alarii equites quantopere eminuerint super cohortales, ostendit quod ait Hadrianus in oratione Lambaesitana (C. VIII, 2532) adloquens equites cohortis VI Commagenorum: *difficile est cohortales equites etiam per se placere, difficilius post alarem exercitationem non displicere: alia spatia campi, alius iaculantium numerus, frequens dextrator, cantabricus densus, equorum forma, armorum cultus pro stipendi modo.* Potuit addi alia disciplina. Scilicet quod iam in papyro legimus alarium reici ex ala *ad virgam cohortis* explicant Livius ep. 57: (Scipio Africanus minor) *quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, virgis cecidit* et qui vitam scripsit Alexandri c. 51: *si quis* (militum) *de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci aut fustibus subiciebatur in conspectu eius aut virgis*; ubi *qualitas loci* ipsum est opinor discrimen inter militem legionarium vel alarium vite fusteve castigandum et cohortalem virgis subiectum. Mansit igitur quae observabatur libera etiamtum re publica militis civis militisque peregrini in castigatione diversitas, sed ita, ut alarius legionario aequipararetur et solus cohortalis servili flagellationi[2]) subiaceret. Idem discrimen obtinuit Alexandreae inter Graecos et Aegyptios[3]). Traxerunt igitur Romani consuetudinem eam a disciplina Macedonica; scilicet imperatores Romani postquam auxiliaribus talibus uti coeperunt, quales secundum instituta Alexandri servilibus verberibus afficiebantur, in iis castigationem eam retinuerunt, a civibus procul habuerunt.

Translatio denique, qualis in papyro hac reperitur, plane nova procedit. Translationem ex numero altero in alterum saepissime memorant lapides in centurionibus, quippe qui in processu plerumque cum loco numerum mutent. Gregales e contrario quamdiu merent caligati, in eodem numero permanere non solum ostendunt silentio suo tituli permulti, sed ubi mutant, id extra ordinem fieri indicat fere formula in sollemni centurionum mutatione non usitata[4]) *translatus ex numero illo in illum.* Exempla numeri mutati ante acceptam vitem quae mihi praesto sunt (neque enim data opera conquisivi) subieci.

1. Legionarios translatos in praetorium composuit Bohnius (*Heimath*

---

[1]) Dig. 49, 16, 3, 1. 16.

[2]) Macer Dig. 48, 19, 10 pr.: *ex quibus causis liber fustibus caeditur, ex his servus flagellis caedi ... iubetur.* Callistratus Dig. 49, 14, 12: *verberibus servilibus.* Constantinus C. Th. 9, 12, 1: *si virgis aut loris servum dominus adflixerit* cum adnotatione Gothofredi.

[3]) Philo in Flaccum 10: τῶν μαστίγων εἰσὶ διαφοραὶ διακεκριμέναι κατὰ τὴν πόλιν πρὸς τὰ τῶν τύπτεσθαι μελλόντων ἀξιώματα· τοὺς μὲν γὰρ Αἰγυπτίους ἑτέραις μαστίζεσθαι συμβέβηκε καὶ πρὸς ἑτέρων, τοὺς δὲ Ἀλεξανδρέας σπάθαις καὶ ὑπὸ σπαθηφόρων Ἀλεξανδρέων.

[4]) Exceptionem facit fortasse titulus C. I. L. VI, 2899, nisi praeferimus centurionis notam superscriptam esse ad emendandum vocabulum *tralati.*

der Prätorianer p. 11 seq.). Eiusmodi processus cum post Severum legitimus factus sit, translatus vocabulum in titulis iis raro usurpatur.

2. Alarios relatos inter equites singulares composui ego in Hermae vol. 16 p. 462.

3. Legionariorum translatorum in legionem aliam exempla aliquot reperiuntur exauctorata imperante ut videtur Elagabalo legione III Gallica militibusque eius receptis in III Augustam (C. I. L. VIII p. 1074, cf. III n. 208 et Henzen *bull. dell' Inst.* 1865 p. 52). Accedit titulus Alexandreae in Aegypto repertus (*Revue arch.* ser. 3 vol. 18 a. 1891 p. 339) militis *legionis II Traianae Germanicae fortis Antoninianae tralati ex legione III Augusta pia vindice* et alter Tarraconensis (C. I. L. II, 4154) militis *probati in leg. VI ferrata, translati frum(entari) in leg. VII g. p. f.*

4. Cohortalem auxiliarium translatum in legionem non inveni nisi unum C. V, 898 *ex (cohorte) Claudia miliarense translatum in l(egionem) Au(gustam?)*

5. Cohortales urbanicianos translatos in praetorium composuit Bohnius l. c. p. 12 not., adnotans militum eorum numero quattuor duos (C. IX, 5839. 5840. X, 3733) promotos esse imperante Hadriano eundemque secundum sententiam servatam a Dositheo c. 2 similem promotionem tironem sperare iussisse, tertium quartumque (C. IX, 5650. XI, 20) nihil obstare quominus ad eadem tempora referantur.

6. Militem ex cohorte urbana una translatum in urbanam alteram reperies C. IX, 5839. 5840.

7. Vigil translatus in praetorium est C. VI, 2780 (cf. *Staatsrecht* 2^3, 1057).

8. Vigil translatus in cohortem urbanam est C. X, 3820, de quo titulo non recte iudicavit Cauer eph. ep. 4, 469.

Haec mutati numeri exempla quamquam sine dubio qui data opera quaeret aliis additis augebit, de ipsa re iam satis constat. Scilicet manet gregalis communi iure in numero suo, donec aut exauctoratur aut vitem accipit; numerum mutat nonnisi extra ordinem et ita fere, ut transeat in militiam ordinis superioris. At in laterculo de quo agimus Aegyptiaco milites recensentur pro re complures translati alii ex cohorte auxiliaria in auxiliariam alteram, quae numeri permutatio componi poterit cum ea quam supra tertio quintoque loco recensui, alii adeo in cohortem auxiliariam e legione, cuius translationis similem nullam praeterea repperi; neque enim recte comparabuntur rari et ipsi gregales legionarii in cohortem alamve ita translati, ut ibi fiant sesquiplicarii decurionesve vel centuriones[1]), nam

---

[1]) Composuit eos Domaszewskius *arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich* 10 p. 21. Ita M. Annius M. fil. Quir. Martialis imperante Traiano ex milite legionis III Aug. factus est dupliciarius et mox decurio alae Pannoniorum, deinde centurio legionarius. Titulus Carnuntinus, quem l. c. interpretatus est Domaszewskius, non magis recte comparabitur; nam inter *mil. leg. XIIII g.* et *optionem o[cta]v[a] pr(incipis) pr(ioris)* quae interponuntur officia *librarius numeris, custos armorum, signifer* recte Domaszewskius negavit ad auxilium aliquod trahenda esse.

legionarios duos translatos in cohortem Lusitanorum ibi quoque gregalium locum tenuisse inde colligitur, quod utrique adscribitur centuria. Minuitur aliquantum difficultas eo quod supra vidimus hac aetate cives Romanos tam in auxiliis meruisse quam in legione; nihilominus legionariorum et auxiliariorum condicio ne sic quidem exaequata est. Itaque fortasse eiusmodi translatio propria fuit exercitus Aegyptiaci non uno nomine a reliquis recedentis.

In usu militari Latinam linguam per universum imperium solam admissam esse[1]) papyrus haec in extrema Thebaide conscripta confirmat. Scripsit eam sine dubio cohortis illius librarius usus pulcherrimis litteris quadratis; nomina militum deinde inseruit praefectus Aegypti aut sua manu aut, quod magis crediderim, apparitoris cuiusdam, minusculis non minus certis et claris. Neque tamen desunt vitia cum orthographica (*Contrapollonospoli* I, 3 — *Sextus* praenomen perscriptum I, 23 — *Liberalae* I, 32) tum sermonis, ut sunt *hibernatur* I, 3 pro deponenti usurpatum, et formula *eodem cos.* I, 37. 40. 42. II, 10, ubi requiritur pluralis, item de quibus supra p. 462 dixi additum *tribu* praeter consuetudinem et domus enuntiata in viro ordinis equestris.

TH. MOMMSEN.

[1]) Cf. Hermes vol. 19 p. 22.

INDICES.

COMPOSVIT M. RVBENSOHN.

I. NOMINA.

I. IMPERATORES ET DOMVS EORVM.

[1]) Sic notavimus *aes Italicense* p. 387 ss.

[1]) *In titulis sic signatis legi potest etiam aut legebatur olim* Augustorum *aut* filiorum.

[1]) *Auctor scribere voluit, ni fallor* Adiab. Parth. max.

dominus n. invictissimus et super omnes fortissimus 1210
[tota divina domus e]orum 244 } *sc. Gordiani et coniugis*
numen maiestasque eorum 116 }

SABINIA TRANQVILLINA

[Sabinia Tra]nquillina Aug. co[n]iux [d. n.] Imp. Caes. Antoni Gordiani P. F. Aug. 116
[Sabinia Tranq]uillina [Aug.] 244
Furia Sabinia Tranquillina sanctissima Aug. coniux Gordiani Aug. 1211

coniugi iuncta 244

PHILIPPVS PATER

Philippus pater *565
Imp. Caes. M. Iulius Philippus Pius Felix Invictus (Inv. *om.* 594; *ante* P. F. 674) Aug. 594. 651. 656. 674. 766
[d.] n. 594

a. 244	pont. max.	tr. pot.	cos.	p. p.	procos.	651
a. 244	pont. [max.]	tr. pot.			p. p.	674
	[pont.] max..	tr. pot. ..	[cos.	p. p.]		766
	pon[t.] max.		cos.	p. p.	pro[cos.]	594
	[pont. max.	tr.] po[t. ..				*565

nomen erasum est *565, *nomen et honores* 766

SEVERA PHILIPPI

[M]arcia Otacilia [Seve]ra Aug. coniunx [d.] n. et mater Caes. [et ca]strorum et senatus et patriae 594 *iuncta coniugi et filio*

PHILIPPVS F.

Philippus f. *565
M. Iulius Philippus nobilissimus Caesar 651
M. Iulius Philippus nobilissimus Caesar princeps iuventutis 594

DECIVS

Decius 639
Imp. C. C. M(essius) Q. Decius ... 1104
Imp. Caes. C. Messius Q. (Quintus 600) Decius Traianus Pius Felix Aug. 584. 586. 600
Imp. Caes. C. Messius Traianus De[cius] Pius Felix Aug. 589

a. 250/1	pont. max.	tr. pot. ..				p. p.	589
	pont. max.	tr. pot.				p. p.	584. 586. 600
	..	tr. pot.	p. p.	cos.	procos.		639

ETRVSCILLA DECI

Herennia Etruscilla ([Et]rhuscilla 286) Aug. coniux Aug. n. 286. 639

coniugi iuncta 639

GALLVS

Gallus *578. 622
Imp. C(a)es. d. (n.) Ga[ll]us .. 628
Imp. [Caes.] C. Vibius Gallus Aug. 1105

VOLVSIANVS

Volusianus *578
Imp. C(a)es. d. (n.) Volusi[anus] ... 628

a. 278	pont. max.	tr. pot. III	cos.	p. p.	procos.	693
	pont. max.	tr. pot. ...				591
	...	[tr. p]ot.		p. p.	[pro]cos.	*638

[pac]ator [orbis] *638

CARVS

Imp. Caes. M. Aurelius Carus Invictus Pius Felix Aug. 603

Imp. Caro [Pio Feli *nisi est* Invi]c. Aug. [n. *aut* F(elici)] 671

a. 283	p. m.	[t.] p. II	603

CARINVS

M. Aurelius Carinus nobilissimus Caes. filius *Cari* 603

Imp. Carinus Caes. Felix 671

NVMERIANVS

Numerianus 648

M. Aurelius Numerianus nobilissimus Caes. 603

Imp. Numerianus Caes. Felix 671

DIOCLETIANVS

dddd. nnnn. *ante nomina Diocl. Maxim. Const. Gal.* 422; dddd. [nnnn.] inv. 808; Impp. .. 1098; ... [i]mpp. 172; dd. nn. 654 *ante nomina Diocletiani et Maximiani*; magnus et invictus 604. 608. 640 *ante nomen Diocletiani*

Diocletianus *131. *172. 422. 808. 1098

Imp. Caes. (Imp. Caes. *om.* 654) C. (C. *om.* 640) Valerius Diocletianus Invictus (Inv. *om.* 604. 608; *post* Felix 151. 557) Pius Felix Aug. *151. *523. 557. *587. 604. 608. 640. 654. 748

perpetui Augg. post nomina *Diocletiani et Maximiani* 422

praemissum pont. max. { G[ermanicus max. Persicus max. Sarma]ticus max. Brit[ann. max. Carpicus max.] 523; Pers. max. Germ. max. *151 }

a. 285	p. m.	[t.] p. II		cos. II	procos.	[p. p.]	640
		[t.] p. II		cos. II	procos.	p. m.	608
		tr. pot. II		cos. II	p. p.	procos.	151
a. 297		[tr. pot.] XIIII		cos. VI	p. p.	[procos.]	523
	p. m.	tr. pot.	⟨p. p.⟩	cos.	p. p.	procos.	557
	p. m.	[tr. pot.]		cos.	p. p.	[procos.]	604
	p. [m.	tr. pot. . .]	p. p.	cos.		proc[os.]	748

numen maiestasque eius 151. 748

nomen erasum est 748. 808

AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS

Maximianus *131. *172. 422. 808. 1098

[C. Valerius Maximianus] Aug. 654

Imp. Cae[s.] Maxi[mi]anus Aug. nob. Caes. 1110

Imp. Caes. (I. C. *om.* 640) M. Aurelius (M. A. *om.* 640) Valerius Maximianus Pius Felix Invictus (Inv. *om.* 640) Aug. 557. 604. 640

a. 287		tr. pot. II	cos.	procos.		*640
	p. m.	tr. pot.	cos.	p. p.	procos.	557
	p. m.	[tr. pot.] ...				604

nomen erasum 808, *item Diocletiani nomine relicto* 654

II. REGES.

III. NOMINA PRIVATORVM.

[1]) F. Annius *errore?*
[2]) *Vix recte, lege* Fusca F(usci) f. *cf.* C. 3882.

[1]) *V. Kaibel inscr. Gr.* 1966.

Cetera fragmenta v. in cognominum indice

IV. COGNOMINA PRIVATORVM.

[1]) *De nomine luditur ut saepe in ep. v.* 3 venerando nomine Dignae.

[1]) Ispica, Ispiculus *notantur in onomastico De-Vit* III *p.* 599.

[1]) *Eiusdem nomen simplici* l *scriptum legitur* C. VI 1058. 1059.

[1]) *Non* An|tiritilanus, *sed versu 2 legendum* N..., *excidit igitur annorum numerus.*

[2]) *C.* VIII 9380 *eundem fortasse exhibet.*

V. VARIA DE NOMINIBVS.

II. NOTABILIA.

APPARITORES ET OFFICIALES. FISCVS

---

[1]) *Hoc munus iam prodiit* C. I. L. X *p.* 1123.
[2]) *Ediderunt etiam Polak in Mnemos.* 1887 *p.* 243 *ss. et Herwerden Studia crit. in ep. Gr.* 1891 *p.* 124.
[3]) *Traditur hoc versus frustulum lapidarii errore sic:* quisque meum titulum stat legerit et dicit.

COLLEGIA

DII DEAEQVE

ERAE

[1]) *Vix credibile esse me admonuit Gruppe ita significari Saturno aperto capite i. e.* Graeco *ritu in illo templo sacra fieri.*

463. 467. 468. 474. 542. 549. 674; a(nno) *omissum* 461. 465. 469. 470. 484. 486. 550 (pro.). 551 (pro.). 552, a. *et* pr. *omissa* 803; *mensis et dies additi* 461. 465. 467. 468. 469 (*mens. excidit*). 470. 474. 479. *480. *555

a. p. Chr.	provinciae	n.
222	CLXXXIII	470
227	CLXXXVIII	465
235	CLXXXXVI	486
239	CC	469
244	CCV	461. 467. 674
252	CCXIII	803
312	CCLXXIII	484
324	CCLXXXV	463
331	CCXCII	474
339	CCC	550
355	CCCXVI	552
366	CCC[XX]ϚI	549
392	CCCLIII	479
408	CCCLX et ϚIII	542
509	CCCCLXX	541
—	CI..	468
—	CC...	551

anni sacerdotii provinciae Africae

a. p. Chr.	sacerdos (sac. 81) provinc. (p. 81) Afric. (A. 81) anni (a. 81)	n.
108—110?	XXXVIIII	707
183—185?	CXIII	81

annus CXXX *coloniae Iuliae* Karthaginis *conditae(?)* 692
ann[o] duoviratus [*illorum*] 139
indic(tione) XV 429
anno illius mag. 422
anno urbis conditae ÐCCCXCVII 1192

pr. non. Apr. *natalis Caracallae* 1207
[in mem(oriam)] eius die qui fuit XV k. Novembr. *sc. quo periit Seianus a.* 31 *p.* 424, 3

aqua Claudiana *Lamasbitana decurrere incipit simul cum autumno* d. VII k. Oct., *desinere videtur* [d. VIII k. Apr.] 788

GRAMMATICA QVAEDAM[1])

1) *De verborum orthographia et formatione*

A = E	consacravit 89
A *omissum*	[vete]rnus 82
AE = E	Aemeritus 788, 2, 31
	Aemerita 788, 1, 18
	depraeendetur *ed. C.* 19
B = P	apneb(oti) 313
	dilabsum 960
	rebara[tis] 480

[1]) *Aes Italicense quae confert ad hoc capitulum seorsum tractavimus, ut quae eius orationis propria essent, clarius eluceret.*

B = V	bel *tab. C* 2
	Bibius 1224
	bo[tu]m 28
	abaritiam *tab. C* 36
	dibinus 217
	fabor 110
	inbiol[abile] 217
	iubenibus 1224
	pribate *tab. C* 44
	p[r]obi[nciae] 9 [1])
	quiebit 429
	requiebit 430
	sibe *tab. C* 36. 38
ed. C. semper fere:	bel 28. 39
	berum 8
	bexatio[ni]bus 5
	bindicta 22
	boc[an]tur 5
	conbeni[at] 27
	erbi (= erui) 20
	grabissimis 5
	inbenerit 38
	intentaberit 13
	pribilegio 15
	pribat[ae] 48
	obserbandam 30
	obserbantiam 40
	serbis 28
	sibe 28
C = Q	cua[litate] *ed. C.* 11
C = QV	ecus 309
CH = C	buchi[nator] 1219
D = T	adque 314. 568. 697
	[q]uodannis 213
E = AE	edif[ice]s 28
	edilicius 114 *bis*
	Elio 551
	Esculapius 222. *998
	Cecilius 890
	Cesar 617. 628
	Cesernius 419
	coheret 90
	demon 155
	Getul(i)cus 534
	hec 463
	lapidecesor 479
	prefectus 404 *p. c.* 459
	preses 524
	Retorum 1092
	scenicos 760
	se[culi] 480
	saepissime in declin. 1 gen. et dat.

[1]) *Neque enim per compendium scriptum videtur hoc verbum.*

Graecanica:

ae = *e* Caefalius 490
ch = *c* Charystias 210
co = *chi* arcosinagogi 147
e = *ae* [Iu]d[ea]e 262; Parthenopeus 1229
e = *o* Xenephon 1115
f = *ph* dendroforus 508; Eugrafii 298; Filumene 1252 *bis*; Fison, Eufrates 28, Trofimus 1232
h omissum Cristi 445 *al.*; Euprasia 194; [Hyac]intus 201; Ipparchus 680; Iugurta 202; Particus 621 *al.*; Sipo 269; Traec(um) 702; Tra(cum) 967
i = *y* sinagoga, arcosinagogi 147, Simbolius 376
dativi: Eutycheti *1227. 1264; Ireni 1227
ablat.: base 90
cf. praeterea cognomina: Beneaucxis 719; Clita 507; Deuter 1249. 1251; Νεικομήδης 315

declinationes:

1 *decl. gen. sing. in* a: Codra, Alurusa 38
gen. in ai: filiai 554
2 *decl. abl. sing. in* u: numeru 429; animu 470
nom. plur. in i *pro* ii, *item gen. sing. passim, notandum* Pi 757
dat. abl. plur. in is *pro* iis: conscis *ed. C.* 22, *cf.* remedis 7; filis 1252; Ianuaris 480; Pomaris 548; praedis 450. 451; *principis 1217
abl. plur. in bus: dibus 968. *1018. 1056. 1057. 1141; [mil]iaribus 645
3 *decl. abl. sing. in* i: paci 430; veteri 960, *cet.*
abl. pl. in is: sumtis 529
4 *decl. gen. sing. in* i: portici 147; e[vent]i 302
5 *decl. gen. sing. in* e: die *p.* 424, 3
pronomen: quoi *in carm.* 490; *el[la] 827

coniugationes:

cecurrit 712 *carm.*
circumdabit = circumdedit 217
commusserit = commixerit, *nisi est* commoverit 68 [1])
didikuiu = dedikavi 474
liquat = liqueat 827
peri = perii 712

apices:

álae *p.* 427, 9
[Apolli]nárés 1267
Avítus 1190
bonó *p.* 427, 8
Caésió *p.* 427, 8
félicitér *p.* 427, 8
felicitér *p.* 427, 10
hábeas *p.* 427, 9

[1]) *Propter sequens* et vivus ardebit *non dubito verbum esse pro* combusserit. *Noluit igitur Cassius cremari.*

[1]) *Nisi coniungere malis* ferarum multo fuit potior .... milibus.
[2]) *an* Vilbiam [v|i]olavit?

INDEX GRAMMATICVS AERIS ITALICENSIS [1])

[1]) *Hic index dum typis exprimitur, prodiit Emmanuelis Berlanga, archaeologi Hispani clarissimi, liber qui inscribitur* El nuevo bronce de Italica (*Malagae* 1891) *ornatus aeris imagine photographica commentationibusque variis; quod opus Huebneri liberalitate etiam consulere licuit.*

[1]) *Sic enim facillime locus sanatur.*

HONORES PVBLICI

1) *In lacuna erat puto* opt(imo).
2) *Distributione syllabaria commendaretur* Ga|latia, *nisi v. 13 legeretur* [decr]'evit.

HONORES MVNICIPALES. ORDINES CVRIAE

LVDI LIBERALITATES. RES GLADIATORIA

NOTAE ET COMPENDIA SCRIPTVRAE

(quae in ceteris indicibus indicata sunt hinc fere exclusimus)

[1]) *Laterculus militum leg. III Aug.*

[1]) s *videtur non distinguendum esse a* p, *cum* 1, 23; 2, 26; 3, 11; 3, 18; 3, 20; 3, 26; 3, 30; 3, 32 *illud a sequente* h *seiungatur puncto posito, non ab* p *antecedente, aut hoc ab altero* p.

NVMERI NVMMI METRA. VECTIGALIA

OFFICIA PRIVATA ET ARTES

PROVINCIAE CIVITATES GEOGRAPHICA ALIA

[1]) *Erat fortasse quaedam* σοβαρὴ βαλάνισσα, *ut Anth. Pal.* V 82.

RES SACRAE VARIAE

SEPVLCRALIA

[1]) *An erat* incol(a)?
[2]) *Est fortasse* παλάμῃ = dolo *vel* vi, *attende scripturam* PALAME | D E S.

TRIBVS

NOTABILIA VARIA

INDEX COMMENTATIONVM.

---

[1]) *Synonyma fere vocabula, neque hoc de origine aliena quidquam prodit, cf. praeterea* sui.

Prodiit d. 30 Aprilis a. 1892. Formis Academicis (G. Vogt).

Tab. II